
71
13
2.

103
E
102



RELIQVIAE
MANVSCRIPTORVM
OMNIS AEVI
DIPLOMATVM
AC
MONVMENTORVM
INEDITORVM ADHVC.

TOMO XII.

EXHIBENTVR

I. GALLIAE PALATINORVM *matriculae* ab an. 1231.
II. IOHANNIS *hiſtorici* ANGLIAE chronicon ad an. 1350.
III. *Diplomata* iuris DANICI an. 1200.
IV. DIPLOMATA *miſcella* centum, ab an. 900 *imperatorum*, *pontificum*, *principum ſacri* & *ciuilis* ordinis.
V. Epitome hiſtoriae MEKLENBVRGICAE fide tabularii principalis.
VI. Burggrauiatus ALTENBVRGENSIS.
VII. WEINSBERGENSIS *archiui* inuentarium.
VIII. POMERANIA clientelaris BRANDENBVRGICO duci.
IX. *Memoria* THALAMI autoris *moeſtisſima*.

Cum *luminibus* medii aeui et *recenſione*, in quouis, ſingularium iuris *publici*, *feudalis*, *eccleſiaſtici*, *ciuilis*, in *margine*, *praefatione* atque *indice* rerum uerborumque

E MVSEO

IO. PETRI DE LVDEWIG, ICTI,

CANCELLARII PROVINCIAE MAGDEBVRGICAE ATQVE ACADEMIAE HALLENSIS.



HALAE SALICAE,
IMPENSIS ORPHANOTROPHEI,
CIƆ IƆCC XXXXI.

PRAEFATIO
AD
TOMI XII.
RELIQVIAS
MANVSCRIPTORVM
OMNIS AEVI
DIPLOMATVM
ET LIBRORVM VARII GENERIS,
CVM RECENSIONE SINGVLARIVM
IN QVOVIS ARGVMENTORVM.

CLAVDAT itaque *Zodiacum*, non confictorum in orbe coelesti animalium; sed voluminum *duodecim* nostrarum *medii* aeui RELIQVIARVM, tomus hic ultimus. Viginti annorum spatium est, ex quo monumenta haec, collecta pridem, sensim tamen, typis dedimus & promulgauimus. Potuisset uno alteroue anno fieri idem: nisi culpa penes nos fuisset ipsos aut potius illos, qui litterarium hoc otium, iteratis saepe interuallis, alius generis negotiis rebusque, nunc in prouincia, iterumque in curia regali, agendis, interceperunt nosque immerserunt ultimis. Quoties enim hoc euenit, euenit autem pluries, toties mouimus ideo, in cuiusuis *tomi atrio*, acerbissimas querelas. Tomus XII. *reliquiarum* finis.

Et initium in RELIQVIARVM RELIQVIIS sperauum.

§. II. Credidi praeterea uitae meae Zodiacum finitum iri nunc simul quoque, ob *septuagenario maiorem* aetatem. Verum ago inter mortales adhuc pari uigore animi, quem olim habui uir. Qui si, beneuolentia DEI & natura largitrice, perseuerauerit aliquandiu, nouo instituto, continuaturus sum deinceps RELIQVIARVM RELIQVIAS (*) *omnis aeui monumentorum.* Quo quidem schemate mutato utemur ideo; ne numeri pristinorum uoluminum nimium excrescant, sitque emtoribus molestum; eiusdem operis nomen redimere aere grauiori. Experientia enim docet bibliopolas; quod optimi & utilissimi quandoque libri sua amplitudine laborent. Quem morbum ita euitare uolunt: si, in eiusdem generis operibus, tituli mutentur; ut gratiam consequantur nouitatis. Est enim litteraria supellex nostra eo MANVSCRIPTORVM CODICVM adparatu instructa; quem uix hominis unius exhauserit aetas. *Vltima* igitur *uoluntate* nostra cauebimus hoc; ne, quod tanto studio ac aere comparauimus, lateat in occulto deinceps: sed in rei litterariae gratiam mordeat carceres promulgeturque.

§. III.

(*) Formula hac utitur in Latio PLAVTVS quoque. Ne offendat forte aliquem dictionis nouitas.

§. III. Ceterum cum, in ultimo hoc *tomo XII.* instruendo, essem occupatissimus: AVGVSTISSIMI REGIS nostri iteratae *epistolae* me avocarunt hinc in curiam regalem. Parui demum mandatis, ut debui, atque ipsis *calendis decembribus* anni praeteriti iter &, biduo post, Berolinum ingressus sum. Aduentu, licet seriori, quam promiseram, significato, expediui, quod fuerat expediendum. Eo quidem successu felici; ut, singulari sapientissimi principis indulgentia, post quadrimestre spatium, negotiis, quae iussus fueram, confectis, redux fierem; munere eminentissimo donatus adpellatusque *Magdeburgici ducatus* CANCELLARIVS. Idque non honoris solius causa; sed iniuncto prouinciali regimini mandato simul: ne quid fieret in posterum, quod alicuius esset momenti tangeretque ea, quae consilii grauioris, me inconsulto. Praecipue etiam perpetuus essem in rebus, *Halae* aut in *Salano circulo* uniuerso expediendis, *commissarius.* Neque tamen prouidentissimus rex me FRIDERICIANAE musis interdixit ideo; ut mallet potius, utramque prouinciam unus instruerem simul. Quod consortium mihi non potuit esse ingratum aut tantopere onerosum: cum unum in *docendo* uersaretur; alterum in

Noua spar-ta CAN-CELLARII prouinciae *Magdebur-gica 1741.*

agendo, usuque probando, quod praeceptum ac doctum, *cathedrae* & *curiae* optima harmonia.

Mens uni DEO & PRINCIPI uni deuota.

§. IV. Ceterum, inde a iuuenili aetate mea ad senilem usque, hanc mihi legem imposui: ut & DEO *uni* & *uni* PRINCIPI fidem operasque probarem, essemque, pia mente sensuque, barbaro uerbo licet, integerrimus VNITARIVS. Perdurarui in hoc cultu, dimidii seculi spatio, neque animum mutabo post. Vicissim TRIVM egomet REGVM Brandenburgicae gentis *gratiam* sum expertus cum ipse, tum etiam res mea familiaris, neque hoc sine aeterni numinis prouidentia singulari. Non scholae tantum destinatus ad instituendum; sed etiam praeterea curiae ad expediendum ea, quae iuris reique publicae. In utroque demum, augustali *trium regum* iudicio, mereri uisus sum; ad conscendendum utriusque & *scholae* & *curiae* summum apicem & *academiae* & *prouinciae* CANCELLARIVS simul. Qua honoris corolla senectam & tumulum meum ornare & cohonestare voluit rex augustissimus nouissime.

Prouidentia utriusque agnita.

Animus aequi & iusti *uindex*.

§. V. Testor praeterea DEI hominumque fidem: me, per hos *quadraginta* annos, in grauissimis multoties caussis consultum, nullam unquam respondisse, ad *principum* vel *curialium* sensus uolun-

uoluntatesque; sed ad *iustitiam* ac *ueritatem*, cognitam mihi vel ex lege vel ratione. Vt, licet ceteroquin, in aliis pluribus, peccatorum, ex communi mortalium sorte, me reum faciam: culpae autem in iure dicundo nullius me arguat conscientia, nulla unquam causa casuque uulnerata(*). Sed tamen multum quoque animi habui pro fide & ueritate; ut, recte agnitam, prodere uerbis ac litteris, nullus dabitauerim; spretis aliorum ferocibus & inanibus minis: ne, brutis fulminibus, rueret alma themis atque fulcra nobilia *principis Germaniae*. alienus a uecordia.

§. Verum, ab hoc *uitae meae* diuerticulo, ad rem ipsam. Ita enim institui; ut *opuscula* cuiusque *tomi* breuiter recenseam; ostensis simul usibus, exinde, in iurisprudentiae studio praesertim, capiendis. Ex *tomo XI.* qui penultimus est, nobis restat ultimi *libri diplomatarium*, cuius nunc ratio habenda. Est illud *miscellum* ideo; quoniam, instar farraginis, ex fasciculis pluribus, est congestum multipliciumque omnino argumento- TOMI XI. recensio expleta.

 rum

(*) Recordor, ea occasione, sepius regiorum *edictorum* DAVIDIS. Nam in *Psalmo CXLIII.2.* rogat ille DEVM: *ne trahat eum in iudicium*: Sed in *Psalmo VII. 9. ad iudicium prouocat* DEVM recetitque idem *Psalmo XXXV. 25.* cilicet in utroque bene sibi constat *poeta* diuinus. Nam ibi respicit ad *reatum* coram DEO; in ultimis autem causam agit *forensem* aduersus *hostes*, cuius se habet innocentissimum ac sine ulla labe. Liceat mihi iisdem hic uti argutiis.

Num. I. & II. *reformatio* Germaniae *ecclesiarum* a papa.

rum. Principio *num I.* exhibetur *symbolum;* ad quod *reformari* & emendari debuerant *ecclesiae* & *collegae sacri* in Germania. *Num. II.* Formula plenae frugis, mandati *Martini V.* papae, ad quam *ecclesiae uisitationes* exigendae. Liberabat utcunque MARTINVS V. fidem suam, hac

Ministerio BRANDAE Cardinalis.

BRANDAE *cardinalis* legatione, quam dederat Germanis, cum solueret *Constantiense concilium*, de perficienda tandem *reformatione* ecclesiae, maximis animorum contentionibus dudum iam expetita, tam in *capite*, quam in *membris*. Ignota fuit SCHILTERO haec BRANDAE reformatio, solerti alias harum rerum indagatori in libro, *de libertate ecclesiarum Germaniae*. Docuit autem Branda hoc specimine, in *Moguntina* ecclesia edito, quam male fidum

gravaminum Ger*manicae nationis* parum custos.

aut imperitum certe egerit morborum, quibus tunc Germania sacra premebatur, medicum. Quippe minutias sectatus atque in clericorum vestibus, cappis, calceis & peris formandis ac reformandis occupatus magis, quam in tollendis Germaniae *gravaminibus*. Quorum potius auxit numeros, evehendæ pontificum potestatis unice fere studiosus. Speciminis loco est §. XII. ubi aperte id agitur, ut in *alienatione* rerum ecclesiasticarum sufficiat auctoritas pontificis, excluso *capitulorum consensu*. Et grauis est omnino Germanicae *nobilitati* ipse MARTINVS

pon-

pontifex, in literis commissorialibus §. VI. ubi potestatem concedit BRANDAE cardinali, tollendi statuta ecclesiarum, quibus exules esse iussi *ignobiles* in *sacris collegiis*. Ceterum habent hae constitutiones plura digna notatu atque usui futura in varii generis argumentis. Primo quidem illud constat, expectasse illis temporibus Germaniam sacrae rei *reformationem* unice a *pontifice*. Nec, nisi spe sua saepius frustratos, asseruisse sibi tandem principes Germaniae *ius reformandi* postliminio, quo destituerat illos adhuc curia Romana. Deinde 2) reformationes, quae pontificum auspiciis susceptae sunt, ad externum potius ecclesiarum regimen atque clericorum mores pertinuisse, quam ad *dogmata* christianae fidei. Licet *gravamina* Germanicae nationis profluxerint potissimum ex illis religionis catholicae articulis; de *indulgentiis* & de *immensa pontificum Romanorum*, in secularibus aeque ac ecclesiasticis, potestate. Nec illis, sine horum abrogatione, medelam potuisse afferri, diu delusa Romanae curiae delinitionibus, quod tandem experientia docuit, Germania. 3) Capitulationibus episcoporum, quas iam olim odio prosecuti fuerunt canones &, recentiori aeuo, *imperatores*, obicem poni curasse BRANDAM, *capitulatione* quadam *perpetua*. 4) *Majorum votorum* autori-

Ius reformandi a solo *pontifice* usurpatum.

Reformatio *dogmatum* neglecta.

Capitulationes perpetuae episcoporum.

Maiora non attenta.

tatem, licet dudum iam stabilitam canonibus, non fuisse in usu omnium Germaniae capitulorum: adhuc tum. 5). Maximae curae fuisse Romanae sedi, ut clericos accenderet ad *literarum studia*. Partim quo melius instrueret acies aduersus haereticos, *Bohemos;* partim quod, emolliri coepta tunc superioris aeui barbarie, intelligeret, non ita parua regi posse orbem sapientia, sacrumque obtineri dominatum, quam quidem olim, ubi, praeter clericos, literis erudiri, decuerat neminem. Est autem inter *doctorum* ac *graduatorum* priuilegia illud maximi momenti, quod *gradus academici* suppleant *aetatem* canonicorum. *Num. III. IV. V.* specimen habes *consensus*, a *pontifice* impetrati, ad eludendum iura *capituli*, in alienatione bonorum ecclesiasticorum, quorum quidem illud non debuerat esse adeo tenax; cum *reditus* ecclesiae *mensales* uertendi in alios pios usus etiam *academicos*. *Num. VI. VII.* rerum *Halensium singularia* circa litem *archiepiscopi* cum *ciuitate*, in multiplicibus *causis* ac *iuribus*. Sententia *Sigismundi* imperatoris, eaque lata *autoritate comitiali*. Vnde requirere licet formam *processus forensis*, reique *iudiciariae* in Germanico tum imperio. Porro *executionem* sententiarum non ipsos peregisse imperatores, sed, quibus id muneris datum ab imperatoribus,

Graduatorum priuilegia.

Num. III. IV. V. *Mensalium* bonorum iura in *alienando*.

Num. VI. VII. HALENSIS ciuitatis contentio cum *archiepiscopis*.

processus & *decisio* imperatoris.

Executio sententiarum imperialium.

bus, electores, principes, comites, liberos dominos imo *nobiles* & *ciuitates*; *landsassicos* ac mediatos. Demum adhibuisse Sigismundum *Vngariae* ac *Bohemiae* episcopos *cancellarios* in negotiis *Germanici imperii*. Ex quo *stili curialis* euenit insignis mutatio, formularumque, ex istorum regnorum rationibus, admixtio inconcinna. Quo referas hanc: *Nos per praelatos, principes, barones ac iuris utriusque doctores*. Item: *de praedictorum praelatorum, principum, baronum ac doctorum consilio*, omissa comitum mentione, quod hi exulent in *ordinum*, Bohemiae & Ungariae regnorum, classibus. Ex Num. VIII. discere licet: priuilegia urbibus etiam prouincialibus indulta, de *non euocando*, ab imperatore; nil ideo deminuta territoriali principis *superioritate*. Deinde notandum venit iudicium archiepiscopi Magdeb. in *Croelwiz* eiusque in ciues Halenses iurisdictio. 3) Pessime interpretatos esse *Halenses* priuilegia sua de non euocando ad subterfugiendam domini territorialis iurisdictionem, eoque nomine merito redargutos ab imperatore. Denique ipsum fateri SIGISMVNDVM; non esse imperatori integrum, eximere quenquam a *iudiciis Vehmicis*. Licet non desint exempla plura eiusmodi exemtionum. A *num. IX.* usque ad *XXVI. indulgentiarum*, Halensibus adscriptarum, ingens adparatus.

Stylus curiae tempore SIGISMVNDI.

Num. VIII.

Iudicium in *Croelwiz*.

iudiciorum *Westphalicorum* autoritas.

A num. IX. ad XXVI. promus condus *indulgentiarum* ecclesiarum *Halae*.

Vnde docemur, non sibi hanc facultatem adrogauisse papam tantum: sed etiam cardinales & episcopos, uel sigillatim uel uniuersim plures. Imo opus quandoque fuisse *principis* territorialis consensu. Cuius intererat, prohibere subditos; ne illos depauperet facilitas credendi clericis. Num. XXVII. Otto comiti *Burgwardum* donat in ipsius *comitatu* situm. Vnde elucet *comitatus munera tum* & *officia* publica fuisse, rei proprietate uel principi uel subditis salua. Ex N. XX. & XXIV. apparet, uiguisse etiam Halae celebre illud fraternitatis genus, quod a conuentibus, singulis *calendis* habendis, *Calendarum fraternitas*, sicuti fratres, *Caland* Brüder, Calender Herren, appellati fuerunt. Ceterum amans Halensis ciuitas *fraternitatum*, ceu patet ex fraternitatibus. *S. Mariae*, *S. Erasmi* (vid. pag. 429.) *S. Iacobi* (uid. Tom. XII. p. 224.). *Num. XXVIII.* ex uenditione *Libenau*, in nostra uicinia, ab archiepiscopo *Magdeburgensi* uendita *Merseburgensi* episcopo, satis adparet, *Magdeburgicum* territorium latius patuisse uersus *Merseburgensem* tractum & praeterea alia plura, inde fuisse auulsa. Praesertim, si uerum est illud, quod comitatus Merseburgensis ecclesiae cesserit Magdeburgensi uniuersus. Ceterum *Grossorum usualium* ad *Halenses* p. 535. & *marcam* argenti *Brandenburgici* p. 537. insti-

Donatio *Burgwardi in suo comitatu.*

Fratres *Calendarum.*

Magdeburgica plura *Merseburgensibus* adscripta.

res monetaria med. aeu.

instituta comparatio, egregium praestat usum in indaganda *re monetaria* medii aeui. Num. XXIX. *Hassaga* pagus meretur indagari, ob situm & nomen. A *Num. XXX.* ad *L.* omnia documenta coenobium, GRATIA DEI, respiciunt in Magdeburgico ducatu: quod conuersum est tempore *reformationis euangelicae* in praefecturam secularem. *Imperatorum; pontificum; archiepiscopi* Magdeburgici & aliorum Germaniae principum occurrunt hic diplomata; sibi inuicem in eo diuersa; quod coenobium *Magdeburgici* territorii fuerit, aliorum ideoque priuilegiis uix fuerit opus. Ex N. XXXVI. apparet iura fluminum & praesertim *ius traiectus*, etiam in nauigiis minoribus, *cimbis* siue *Kähnen*, relatum fuisse ad iura dominorum territorii. Ex N. XL. lignorum olim deductiones, Flößen, exercuisse marchiones orientales per *Aelistram* fluuium uersus *Salam*. In. N. XLI. & XLIII. *Burggrauius* Magdeb. utitur appellatione *Castellani* Magdeburgensis, tanquam synonymo Burggrauii; parum certe conueniente, amplissimis illis de Burggrauiatu imperiali opinionibus. *Num. LIII.* HENRICVS VI. *imperator* agnoscit *Magdeburgici* antistitis suffragium in eius *electione*. Vnde colligere licet an. 1193. adhuc fuisse illud penes alios etiam Germaniae principes ac antistites in *comitiis*. Deinde illud singulare

Incrementa coenobii: *gratia dei.*

Ius traiectus cimbarum.

Flößen in *Aelistra.*

Burggrauius *Castellanus.*

Magdeburgici in Caesaris *electione* autoritas.

gulare eſt, quod pateat inde, amiſiſſe *Henricum Leonem* proſcriptione ſua, non ſolum bona & iura *feudali titulo* poſſeſſa, ſed etiam *allodia* atque *patrimonia propria*. Licet prius aſſeratur plerumque. *Num. LIV.* clare docet idem imperator an 1196. quod penes *Magdeburgicum* archipiſcopum primo *iurisdictio* ſit omnis; deinde, ad hanc exercendam, ipſe eligere poſſit *Burggrauium*, inſtar officialium aliorum. Num. LV. LVI. LVII. LVIII. LIX. res maximi momenti occurrit & fere ſuperat hiſtoricorum & iureconſultorum fidem. Principio *Brandeburgicus marchio* ducatum ſuum *transalbinum* in feudum offert Magdeburgico tutelari S. Mauritio; deinde audit ille *marchionatus*, elogio tam imperatoris, quam etiam marchionis, DVCATVS; poſt oblatio haec *iureiurando* confirmatur, praeſtito ſuper *reliquias* S. Mauritii; porro confirmatur ab ipſo *imperatore*; praeterea ne contractus uideretur ſimulatus eſſe, ſpatio *unius anni* & ſex *hebdomadum* omnis *proprietas* eſſe debuerat penes *Magdeburgicum* antiſtitem; demum, quod caput cauſae, reddidit hunc *transalbinum ducatum marchioni* Brandenburgico, ſub nexu feudali, *Magdeburgicus archiepiſcopus*. Quod ſpecimen contractus luſorii eſt admodum ſingulare & imis ſenſibus notandum.

Henrici leonis patrimonia.

Burggrauiatus ſubfeudum *prouinciae*.

Marchiae Brandenburgicae nomen *ducatus* uindicat imperator.

Oblatio in feudum *Magdeburgicae* eccleſiae.

Diploma maleuolis ſuſpectum.

dum. Stultissima quoque eorum suspicio olim, qui dubitarunt de eius *authentia*, hodieque in prouinciali tabulario extante. Quis enim *princeps elector* fingeret, se uasallum esse sacri antistitis?. A *Num. LX.* ad *LXIV.* priuilegia sunt CAROLI IV. Lusatiae ciuitatibus indulta, in *stapula salis* uendendi; siue, quod hoc ius sibi olim fiscus uendicauerit siue etiam, quod illud cuiusque fuerit priuati. Sed dubium est: num ideo idem hoc interdictum *nobiles terrae* obliget, quin *sal* sibi aliunde queant siue aduehere siue aduectum emere alibi. Demum a *Num. LXV.* ad *LXXXIII.* uidentur quidem uulgaris argumenti esse; quoniam *priuilegia* continent *opificiaria*. Sed commendat ea *uetustas* primum *seculi XIII.* quo tempore parum aut nihil de hac urbe. Deinde, quo loco *tribus* in urbe floruerint LANIONVM, qui audiunt *carnifices*, quoniam Germanis *Fleischer* dicuntur; SVTORVM; TEXTORVM; PISTORVM; PELLIFICVM; SARTORVM, discitur hinc. Praeterea cum *priuilegiorum* horum largitio fuerit penes proconsules (die Oberburgermeister) & *consules* (a uerbo enim *senatorum* abstinent) idque cum *ciuium* consensu: exinde facile est intelligendum, formulam regiminis in urbe fuisse tum popularem. Meretur *teutonica* uersio legi, quae licet coaeua

Lusatiae ciuitatum iura stapulae in sale uendendo.

BEROLINENSIA monumenta anni 1280.

priuilegia indulta opificibus.

facienda maximi

Berolinensibus. coaeua non ſit, tuetur tamen in plurimis uerbis uetuſtatem, idque in uernacula, ubi monumenta haec inuentu rariora ſunt & ideo pretii maioris. Atque de XI. tomi recenſione ſatis haec.

Recenſio rerum TOMI XII.

Matriculae palatinae Galliae regum ab an. 1231. ad an. 1665. §. VI. Primus *liber* MATRICVLAS PALATINAS OFFICIALIVM GALLIAE REGIS & REGINARVM inde ab anno CIↃ CC XXXI. & poſtea exhibet. Quarum pretia cum uetuſtas commendat; tum eius aeui leges & *mores* illae aperiunt palatinos; imo dant *nomina*, ad ſupplendum *medii aeui gloſſaria*. Cum enim magna multaque *aulicae* elegantiae & *militaris* adparatus diſcrimina ſint, pro diuerſitate aeui; noſtraque tempora abhorreant a priſtinis: nimium quantum etiam *iurisprudentia heroica* & *feudalis* indiget hoc lumine. *rege dignus theſaurus.* Speciminis inſtar dedimus *decem* eius generis leucomata. Nam cuſtodimus, in litteraria ſupellectili noſtra CODICEM MSCTVM PALATINVM *ſex* grandium *uoluminum*. In quibus omnium *Galliae regum*, *reginarum* & regalis familiae *principum officiales*, in *toga ſagoque nominatim* deſcripti ſunt, inde ab anno 1231. ad annum usque 1665. fide quidem publica, ex laterculo regis ſacro. Quem *theſaurum* plenius recenſuimus in *iuribus feudorum Germanici imperii cap. XII. quaeſt: 2. §. 16.*

nota

nota 1246. Cimelium rege, quam homine priuato dignius.

§. VII. *Liber* II. sistit IOHANNIS HISTORIOGRAPHI *chronicon*, *a principio orbis ad annum usque 1350. ex codice membranaceo descriptum.*

IOHANNIS HISTORIOGRAPHI *chronicon* ad annum 1350.

Quis iste fuerit *Iohannes*, cum *historici* aut *historiographi* cognomento, mihi nondum occurrit. Illud satis ex rebus gestis, ab eo narratis, intelligitur, eundem *Anglum* fuisse. Mentionem facit *le* LONG (*) alicuius *Iohannis de* LONDINO, cuius *chronicon* superfit *inscriptum:* de rebus patriae suae. Sed nolo habere hunc eundem cum meo autore temere. Video etiam in *Philippi* LABBEI *bibliotheca MStorum* (**) commemorari excerpta ex *Iohanne* HISTORICO Qui, nisi Graecus sit, forte est idem cum nostro. Sint alii,

(*) In *bibliotheca historicorum Galliae lib. IV. articulo 4. num. 14694. uerba sunt haec: MS. continuatio eiusdem* (Geruasii) *chronici usque ad tempora Richardi II.* (seu ad an 1377.), *per Iohannem de* LONDINO. *Cette continuation est conseruée dans la bibliotheque du College de la Trinité à Cambrige, cod. XIX. num. 159. du Catalogue imprimé des manuscripts.* Est igitur aliud forte opus autoris eiusdem.

(**) *In noua bibliotheca manuscriptorum librorum, Graecorum part. II. p. 77. Ecloga chronicorum ab Adamo ad Michaelem generum Nicephori imperatoris ex* IOANNE HISTORICO. Fallor, si alius *eclogae* autor fuerit nostro forte IOANNE HISTORICO uetustior. Nam hunc seculi XIV. medio uixisse, certis esse licet ex eius etiam opusculo.

alii, in eius uita indaganda, me feliciores. Illud, integra fide, testor; scriptorem hunc breuissimis uerbis plurimarum rerum narrare euenta, *singularia multoties* & frustra requisita apud alios scriptores, amplissimos quoque. Inde crediderim; maioris operis hanc esse epitomen. Praesertim cum parum credibile sit, huius unius libelli causa, eidem accessisse cognomentum *historici* aut *historiographi*. Ceterum *Anglicanam historiam*, cum domi, tum foris, describit ille sedulo: ut *rerum Anglicarum* autoribus accenseri omnino mereatur.

DANIAE *diplomata & leges an.* CIↃ CCL.

§. VIII. *Liber III.* inscriptus est, CODICILLVS LEGVM DANIAE REGNI AB ANNO CIↃ CC.

Quemadmodum in *tom. IX. reliquiarum* §. 4. in uotis habui; ut pristinarum DANIAE LEGVM consequerer notitiam; meo instituto, in conquirendo CODICE IVRIS ANTIQVI GERMANICARVM GENTIVM, quam late olim *Germania magna* patuit, utilissimam: ita, aliquot annis post, nactus sum librum eius generis, ante *duo secula* ac *dimidium* promulgatum, in 4t. finitumque his uerbis: *impressum autem praesens opus perutile* LEGIS DANICAE, *Ripis, opera diligentiaque probi uiri* Matthaei Brand, *artis impressoriae magistri, anno salutis nostrae* CIↃ CCCCCIIII. nona calendas Iunii. In uestibulo

Corpus iuris Danici.

ftibulo autem infcriptum eft uolumen: *Quaedam breues expofitiones* & LEGVM. & IVRIVM *concordantiae* & *allegationes circa* LEGES IVCIAE, *per reuerendum in Chrifto patrem ac dominum*, KANVTVM, *epifcopum*. Vibergenfem & *uenerabilem utriusque* iuris doctorem *fuper* IVTORVM LEGISTERIVM. Abfoluitur hoc opus *tribus libris*, conceptis *Latine* & *Danice* fimul. LATINVS textus praecedit; DANICVS fequitur eum. Demum fingula capita inftructa funt GLOSSA, cum uberrimo adparatu ex iure *canonico* & *ciuili Romano*. Nam eius autor oftendere uult *patriarum* legum, cum extraneo iure *pontificio* & *caefareo*, nunc harmoniam iterumque *difcordantiam*, atque differentias ab utroque. Quandoque unum illuftrat ex altero. Fateor, gratisfimam fore ueteris iurisprudentiae cultoribus; fi *opus* hoc *triplex* iterum prodiret noua uefte, id eft, elegantioribus *typis* ac prelo, in publicam lucem. Poffetque, *quarto* loco, addi *uerfio Holfato Germanica* Blafii EKENBERGERI, ciuis Flensburgenfis & fcribae curialis per annos quadraginta fex, edita *Slesmicae*, Nicolao *Wegnero typographo* 1593. in 4. Verum *Latinus* in eo textus & *gloffa Latina* omnino defiderantur. Licet enim *gloffator* ftudio *canonum* & iuris *Iuftinianei* flagret, utriusque fcilicet adpellatus *doctor*, idque

Codex LL. *Daniae.*

Legifterium Iutorum.

uerfio *Germanica* an. 1593.

agat; ut cogat omnia in unam harmoniam: plura tamen docet, quae iura resque medii aeui insigni lumine perfundunt.

Desideria in uersione. §. IX. Ceterum omisit EKENBERGIVS, *regum Daniae* aut *Daciae*, diplomata & *codicillos regales*. Cum uero illi momentosi sint ualde, non dubitauimus operae pretium fore; si has recitauerimus uerbatim in nostris *reliquiis*. Nam intelligitur ex illis pristina regni *Daniae formula*, conuersa quidem pridem in *absoluti imperii regum Daniae* systema. Vt adeo *antiquioris aeui notitia* spernenda non sit in nostris eiusdem *aeui reliquiis*. Non *antiquati iuris* ergo; sed ad *historiam* conseruandam *Daniae regni antiquitatum*. Pauca ceteroquin hactenus supersunt *Daniae regum* uetustiora seculi *decimi tertii diplomata Latina*; ut adeo supplementa haec omnino mereantur hic locum. Praesertim cum ex illis *parlamenti olim Danici* ratio intelligatur: tum etiam innumera infimae *Latinitatis uerba*, frustra expectata aut requisita alibi. Vti enim in *Europa* uniuersa; sic etiam in *Daniae regno* non alia in *curiis*, *cancellaria* & forensibus negotiis lingua usu recepta fuit, quam *Latina*: sic etiam hoc ipsum confirmatur horum *seculi XIII. diplomatum* forensium adparatu. Partim, quod barbaram

Parlamenti Danici autoritas.

baram *uernaculam* minus sufficere crediderunt, ad *res iudiciarias* sufficienter declarandas; partim, quod, cum *christianismo*, *Roma* illis tantopere fuerit commendata, ut lingua latina tam in *ecclesiis*, quam *curiis* regnaret simul; in uulgaribus autem & uilioribus rebus sermo popularis. Deinde documenta haec DANIAE *regni* PARLAMENTA non solum in memoriam reducunt: sed etiam eorundem cum rege autoritatem insignem. Quod ipsorum quoque *regum* formulae agnoscunt; quibus leges non suo tantum nomine, sed consensu *parlamenti Danici*, id est, *procerum* & *primorum terrae* & tulerunt & promulgarunt. Praeterea licet illud dolendum sit, quod in *legislatoriis* argumentis quibusque usi fiat *Dani legiferis* id est, iuris *Romani* & *canonici* doctoribus. Qui, glaucomate utriusque occupati, *pristinos* Daniae *mores* non ea simplicitate retinuerunt; quin illos potius conspergerent peregrinis *Latii* & *papae romani* institutis: cum tamen hae causae in comitiis seu *parlamento Daniae* peroratae sint, *legistis* hisce cautius, in conuertendis patriae iuribus, fuerat agendum. Quod cum ita sit, his DANIAE *regum* CONSTITVTIONIBVS tribuo plurimum, in *iuribus Germaniae* nostrae cum supplendis, tum declarandis. Dubitare enim rerum gnarus poterit nemo;

Daniae leges quare *Latine* scriptae?

cum *autoritate* ordinum,

In *parlamento.*

Legifer qui?

Legistae.

b 2 mo;

Dani origini Germanicae. mo; easdem nobis cum populis *septemtrionalibus* origines fuisse & ideo in his argumentis parum interesse; utrum illi a nobis fuerint oriundi; an uero nos agnoscamus illos satores nostros. Reuerentiae enim exinde nullum argumentum ideo; quod maiorum ossibus, in cineres redactis pridem, utrique posteri simus, *cognationis* & *fraternitatis* uinculo saluo, ad utrinque amicitiam colendam & propagandam, sine alterutrius praecipui iure aut praecedentia. *Num hinc praecedentia?*

Diplomata rerum Hallensium. §. X. In *libro IV.* exhibentur multiplicia DIPLOMATA MISCELLA *rerum* HALLENSIVM *praecipue.*

Nullius lectio fuerit sine usu & nota singulari. Nam in *num. I.* reperitur *priuilegium* SIGISMVNDI imperatoris de *non euocandis* ciuibus ad *extranea* iudicia, renouatum a *Friderico V.* an. 1454. Licet enim illud cognitum sit iure communi: quod actor sequi debeat forum rei: moribus tamen contra euenit, ut cum ipse *imperator*; tum *papa*, imo *principes* eorumque *tribunalia* sibi adrogarent contra euocare ex alienis territoriis subditos ac ciues, actore eorundem auxilia implorante. Vnde legum ac iurium perniciosissima commixtio ac perturbatio in Germania. Haec causa fuit, *priuilegio* sibi prospicere in causa *lege* tuta alias. *Ratio priuilegii de non euocando.*

Neque

Neque inde *Hallensibus* laxior cum archiepiscopo suo *nexus* fidei ac subiectionis. Quod enim *Anhaltini principes* atque *comites Gleichenses* cum aliis quibusdam, huius priuilegii tutelares, praeterito archiepiscopo; illud factum est ideo; ne is uideretur autor esse in rem suam. Ceterum uti in *homagiis* reciproca olim obligatio *domini* & *subditorum*: sic mutua quoque fidei sponsio, litteris firmata a domino territorii: uti a subditis stipulando & iureiurando digitis eleuatis sub dio. Sed primum hodie fieri solet opera *principalis mandatarii* (der die Huldigung aufnimmet). Quam spartam, regio iussu, egomet exornaui anno CIↃ IↃ CCXL. atque ideo subditis bona uerba, nomine regis, ante dixi; quam recitarent subditi ac ciues homagium. Habere enim dedecoris aliquid, uisum postea, si principis promissione, per mandatarium facta, nollent subditi acquiescere aut urgere eius chirographum.

Homagiique.

a me suscepti de quo *diurni Hallenses* num. 29 30 31. 32. 33.

§. XI. *Num. II.* p. 230. in uenditione *pannae* fontis *Teutonici*, cum *pretium* notandum; tum mores, *sacram coenam* instruere ex uino communi (dem Landwein) an. 1305. Hodie nauseat illud stomachus uulgi. *Num. III.* poenitentiae reatum episcopus *Vratislauiensis* remittit in gratiam *capellae Hallensis*, extra suam dioecesin. *Num. IV.*

Contractus salinatorii.

indulgengentiae multiplicium tormularum,

p. 233. & *V. p. 235.* senatus *Hallensis* autoritas circa *lites* non tam *decidendas*; quam *componendas* in pace, fideiussoribus datis sub nexu *obstagii*, eo quidem tempore an. 1329. solenni, forensi usu. *Num. VI. an. 1330.* absolutio *Hallensium* a reatu *Burchardi* archiepiscopi occisi, praeuia *purgatione canonica*, suffragatoribus suffraganeis. *Num. VII.* 1333. de [illegible]*chiui Magdeburgici* cathedralis in urbe integritate. *Num. VIII.* an. 1333. *archiepiscopi excommunicationis* remissio Hallensis senatus. *Num. XI.* an. 1338. *Hauelbergensis episcopi*, uicario nomine *papae*, confirmatio *absolutionis*, ab *archiepiscopo* iam factae. *Num. X. emptio* bonorum operum coenobitarum. *Num. XI.* an. 1344. *coniunctae manus* reseruatio. *Num. XII. publicae pacis sponsio* & temporaria. *Num. XIII.* an. 1358. donatio *altari* facta & eius sacerdoti, a coenobio eligendo, saluo *iure deuolutionis* donatori. *Num. XIV.* an. 1361. *prouisio* papae indulta & a *Carolo IV.* imperatore confirmata, principi consiliario & secretario. *Magister consulum a consulibus* munus diuersum. *Num. XV.* archiepiscopus *Caroli IV.* imperatoris est *consiliarius* & mentio *cancellarii perpetui. Num XVI.* an. 1451. *papae* priuilegium de non *euocandis ciuibus*, ab ipso *imperatore num. I.* iam indultum. *Num. XVII.* an. 1418.

obstagium.

sacra *interdicta.*

emtio *bonorum* operum.

Iura *deuolutionis.*

Prouisio Caesaris.

cancellarius *perpetuum.*

1418. *executor legum* & constitutionum imperialium *renunciat litibus formula solenni.* *Num. XVIII. donatio* sub onere *missae* quotidianae conobio facta 1425. *Num. XIX.* 1427. *Hallensium ad militiam* aduersus *Hussitas* euocatio archiepiscopi. *Num. XX.* archiepiscopi exactio debiti ab Hallensibus 9000. florenorum, an. 1429. *Num. XXI.* 1435. relaxatio archiscopi, factae a *synodo Basileensi, excommunicationis*, uicario nomine *synodi uniuersalis ecclesiae. Num. XXII.* 1438. *accusat Hallenses*, ob salarium non solutum, coram synodo *Basileensi.* Demum renunciat liti. *Num. XXIII.* 1442. quinque *bubarum feuda* masculina, cum formula *coniunctae manus* & definiti *uidualitii. Num. IV.* 1462. exemplum *uitalitii*, der Leibzucht. *Num. XXV.* 1467. exemplum enorme admodum, quod *executor papae* sibi adrogat *iurisdictionem* in *uiolatores* priuilegiorum, *Hallensibus* indultorum, a curia Romana. *Num. XXVI.* an. 1467. idem *executor papalis* excommunicat uiolatorem *priuilegiorum* eorundem. *Num. XXVII.* confirmatio der Graffschafft, muneris recipiendi reditus in urbe. *Num. XXVIII.* 1468. *formula citationis notarii* papalis (offenen Schreibers) in praesentia *echter und rechter Schöpfen* und des *Freygraven*, ritu singulari. Ex quo luculenter apparet, iniuriam facere iudiciis Vehemicis

Executores legum *papae* in Germania.

accusatio in *ciuilibus* causis coram *synodo* & papae *mandatarius*.

Freygraven Frey. Schöpfen

Vehmici iudicii ratio.

&, qui ea administrabant, Frigrauiis, qui tyrannidis aut iniustitiæ eos accusant ideo, quod rapuerint reos in iudicium haud praeparatos, nulla praecedente citatione concessoque spatio deliberandi nullo.

Societas *Marien-Knecht, Iacobsbrüder.*

Num. XXIX. & *XXX.* an. 1491. confirmatio der *Iacobs-Bruder* und *Marien-Knecht*, ab archiepiscopo. *Num. XXXI.* ad *XXXIV.* *XL.* causa *sodalium* eorundem. *Num. XXXIX.* an. 1520. *Albertus* archiepiscopus queritur de *causa*, *Romam* translata, contra *papae priuilegium* de non euocando. Quod isto tempore credibile alias parum. Ex *Num. LXI.* intelliguntur 1)

Pagorum definitio.

fines ac situs pagorum *Pesinegawe*, *Wetego*, *Thilere*, *Lingarwe*, *Saretvelth*, *Dietmelle*; deinde 2) pertinere ad iura Archiepiscopi Magdeburgici, constituere suarum terrarum aduocatum, qui exerceat eius nomine iudiciariam potestatem. Ex quo facile est, concludere ad iura *Burggrauiorum*.

Burggrauius fuit *officialis* archiepiscopi.

Porro ex subscriptione apparet; usos fuisse *Brunsvicenses dominos* iam ante *ducalibus titulis*, in ipsis etiam imperialium codicillorum subscriptionibus, quam *terris* ipsorum impertiret *Fridericus II. imp.* iura *ducatus*. *Num. XLIII.* *XLIV. XLV.* docent: quod subditi ciues

Prouocatio ad *papam.*

urbis, in *querelis iustitiae denegatae*, semper auditi Romae & inde causae auocatae ab *executoribus papalibus in* uicinia. *Num.*

Num. XLVI. an. 1226. *monetaria lex* & *uecti-galium* definitio admodum momentosa, *archiepiscopi* sua, tantum non aliena autoritate *imperii*. *Sportulas* uero tribunalium cum adsensu *Saxoniae ducis, aduocati*, redigit in ordines. Vtrumque intra urbem & foris in castris *Klauchen* & *Gibichenstein*. *Num. XLVII.* *Papae* PAVLI III. classicum ad XIII. *cantones Heluetiarum ligae* superioris *Alemanniae* libertatis ecclesiasticae defensores & milites praesidiarios papae, ad arma inferenda *euangelicis*. *Num. XLVIII.* 1303. ducis *Brunswicensis* priuilegium, *Northemensibus* indultum, de castro non extruendo infra *milliare*, das Meilen-Recht, inconsulto imperio. *Num. XLIX.* ad *LIV.* uaria ducum *Brunswicensium priuilegia* indulta & pacta inita cum sodalibus *Luneburgensium salinarum* inde ab an. 1239. *Num. LV.* an. 1444. uenditio archiepiscopi *Magdeburgici* castrorum *Lauchstedt, Liebenau, Schapow* (Schafstätt) Merseburgensi ecclesiae, sub pacto de reluendo, cui tamen postea mittit nuntium. Vnde successorum acerbae querelae. *Num. LII.* *ius patronatus ecclesiae* Northemiensis an. 1239. indultum coenobio, largitione archiepiscopi *Moguntini*. *Num. LVIII. LIX.* an. 1287. *permutatio* rerum ecclesiae cum aliis, reseruato *iure deuolutionis* & *primariarum precum* archi-

leges monetariae Hallenses.

Sportulae temperatae

Classicum papae ad *Heluetios* contra Germaniam euangelicam.

Northemensium *Meilen-Recht.*

Luneburgensium salinatorum priuilegia.

Lauchstedt, Schafstedt, Liebenau.

Ius *permutandi.*

episcopo Magdeburgico. *Num. LIX.* an. 1005. *Henricus S.* confirmat donationem a *seniore & antecessore suo Ottone III.* archiepiscopo *Magdeburgico* factam. *Num. LXII.* an. 1031. CONRADI imperatoris similis consensus, quod fundi alienati fuerint *mansi regales.* Cum uero dubitare nemo possit, OTTONES & *Saxonicae* & *Thuringiae* prouinciarum fuisse *duces* atque adeo hos *ducatus* non qua *imperatores* possedisse; sed qua *territorii* utriusque *principes* ac dominos; post autem quam *imperatores*, essent electi, simul *duas* ibi sustinuisse personas, unam qua *imperatores* alteram qua *patrimonii* sui duces: uinculum consecutionis est firmissimum, ultimo eosdem non destitutos fuisse; post quam consequerentur imperium (*). Quod cum ita sit, ita autem esse historici coaeui docent & plenae fidei documenta: successores in *imperio* sibi uel adrogauerunt *ducatum* utrumque, *consolidationis* iure uel *mensalia* ducum bona solum. Vltimum euenire potuit facilius: quoniam *comites* & *proceres*, terrae domini (die Landherrn) primum eo fidentius negarunt; quod hoc usi fuerint dilemmate: aut *Saxoniae & Thuringiae* latifundia pristino loco restituenda; quo casu opus esset

OTTONVM ducalis potestas *in Saxonia* & *Thuringia* praeter imperialem.

(*) Interim *Ottones* saepius *principalia* sua *iura* & *territoria* dixere *regalia*. Non qua talia; sed quod placeret illis, a digniori statu requirere adpellationem.

esset, *ducis noui* electione, ordinum suffragiis aut si *carere* debet utraque prouincia *duce* suo deinceps, nostrum erit, *ducalia iura* cum nostris *latifundiis consolidare. Domanialibus* aut *mensalibus* pristinorum ducum territoriis relictis imperatori interim. Cum uero *tertium* uellet *imperator*, ut ipse in utraque prouincia coniungeret *imperium* cum *ducali dominio:* inde grauissima bella intestina orta sunt, inter *imperatorem* & *Saxoniae* ordines & continuata sine fine. Licet enim litis interstitium fuerit aliquod sub *Lothario* imperatore: serra tamen contentionis continuata deinceps sub *Henricis superbo* & *leone.* Vsque dum, ultimo proscripto, *comitum* & *ordinum Saxoniae* iura reuiuiscerent atque plerique eorundem, classis utriusque & *sacri* & *ciuilis principes* ac proceres, *libertatem* consequerentur, nonnisi imperatori imperioque addictam, saluo cuique territoriali potentatu. Id quod litteris armisque olim iam propugnauerant, *Ottonibus* extinctis & regnatrice familia *ducali* exarescente. Atque hoc eodem lumine perfundi debent sequentia *numerorum* diplomata *LXII. LXIII. LXIV. LXV.* etiam deinceps.

His extinctis, *ducatum* sibi uindicant *comites* & *dynastae.*

contradicente *imperatore,* qui adpetit utrumque.

Triumphant ordines *postliminio.*

§. XI. In *num. LXVI.* an. 1187. agit *papa* ecclesiae *Magdeburgicae* tutelarem: ne, quod acceperunt ab aliis ipsisque impera-

Papa tutelaris Germaniae *ecclesiarum.*

in potentatu. peratoribus, illis iterum eriperetur. Idque sub poena, ut tempora tum fuerant, *ecclesiastici interdicti.* Vnde facile constat *apostolicae autoritatis* enormitas in Germania. *Num. LXII.* an. 1105. *donatio*, ecclesiae facta, *confirmatur* autoritate *comitiali.* Idemque *num. LXIII.* an. 1215. in quo tamen illud singulare prorsus, quod

In *electione caesaris* suffragium *magdeburgicum* an. 1215. *Fridericus II.* imperator *exaltationis* suae causam non ultimam tribuat *suffragio* archiepiscopi *Magdeburgico.* Non leui argumento: quod in *Caesare adpellando* tum aliquod momentum fuerit penes alios *antistites* sacros, iuxta tres *archicancellarios*, *Num. LXIX.* an. 1283. *sententionatur* in *comitiis*; curiam & *salam episcopalem* ab equestribus seruitiis *feudalibus* fore immunem.

Sala episcopi. *Magdeburgici* iuris in *Lusatia* autoritas. *Num. LXX.* an. 1303. usus IVRIS MAGDEBVRGICI indulgetur in *Lusatia Goerlizensibus* ab *Hermanno* marchione

Brandenburgici M. indulgentia. *Brandenburgi* & *Lusatiae*, domino de *Henneberg.* Vltimi enim institutus fuerat heres. Est igitur hic codicillus momenti maximi multifariam.

BORCHORST coenobium *Magdeburgico* uindicatum aduersus *monasteriensem* episcopum

§. XII. Mouetur trahiturque contentionis serra etiamnunc de *Borchorstensi* nobilium uirginum Coenobio, in Westphalia uiciniaque *Monasteriensi*, inter *archiepiscopum Magdeburgicum* hodieque ducatum & tam *Monasteriensem episcopum*, quam ipsius coenobii *uestales* super *iuri*-

bus

bus diuersi argumenti. Quam litem decident diplomata & codicilli a *num.* LXX. ad *num. LXXXV.* Iussu *regis* P. opusculum ea de re scripsi, amplum satis. Doceo ibi, *Borchorst* coenobium *feudam* esse extra *curtem* archiepiscopatus Magdeburgici; uti centum alia plura. Idque ex prima institutione *Ottonum* ipsa *an.* 974. ceteris. Deinde exemi scopulum, a *Monasteriensis* causae patrono obiectum; quasi diploma suspectum esset, eo *anno* in *Germania* expeditum, quo imperator fuerit in *Italia* absens. Nam facile fuerat, docere formularum *acti & dati* differentias ex usu medii aeui. Tum ostendi etiam hoc; quod *Monasteriensis* antistes frustra sit; quod sibi adrogare uelit in hoc coenobio uel *dioecesana* iura uel *territoria*. Non illa, quod coenobium ab ipso fundatore subiectum sit *Magdeburgicae*: deinde non haec quod eius institutio uetustior longe, quam *Monasteriensis episcopi* territorialis superioritas. Praeterea adserui, *archiepiscopo primarias preces* iure usque commonstratas cum in aliis pluribus abbatiis; tum etiam in hac Borchorstensi. Vltimum fuerat, quod, ob *euangelica sacra*, sacrum hoc collegium non perditum sit aut nexus illius uel solutus uel laxatus, tutissimus *pacibus religionis*. Ceterum *Magdeburgicae* indulgentiae hoc debeat *Abba-*

tum ipsum *coenobium.*

Differentia inter *datum* & *actum.*

Primariae preces Porussiae R.

Des Closters Lebensträger.

abbatissa, quod olim *praesens* iurare debuerit homagium in *persona;* post tamen, ad itineris molestias euitandas, liceat in *animam*, iurare, opera ac ore *mandatarii*, ad hunc actum instructi sigillatim.

Expectatiua familiae PVDBVS 1336. §. XIII. *LXXXVI.* an. 1336. *expectatiua*, a *Daniae* rege indulta familiae de *Pudbus*, *Rugiae principis* gente exarescente, cum definitis *clientelaribus seruitiis*. *Ierichouiensia* quaedam incrementa. *Num. LXXXVII. LXXXVIII.* usque ad *num. XCI. Ierichouiensi coenobio* a nobilibus de *Plate* donata sunt uaria praedia, in fide & clientela partim *Magdeburgici* antistitis; partim ducis *Brunswicensis* ab *De inuestiturа episcoporum Germaniae.* 1286. *Num. XCIII.* an. 1258. specimen *insolentiae* aduocatorum ecclesiae. *Num. XCIV.* an. 1109. de *inuestitura episcoporum* semel iterumque edita sunt medii aeui documenta; quibus nostrum hoc lubuit addere. *Num. XCV. an. 1418. a p. 444. ad p. 466. concordatorum Germaniae* cum *papa* noua editione opus fuerat ideo; quod *Leibniziana* scateat pluribus mendis. *Concordata Germaniae emendatiora.* Nostrum uero descriptum sit ex *autographo* in *tabulario principali*, in ciuus gratiam illud *Romae* fuerat confectum. Accedit, quod *in diurnis Hallensibus anni 1740. num. 45. 46. 47.* momentoso instituto, docuerim: haec *concordata Germaniae*, *consensu uniuersi imperii destituta*, *neque*

LEGIS

LEGIS *neque* SANCTIONIS *nomina mereri.* Quid quod ipſa *capitulatio Caeſarea* moneat quidem pontificem, ne limites *concordatorum* tranſiliat ipſe; nec quicquam uero, ut illis principes ac ordines imperii obtemperent, mandat iubetque. Vt adeo plures *Germaniae epiſcopatus* nominare licuerit; qui in *ſtatutis* ſuis clare definiunt: ſe *Germaniae concordata* nullo unquam tempore uel agnouiſſe uel obſeruaſſe. Dolendum, quod Germanici iuris publici conſulti, leui brachio rem hanc tractent fingantque nobis *pontificialia conuenta* falſo & ignoranter. *Num. XCVI.* an. 998. hoc diploma cum aliis eorundem Ottonum typis redditum eſt ſemel iterumque; licet uero *monetandi iura* referri uideantur *ad regium ius:* non tamen fallere debet hoc ipſum, certo ſophismatis argumento a dicto ſecundum quid ad ſimpliciter dictum, quod declarauimus *num. LXII.* §. 10. ſuperius. *Num. XCVII. anno 1294.* agnoſcit ipſe *dux Saxoniae*, quod *Burggrauiatus feudum* ſit *archiepiſcopale*, necquicquicquam uero *imperii* adeoque illud non imperio ipſe reſignet; ſed *archiepiſcopo.* Quae confeſſio omnis *probationis* eſt *regina* & apex ſummus. *Num. XCVIII. 177.* docet hoc idem, quod licet *Burggrauius* ſit uaſallus *archiepiſcopatus*, ſcultetus tamen queat eſſe *retrouaſallus*

Cenſurae grauioris.

Exulant CONCORDATA in epiſcopatibus.

De *Burggrauiatu* non imperiali; ſed *archiepiſcopali.*

Burg-

Burggrauii. Singulare eſt, quod *num. XCVIII. pag. 470.* habetur: *officium* ſculteti, *quod, in ius feudale laica manus uſurpauerat.* Taedet pigetque formulae hodieque ſolemnis, incongruae tamen omnino: quod ſcultetus urbis & ſalinarum agnoſcere debeat cum ſalinatoribus, *archiepiſcopum* aut *ducem* ſuum *Burggrauium ſolum & unicum.* Cum hoc *miniſtri* fuerit nomen; non *domini* aut *principis.* Rectius fieret: ſi ipſe *ſcultetus* nomen *burggrauii* acciperet, *regis* iuſſu uſuque curiali, eodemque etiam iure, quo a *ſalinis* noſtris audit *Salzgrauius:* ſed adminiſtri rerum potentes & diſcere nolunt & dediſcere.

Burggrauius non dominus; ſed *miniſter* archiepiſcopi.

Formula *inconcinna* curialis.

§. XIV. In *num. XCVIII. p. 469.* deſcribitur fundatio *eccleſiae collegiatae* cum omnibus iuribus acceſſoriis, recenſitis ſigillatim. *Num. XCIX.* an. 1383. *capituli Magdeburgenſis eccleſiae priuilegia,* enumerata abunde ab archiepiſcopo ipſo. *Num. C. an. 1514. hiſtoriam* ac ritus narrat, quibus *antiſtes Magdeburgenſis eccleſiae* adſtringitur *fidelitatis iuramento* papae Romano, inſtar *uaſalli apoſtolici.* Praetereaque ſingulis *trienniis Romae* tenetur ſiſtere ſe; niſi redemerit *iter*, pretio definito. Stupendum *Germaniae* onus idque exprobratum Romae paulo poſt in

RITVS capituli.

& hominii *archiepiſcopalis, papae* praeſtandi.

in *nationis Germanicae grauaminibus* desideriisque euangelicorum.

§. XV. *Liber V.* FASCICVLVM COMPREHENDIT aliquot *manualium opusculorum*, datorum typis hisce, me absente. In *primo p.*483. *epitome* occurrit rerum *Mecklenburgensium.* Licet enim illa breuis sit & brachii leuioris: *fragmenta* tamen habet, quibus pretium accedit ex *uetustate* & publicae fidei *tabulariis.* Ipsi enim in nostro museo custodimus *mscr. Chemnitium & septem* alios scriptores *Mecklenburgicos*, alio tempore conferendos in hoc argumento. Deinde p. 512. recitatur historia *Altenburgensis burggrauiatus*, ab erudito quondam uiro, LIEBIO, gazophylacii Gothani custode integerrimo, nobis transmissa. Praeterea *num. III. p.* 555. iterum sistunt se aliquot, memoria dignissima diplomata. Eo maioris facienda ideo; quoniam plura nos docent *historiae forensis & iudiciariae* aeui prioris. Nam *principio* imis sensibus est notandum, *ius* MAGDEBVRGICVM, manifesto errore, postea SAXONICVM dictum fuisse: quod praeses eius esset *Burggrauius*, quod munus, sub lege tamen *subfeudi*, *Saxoniae duci* demandauerat archiepiscopus. Nam ceteroquin haec iura *Magdeburgi* & nata sunt et exculta; ut nomen patrium suum aeque mereantur, quam *Lubecense*.

Epitome *Mecklenburgensis* historiae.

Altenburgensis Burggrauii.

Iuris *Magdeburgici* receptus in *Lusatia.*

Deinde HERMANNVM *Brandenburgicum* & *Lusatiae marchionem* fuisse simul, hoc diploma docet docuitque idem superius p. 555. & agnoscit rex *Matthias* an. 1474. in p. 561. *Praeterea* ex eo tempore interdicti sunt *Lusati*, prouocare ad *Magdeburgicum* scabinatum, quo urbs proscripta est a *Carolo V.* quod docent *Ferdinandi I.* codicilli p. 555. *Porro*, quo tempore LVSATI *scripto iure* caruere; eo quoque insignis fuerat *indulgentia Marchionis* BRANDENBVRGICI: ut, cum ipse eius autor esse potuerit *Lusatis suis*, concederet eis, uti *iure peregrino Magdeburgico*. *Demum*, licet *actorum transmissionem* causauerit *iuris Magdeburgici* in LVSATIA *receptus*; inter hunc tamen & iurisdictionem longissimum est discrimen. Hodieque enim *ordines iureconsultorum* atque *scabinatuum* causas respondent definiuntque forenses extraneorum iudiciorum & tribunalium; neque tamen ideo *domestica* iura ipsis pro norma sunt; sed illorum potius locorum statuta; unde *iudicialia acta* illis transmittuntur. Taceo, quod iudicis transmittentis autoritate utamur; nequicquam nostra.

Sublata *prouocatio* Magdeburgum.

§. XVI. *Libri VI. numero IV. p.* 563. *matricula* siue *inuentarium* proditur *Archiui* WEINSBERGENSIS, in *Hohenloici* comitatus metropoli, *Oeringae* custoditi. Diu

Matricula ARCHIVI *Weinsbergensis,*

Diu multumque ab *illustrissima familia* rogaui potiorum ex eo *diplomatum* apographa, meis sumtibus facienda; cum *an.* 1715. mense *Nouembr.* hos thesauros usurparem hisce oculis meis. Semel iterumque facta erat eius desiderii explendi spes: sed, mortuo comite *Ludouico Gothofredo*, PFEDELBACENSI, domino mihi fauentissimo rerumque perito, post tot in plura Europae regna & res publicas itinera absoluta; omnis quoque illa decollauit. Interim *curiae Hohenloicae director* mihi *repertorium* eius transmisit: quo ipso mihi aliisque lectoribus mouit saliuam; ad fercula, quae adposita sunt in eo, non spectanda; uerum ingurgitanda pleno ore & his cupediis obruendo stomachum intemperanter. comitum de *Hohenlohe.*

§. XVII. Dum haec scribo, agit in musis ac museo meo, AVGVSTVS GVILIELMVS, S. R. I. comes de HOHENLOHE, *Ingelfingensis* lineae, iuuenis litteratissimus, philosophiae atque iuris publici priuatique callentissimus. Vix enim *Fridericiana* nostra aluit parem; cui neque aliquid uel *ingenii* deesset uel *iudicii*, utrique autem accederet *ardor* immensus, ad conscendendum summum doctrinae apicem. Quid? quod praeterea uenustas oris, frontis explicatio, oculorum suauitas, gratia uultus, & habitus Elogium *Augusti Guilielmi* comitis.

ceteraque talia ſint: ut *mentis* & *corporis* uires uirtuteſque reſpondeant ſibi in pulcherrima harmonia. Excitant haec in nobis non tam ſpem; quam fiduciam plenam; fore olim; ut principi potentiori aut Germaniae uniuerſae proſit ille conſiliis factisque, ad DEI gloriam patriaeque ſalutem. Atque is, eo momento, quo ſcribo haec, dextera data, pollicitus eſt: ſe, breui reducem factum, omnem lapidem moturum eſſe apud *celſiſſimam familiam;* ut demum ego compos fierem WEINSBERGENSIVM MONVMENTORVM, atque mecum litterati plures in *reliquiarum reliquiis.*

NORTHEMENSIVM *diplomatum* ſyllabus.

§. XVIII. In *libri V. num.* 3. *pag.* 619. enumerauimus *quadraginta* diplomatum argumenta ſingularia; unde notitia haurienda ciuitatis ac urbis NORTHEIMENSIS, meliori fide, quam ex uulgaribus chronicis. Praecipue maximus BRACTEATORVM NVMVLORVM eſt numerus, quibus inſcripta ſunt litterarum elementa: NORT. uel NORTH. uel littera N. ſolum. Vnde dubitatio oritur: num illi NORTHEMIO tribuendi; an uero NORTHVSIO, ciuitati imperiali? Difficilior eius rei deciſio eſt, quod utraque ciuitas polleat *iure monetandi.* Prima *Brunſuicenſium ducum;* altera *auguſtali* imperatoris indulgentia.

Inter IVS MONETANDI *proprium* et *alienum* ac *tabernas*

Ceterum, quod obiter addo, *urbium monetalium*

netalium (*der Müntzſtätte*) diuerſiſſima *iura* fuiſſe, raro diſtincta ab auctoribus. Nam aliis illa *propria* fuerunt; in aliis autem inſtitutae *officinae monetariae* tantum. Vtriusque diſcrimina fuerunt maxima. Nam in *primo* genere *pondus* & *forma monetae*, imo etiam *inſcriptio* pependit ab arbitratu earundem; quod *leges monetales* olim non *uniuerſae Germaniae* datae: quemadmodum neque hodie una eſt omnium *menſura*, *ulna*, *pondus* aut *qualitas argenti* puri aut mixti, aurifabris praeſcripta: contra autem in *monetariis officinis* operarii pependerunt ab ipſius principis largitoris uoluntate ac mandato. Praeterea eiusdem eſt, aperire illas iterumque claudere. Quod ultimum eueniſſe in *Northeimenſi* ciuitate, conſtat: pro temporum ſcilicet rationibus & argenti pretio & libertate priuilegii largitoris, ad illud tollendum aut ſuſpendendum etiam aliquandiu. Praeſertim hodie, ubi *Germaniae monetae omnes legibus monetariis* ſunt adſtrictae. Quas ſi uiolare nolueris, nullum exinde lucrum ad dominum monetae redundat; imo impenſae ſuperant illud, quod dici ſolet in uernacula *der ſchlægeſchatz*. Proſtant etiam plures *Northeimenſes numi unciales* (thaleros dicimus). A quibus ciuitas pariter deſuefacta, ducalibus in-

monetarias diſcrimina.

terdictis. Vtinam uetuſtioris aeui *diplomata* ei ſupereſſent uel *caſtro* uel *pago* uel *coenobio:* unde aliquid in *hiſtoria Saxoniae*, ſeculi XI. & XII. liceret diſcere; quae obuoluta adhuc tenebris. Controuerſiae eiusdem praeterea facilius reſponderi poſſent, quas olim cum *comite* habuerunt atque hodie cum *ſacro collegio*. Inſignis certe *libertas* eius, cuius *menſura*, principe uolente, eſſe debebat *Goettinga*, urbs & magnae & uetuſtae celebritatis.

POMERANIA ſubfeudum *Brandenburgici* electoratus.

§. XIX. In *lib. V. num.* 6. codicillus auguſtalis promulgatur FRIDERICI II. *imperatoris* anno 1231. ita conceptus claris verbis: ut POMERANIA intelligatur hinc, MARCHIAE BRANDENBVRGICAE FEVDVM & eſſe et fuiſſe olim. Idque non ſolum ducum & ordinum *Pomeraniae* bona pace; ſed etiam *imperatoris* & *imperii* confirmatione auguſtali. Vt fruſtra ſit maleuolentia quorundam autorum; qui *curiae feudali Brandenburgicae* hanc inuident *ducum uaſallorum* glorioſam claſſem. Quod alibi (*) demonſtratum

(*) IN HALLENSIBVS DIVRNIS 1731 *num.* 11. *pag.* 163. habes: *uindicias Brandeburgicas pro Pomeraniae ducum clientela & nexu feudali.* Nam, *auguſtalibus codicillis*, oſtenſum; quod Pomeraniae duces ab imperio agniti non ſint pro eius ciuibus immediate; ſed habiti edictique *Brandeburgici uaſalli.* Deinde *fabula* diſcuſſa; quod *Ludouicus IV.* imperator hanc demum Pomeraniae clientelam adſignauerit *Brandenburgicis*, in gratiam filii ſui marchionis.

ſtratum eſt, pluribus rerum argumentis conductis paſſim.

§. XX. Illud praeterea imis ſenſibus notandum: quibus vſi fuerint veteres in TRANSVMPTO *conficiendo*, formulis ac ſchematibus; ad cauendam DIPLOMATIS *falſiparentis* & ſuppoſitii fraudem: quae ſolennia docet hoc noſtrum. Nam principio 1) opus fuerat *fide* & *autoritate* illius, a quo *tranſumtio* petita; deinde 2) nomine eius, qui *rogauerat* eandem; tum 3) *petitionis* commemorata cauſa; poſt 4) *productione authentici*; porro 5) eius *inſpectione* & *relectione* publica; praeterea 6) *deſcriptione* uel ab ipſo *notario* facta uel eius *ſcriba*, cui ipſe hoc demandauerat nominatim; nec non 7) *teſtium* plurium *praeſentia teſtimonioque*; non minus 8) *nominibus* eorundem in ipſo tranſumto indicatis ſigillatim; imo 9) *loci* & *diei* mentione, ubi & 10) *quando* negotium ſuſceptum finitumque; 11) demum *tranſumentis ſubſcriptione* & *ſigillo*; tandem 12) *notarii* unius aut plurium

TRANSVMPTI. *autographi*, SOLENNIA an. 1421.

Poſt *odia Caroli IV.* in Boicam ſtirpem concepta, nequiuerint *Brandeburgicum electoratum* hoc *Pomeranico uaſallo* deſtituere. Praeterea ipſi *Pomeraniae* duces agnouerint hoc rogauerintque ideo *Brandeburgicos*; ne *duplex* inauguratio *clientelaris* illis diſpliceret; quod agnoſcerent quoque eandem a *marchionibus*, iuxta *imperialem*. Demum *curia imperialis*, ad ſopiendam hanc litem, *Brandenburgicis* marchionibus indulſerint *coniunctam manum*. Quo iure factum eſt: ut *Pomerania*, ducibus extinctis, *feudi aperti* lege, acceſſerit *Brandenburgico electoratui*.

rium *instrumentis* hoc eodem fine & formula; quod *uiderint* & *audiuerint* omnia ea, quae acta factaque sint in *transumptionis* ritu modoque solenni. Quorum unum alterumque si neglectum fuerit, illud reddit *apographum* tale suspectum derogatque publicae fidei (*). Exemplo igitur hoc esse potest & historicis & iureconsultis; quam temere hodie fiat: quod eius generis *uidimatae copiae*, ut dicuntur, pendeant a *notarii*, *archiuarii* aut *secretarii* solius, qui documentum descripserat, fide. Deinde licet, uitio seculi, hodie illa ualeat; necquicquam tamen ualuerit olim. Neque enim credendum est, *episcopum Gerhardum*, nostri *transumpti* autorem, aliquid fecisse superfluum; sed *modo rituque* maiorum usum esse, ad conciliandum *testatissimo apographo* plenissimam fidem, ipsi *autographo*

(*) Postquam in mores iuit; libellos & codicillos ex *autographis* describere publica autoritate; uia aperta est fraudibus innumeris, ad *fingendum diplomata*; quibus deinde, per fallaces *transumptiones*, conciliata fides. Licet *autographa* re ipsa ex i erint nullo tempore. Paucissimi principes fuerant quondam litterati: ideoque horum autoritate abuti licuerat ei, cuius intererat, falsum in gratiamque eius confictum documentum, pro uero agnosci; reponi in sacro laterculo & tabulario principali; ut etiam loci religio adderet figmentis opinionem ueri. Praesertim quod adiuuaret fabulas iuris illud axioma: in antiquis qualemcunque scripturam facere fidem. Tempore Carolingorum consultius putarunt: *tria aut plura autographa* fieri illaque in diuersis locis reponere ad custodiendum, ne facile opus esset apographo ob casum.

grapho aequandam omnino, etiam in *forensi* conflictu.

§. XXI. Est quoque illud singulare: quod *diploma* hoc scriptum sit *Rauennae* extra Germaniam. Deinde, quod licet illius argumentum fuerit libellus clientelaris *Germanici feudi*, nihilominus, VICE DOMINI COLONIENSIS ARCHIEPISCOPI, TOTIVS ITALIAE ARCHICANCELLARII, expediuerit illum imperialis aulae *cancellarius*, *episcopus Ratisponensis*. Vt adeo pateat inde publici iuris norma. MOGVNTINI archicancellariatum limitibus contineri *Germaniae*: extra eandem autem hanc spartam exornandam relinqui COLONIENSI in *Italia* & TREVIRENSI in *Austrasia* & regno ARELATENSI. Siue caussa *Germanica* sit siue *alterius* gentis, dummodo expediatur illa in *curia* cancellariaque *augustali*.

COLONIENSIS Italiae *archicancellariatus* uersatur quoque in *caussis Germaniae*, FEVDALIBVS etiam.

§. XXII. Ceterum illud de nostro hoc *monumentorum* adparatu, tam uniuersim, quam sigillatim, cognitum sit; quod autoritas eorundem, in *iudiciis* usuque *forensi*, non sit tanta, quam habere solent *autographa* ipsa: ut faciant ius plenamque fidem. Neque enim nostrae supellectili unquam adrogauimus, quod hae *scripturae* sint *publicae*. *Priuatae* permanent omnino; neque ultra ascendit earundem pretium. Rationes faciles sunt ad intelligendum. Principio illa necquicquam

DIPLOMATVM FIDES in reliquiis.

quam requisita & deprompta sunt ex laterculis & tabulariis sacris; deinde si uel in uno alteroue illud euenisset, desunt tamen *archiotae* aut *notarii testimonia;* quod scriptio cum *authentico* sit collata respondeatque ei uerbatim. His uerò neglectis, uacillat quoque exinde plena & indubitata probatio Idque iure *ciuili* siue uoluntario *positiuo.* Quicquid enim *philosophi* praecipiunt de *probabilitatis gradibus* uariis; illud locum non habet in *iuris*,quo patria nostra utitur,argumento. Non spernimus has *philosophantium argutias;* sed cum illae plerumque pendeant a *cognitoris* arbitrio, illud non potest non esse fallax, uti fallaces & dubiae sunt mortalium opiniones. Quibus respublica nequit gubernari. Praestatque ideo, ambigua quaeque tolli, legislatoris uoluntate; quam relinquere rem altercationibus sine fine. Sint igitur aliquo loco, in litteraria republica, nostrae *reliquiae;* in regnis imperiisque anceps est quaestio: quo illae pretio haberi uelit regnator, legislatoria pollens autoritate. Neque diffitemur illud; quod aliqua *diplomata* ante iam typis exscripta sint publicis; quam nos illa ederemus. Omnium enim, quae in libris habentur, memoriam habere, plus diuinitatis habet, quam humanitatis, iudicio nostri Iustiniani. Si ergo in *reliquias* nostras irrepserunt aliqua, typis publicis exscripta ante; nescientia nostra in causa fuit; non penuria rerum, quibus nostra supellex abundat. In eo certe differunt nostrae *reliquiae* a *collectionibus* aliis, qui, in suis uoluminibus coaceruandis, conduxerunt, quicquid repererunt in libris etiam uulgatis & uul-

& uulgaribus pridem; omiſſis, quod deſiderandum, nominibus eorum, quibus talia ſurripuerunt feceruntque ſua furtim.

§. XXIII. Si in *libro VI.* aliquid peccaui, in *ultimae lineae adpendicula*, ueniam mihi polliceor a beneuolo lectore. Fateor, mea haec eſſe neque alicuius nominis & autoritatis in republica. Largior etiam hoc, uetuſtioris Germaniae inſtituta alia longe fuiſſe; a me indecore effoeminatue migrata, ſingultibus & lachrymis, ob uxoris &, aetate confectae, matronae obitum. *Foeminis*, inquit TACITVS noſter, LVGERE *honeſtum eſt in Germania, uiris* MEMINISSE. Sim itaque reus in *fletu* effuſo, nimium forte; in MEMORIA autem THALAMI, hic addita, me, bonis moribus ſuis, tuebuntur ipſi Germani. Taceo, quod noſtrarum reliquiarum lectores defunctae matronae debeant gratias pariter idque ideo; quod, indulgentia illius, factum ſit; ut, in conducendis & coemendis *membranis* ac *chartis*, fuerim effuſior. Contra enim plurium aliorum exemplis fui doctus; quod, ſimili conatui maritorum, uxores obſtiterint, acriter dolendo, disſuadendo, effundendo mala uerba, confugiendoque ad minas & lachrymas, bile & felle mixtas mordaci. Vt mallent demum, his impetiti fulminibus, carere literario hoc adparatu; quam excitare domeſtici incendia belli. Ceterum agnoſco animi hic mei imbecillitatem; ſed aperio quoque grauitatem caſus cauſaeque. Siquidem, per naturae ordinem, ita fieri poſſet; ut coniuges, poſt connubiale conſortium, tot luſtris continuatum, ad ultimam usque ſenectam, obirent quoque ſimul

MEMORIAE THALAMI uenia rogata.

ſimul diem ultimum: nullae querelarum cauſae porro ſupereſſent. Contra autem, ſi conſuetudinis indoles altera natura audit; non poteſt non dolorificum eſſe, poſt tot luſtrorum lapſus inuicem diuelli, altera parte ſuperſtite derelicta in uiduitate & murui auxilii orbitate & inopia. Quam enim ſociauerit ſibi uiduus ſenex? Num *adoleſcentulam?* Verum ſimilis tum ſimili magis gaudebit. Neque rem, damni irreparabilis, exponet, ſubacti iudicii, uir lapſui uerſatilis aleae. Quid uero? ſi ſperatam aut pactam uoluerit, *ſui ſimilem* matronam, confectae iam aetatis? Hoc certe minus fuerit conſultum. Nam quae, ab hac, ei auxilia? Et, ſi *conſuetudo natura* eſt, hanc qua *furca* expuleris in uetula? ſi illa conuenerit minus tuis moribus. *Laedimur, ſi collidimur*, ſymbolum eſt nautarum atque, eadem ex cauſa, *coniugum* quoque; in *connubiali oceano*, pariter excitatis in eo multoties turbinibus ac procellis. Vbi nautae prouidentia requirit omnino: ut, quicunque uenti ſint, non abſit ars gubernatoris ad uertendum & obliquandum cauendumque naufragium. Ex quo ſociis naualibus pericula eadem & damna, imo pernicies & exitium. Ille igitur optimus conſiliator ſuaſorque; ut, in confecta aetate, immoriamur uiduitati & ſolitudini. Praeſertim ſuperſtitibus *liberis* & *nepotulis*. Quod ſi uel hi ipſi defuerint; dulcius tamen morimur, his quoque deſtituti; quam, ut euenire hic plurimum ſolet, *adulterimis* eluſi *fallaciis*. Scripſi in *Fridericiana* III. nonarum *Iunii* menſis cIɔ Iɔcc XLI.

Multi *diſcriminis ſenile* connubium.

SVPERPONDIVM
TOMI XII.
RELIQVIARVM.

§. I.

Desunt huic *uolumini* aliquot schedae, ad eius iustam mensuram; quas, *superpondii* loco, addimus hic: ne emptor desideret cum prioribus aequalitatem. **Superpondii caussa.**

§. II. Absens fueram eo tempore, quo sudauit illud sub prelo. Adeoque magis abruptum fuit; quam ad limites usque prolatum, positos *tomis reliquiarum* plerisque aliis. ***absentia* autoris.**

§. III. Neque, quod damus, a nostris *reliquiis* est alienum prorsus. Nam, in antecedentibus *tomis*, uti uniuersae propemodum *Europae* ratio habita, nullumque in illa est regnum aut respublica, in cuius gratiam non extent aliqua in iisdem symbola; nostris curis impensisque prolata in nostris RELIQVIIS: ita quoque, in *Bohemiae Silesiae*que rebus, obuenerunt nobis *fasciculi manuales* plurium documentorum; quae, expunctis illis, quae GOLDASTVS, BALBINVS, HENNELIVS aliique publicarunt, *fide* licet *aliena*, dedimus prelo, ad imprimendum & exscribendum publicis typis. ***Reliquiarum* adparatus per *Europae* regna & respublicas.** ***Bohemiae Silesiae*que etiam.**

§. IV. Cum uero *apographa* omnia haec essent fidesque apud describentem; nostrum non fuerat, uocare illa sub incudem iuris & rationis; quae ab eius sortis *race-* **Quae *apographa* non *fidei* plenae.**

matione neque desiderare neque expectare, licuerit. In *numophylaciis* principum & doctorum uirorum, *falsae* quoque *monetae* locum inueniunt idemque fit in *museis*, in quibus & genuina & *suppositititia* scripta reponuntur. Quid? quod in ipsis *sanctorum reliquiis*, ambiguum ualde sit, internosse uera ossium nomina a falsiparentibus et minus genuinis. Credibile enim non est; emunctae adeo naris aliquem fore; qui suboleat hoc discrimen. Quam sibi facultatem adrogauerat olim uir doctus.

Inde *ambigua* quae sunt, requirunt *criticam* singularem.

§. V. Interim ad litteraria bella si fuerit deuentum; tum demum acuendus est animus & contendendum omnibus ingenii & scientiae neruis: ne spurci & spurii partus supponantur pro ueris & genuinis. Praesertim in *conflictu forensi* aut *disceptationibus*, iudiciorum inter gentes. Vbi, non de stillicidiis aut sterquiliniis, lis est; sed territoriis & principatibus, imo de hominum uita, bonis atque fortunis populorumque salute. Quo igitur grauiora hinc belligerantium iudicia sunt; eo magis cauenda fraus & schemata inania; ne illa, *opinione* magis, circumueniantur, quam conuincantur rei *ueritate*.

Collectores alii sine *selectu manuscriptorum*.

§. VI. In eo tamen fuimus nos soliciores aliis pluribus; quod nullum reliquiis nostris monumentum dignum crediderimus; si fuerit nobis cognitum, alibi illud iam prostare in libris euulgatis. LVNIGIVS, GOLDASTVS, HORTLEDERVS, LONDORPIVS aliique contra toties iam typis impressa scripta corraserunt, hoc non habito selectu. Vt cumularent uoluminum molem ac numerum quomodocunque.

§. VII.

§. VII. Omnium uero notitiam habere, plus diuinitatis credidit noster *legislator*, quam humanitatis. Ab eadem igitur lectoris aequanimitate ueniam nobis pollicemur: quod in *tom. V. lib. III. dipl. 83.* hac spe fuerimus decepti. Nam mouumentum, ibi exscriptum, in aliis iam *Silesiae Bohemiae*que libris fuerat recitatum. Licet, quod in *apographis* solet euenire, diuersimode aliqua concepta sint uerbis. *Cauent sibi reliquiae ab impressis iam.*

§. VIII. Illud praeterea certum est, TRANSVMTVM SIGISMVNDI *regis* & ALBERTI *Austriae ducis* maculas habere plures νοθείας & imposturae. Vt adeo nullum in iure *iudicio*que gentium sustineat locum. Principio enim *suspectum* est hoc; quod, in *sui* ipsius *gratiam*, scripserit *transumtum rex* adeoque autor fuerit in rem suam. Quod si uero illud dandum esset *transumenti*, opera luderetur ideo. Quoniam posset eadem facilitate uerbis illius credi; quam *apographo*, ab illius fide pendenti. Moribus igitur curialibus medii aeui receptum cautumque est hoc: ut in *transumtis*, praeter notarios & testes, alius sit, qui *requirat transumtum* producatque *autographum*; alius, qui *recipiat* illud ad describendum conficiatque *apographum*, addita ei ueritatis & fidei nouo argumento. Quod omne neglectum in commentitio hoc *transumto*. IMPOSTVRAE transumti LIEGNICENSIS 1301. uel 1331. Signa 1) *autor* in rem *suam*.

§. IX. Deinde, praeter *requirentem* & *suscipientem* transumtum, opus *quinque* pluriumque TESTIVM fide, qui legerint relegerintque *originale* cum eoque *contulerint apographum* uerbatim postea. Sed neque 2) desunt *testes*.

 de

de his in *Sigismundino* transumto uel uola uel uestigium ullum. Vt adeo uacillet iterum fides, *transumto* habenda alias.

3) *scribae* priuati; non publici. *notarii.* §. X. Porro, in describendo *originali*, non *priuatorum scribarum* calamo fuerat agendum; sed *notariorum*, unius uel plurium. Qui ipsi & scripsisse se & ad amussim ex *autographo* descripsisse, peculiari ideo scheda adnexa, testabantur. Ne, in re tanti momenti, posset *transumtum* ullatenus fallere. Quid autem in *Sigismundino?* Desideratur omnino etiam hoc.

4) *temporis* uarietas. §. XI. Praeterea *autographum* fertur conceptum esse, anno CIↃ CCCI. in *transumto* apud BALBINVM: sed in aliis exemplis nostroque *triginta* adduntur anni; ut calculus sit *annus* CIↃ CCC XXXI. Quae uarietas minuit non minus fidem.

5) in *loco* alieno. §. XII. Tum *autographum* PRAGAE subscriptum. Sed, quo fato VIENNAE confici debuit *transumtum?* extra Bohemiae limites in *Austria*. Et, si *originale* tunc *Austriaco tabulario* illatum est; haud dubie produci illud poterit ibidem etiamnunc. Sin minus, ex *fabula* non fiet *historia*.

6) incongruae *formulae* in parum *uetusto* autographo. §. XIII. Post inter *autographum* & hoc *transumtum* non unius seculi spatiolum intercessit. Intra quod tempus non poterat, quod gestum actumque fuerat in curia feudali, excidere omni hominum memoria: ut tantopere opus esset *transumto*; qua causa fieri haec solent alias in uetustioribus monumentis. Formulae igitur *Sigismundi regis* parum congruae sunt: *auscultare fecimus certas literas, non* ABRASAS (macula haec

haec uetuſtatis eſt, non diplomatis ſexaginta annorum) *ſeu* CANCELLATAS; *ſed* INTEGRAS SANAS (ad morbum enim hunc contrahendum iterum requiritur maior aetas) *ac* SVSPICIONE *carentes*, (atqui haec poterat dispelli hominum memoria facilius) SIGILLISque VERIS *&* *non* FICTIS (diffidit ſibi ipſi tranſumtor; quia non audet *ſigilla* autographi, ut iuris & moris eſt, in tranſumto deſcribere) *firmius communitas, quas tranſcribi fecimus; ut adhibeatur fides infallibilis.* Sed, ex infectis, facta producere, aut ex fabulis facere hiſtoriam, illud eſt extra limites imperii.

§. XIV. Vrges uero ALBERTI *Auſtriae ducis* nomen, SIGISMVNDO *regi* adiunctum, in hoc *transumto;* ad maiorem excitandam fidem. Verum qua facilitate nomen AVGVSTI eſt ſcriptum fictumque, eadem etiam ſcribi fingique potuit ALBERTI, generi eius & filii adoptiui, adeoque pariter autoris in rem ſuam. Qui nexus fidem non adauget, ſed deſtruit conuellitque. 7) *Alberti* teſtimonium *ſuſpectum.*

§. XV. Ad extremum occurrunt *documenta* alia plura, AVTOGRAPHA & plenae fidei, quae *Sigismundino* huic *transumto* omnem derogant fidem. Nam *principio* CODICILLVS ipſe ſupereſt; quo LIEGNICENSIS principatus, ab omni imperio & dominatu alieno liberrimus, ſuique tantum iuris, IOANNI BOHEMIAE *regi* in *feudum* eſt oblatus anno CIↃCCCXXIX. in quo nec uola nec ueſtigium ullum reperitur; de illo extinguendo, *innectendo* & *incorporando Bohemiae regno* olim, extincta LIEGNICENSI ſtirpe. Siue igitur 8) *contraria* diplomatibus *ſinceris.*

 trans-

transumti LIBELLVS anno CIↃ CCCI. ſiue anno CIↃ CCCXXXI. ſcriptus dicatur: utrumque eſt opinabile necquicquam. Si enim fuerit *primum*; quis crediderit, IOANNEM REGEM oblationem anno CIↃ CCC XXIX. pro PRIMA habuiſſe & publicaſſe in ſui ipſius *damnum:* ſi iam *antiquior* extiterit anno CIↃ CCCI. quae ultra quinque luſtra Bohemiae regibus obuenerit antea a *Liegnicenſibus* ducibus. Quod ſi uero calculus *ſuppoſititii autographi transumti* in annum CIↃ CCCXXXI. reponendus; qui potuiſſet *anterioris*, ante *biennum* factae, *oblationis* omitti commemoratio aut uerbatim dici: *liberas* & *disbrigatas* (*) ab omni *ſeruitute* aut nexu *Liegnicenſes* eousque terras fuiſſe: ſi ante *biennium* iam euenìſſet *ſubiectio*, praeſtita *regi Bohemiae.* Erit igitur uel noſtrum *diploma* falſum uel *transumtum* Sigismundi. Atqui de *noſtro* nemo dubitauit unquam, *agnito* ſemper & producto in conflictu forenſi tam a *Bohemiae regibus*, quam a *Lieguicenſibus ducibus:* igitur fides deneganda *ultimo.*

9) non *agnita* curiae *regali* 1511. 1522. 1529.

§. XVI. Tandem quo pudore aliquis arguerit diplomata VLADISLAI *regis an.* CIↃ IↃXI. & LVDOVICI *anno* CIↃ IↃXXII. atque an. CIↃ IↃXXIX. falſitatis & uaniloquii, ob *commentitium* hoc *transumtum.* Nam *triga* horum agnoſcit; quod *ducibus Liegni-*

(*) *Disbrigatum*, idem eſt; quam ab omni alieno *iure*, *lite briga* & *praetenſione* liberum nulli que alii addictum ullo nexu. Ex aduerſo enim *briga* eſt contentio, in uernacula bruch, gebrechen. Significatus, uterque, in medii aeui latinitate, frequens notusque. Idem eſt *disligatum*, quod alii legunt; *des* enim *Gallis* hodieque idem, quam *ſine*, uti *desauantage.*

cen-

censibus potestas semper fuerit, ALIENANDI *prouincias suas aliis quibusue*, actu inter VIVOS: ideoque, nouo nunc *indulgentiae* genere, dari quoque TESTANDI facultatem de illis *ultima* uoluntate. Supponunt aperte fidenterque CODICILLI REGALES, *primum*, idque sine ulla dubitatione: ut adeo fidem hanc *publicam* & *curialem* nemo in dubium uocauerit, sine crimine *sacrilegii*.

§. XVII. Et si aliquid etiam ueri haberet *transumtum* SIGISMVNDI *regis* an. 1426. quis ligauerit ideo manus VLADISLAO atque LVDOVICO *Bohemiae regibus*; quin essent in LIEGNICENSES duces solito indulgentiores idque ob merita insignia in *Bohemiam*? aut quis inanis *transumti* ergo utriusque principis curiam *regalem* uel ignorantiae insimulauerit uel commenti ac falsitatis? Cessat, in eadem causa, diuersis temporibus idque sub *regibus Bohemiae* diuersis, *ter repetito* codicillo, suspicio *subreptionis* & *stellionatus*. Tuebitur potius haec TRIGA *regalium codicillorum* causam *Liegnicensem*, aduersus fallax & uarium *transumtum*. Et quorsum *regis* FERDINANDI I. facinus? Qui enim anno CIↃIↃXXIX. LIEGNICENSIBVS *ducibus* PRIVILEGIA quaeque, nullo excepto, liberali manu, confirmauit *diplomate regali*; idem rescindere illa instituit deinceps, inanium specie. **ro) *Sublata nouioribus codicillis.***

§. XVIII. Cum uero ab AVGVSTISSIMO REGE *kalendis Decembris mensis* anni CIↃIↃCCXL. haec mihi prouincia demandata fuerit, ad hanc *caussam agendam* & instruendam publica *diplomatum fide*. Principio **Opusculi, in hac caussa, scripti, accessio.**

 qui-

quidem in uernacula in gratiam *Germanici* imperii; post uero, *extraneorum* regnorum ergo, *Latine:* nullus dubitare potui, ultimum reuidere *opusculum* &, *superpondii* loco, huic reliquiarum nostrarum ultimo uolumini addere. Quemadmodum enim REX AVGVSTISSIMVS *iurium domus suae* callentissimus est: sic maluit forte opera *iureconsulti*, in hoc argumento, uti: ne quid in illo *consilii* rationibus dedisse uideretur, quae posita quandoque sunt extra iurisprudentiae sincerae sphaeram. *Septuagenario* maior scripsi. Et, per hos *quadraginta* annos, quibus munere eodem curiali multoties & annuatim fere defunctus sum; nullius opusculi memini, quod a purpuratis & palatinis administris non fuisset ex asse probatum. Nil enim unquam, DEVM testor, ad sensus aliorum scripsi aut responsis tutus sum. Sed illud uerum est; me, agnita ueritate, tecta licet aliis & communium opinionum tenebris obuoluta, curam iustitiae sedulam habuisse, postpositis & neglectis odii, amoris, proprii commodi, imo incussi multoties metus & formidinis ingentium periculorum caussis. Idem, bonae mentis conscientia, adfirmare nunc licet, in hoc eodem argumento. Praestet DEVS iustae etiam huic causae patrocinium! Sit ultor iniuriarum, maioribus illatarum ab aduersa parte! faciatque, ut omnia, secundis numinibus, eueniant reipublicae feliciter. Scripsi *Halae*, mense *Martio*, anno CIↃ IↃ CCXLI.

PATRI-

PATRIMONIVM ATAVITVM PORVSSIAE REGIS ET GENTIS BRANDENBVRGICAE IN QVATVOR SILESIAE DVCATIBVS IAEGERNDORF, BRIEG, LIEGNIZ, WOHLAV CVM ADNEXIS PLVRIBVS DYNASTIIS.

PROOEMIVM.

Qui rerum iuriumque *Bohemiae Silesiae*que paulo gnarus est, eum neque latere possunt legitimae extraque omnem dubitationem positae caussae ATAVITI PATRIMONII BRANDENBVRGICI, in *quatuor* SILESIAE *ducatibus*, principatibus atque dynastiis **Iura Brandenburgica in Silesiae ducatus ciuium nemini ignota.**

IAEGERNDORF,
LIEGNIZ,
BRIEG,
WOHLAV,

BEVTHEN, ODERBERG & reliquis, inde a plurimo tempore ab *Austriacis* imperatoribus, qua regibus *Bohemiae*, omnino requisitis atque per litteras ac libellos serio ac saepius, frustra licet, adsertis.

Producta in *theatris* illustrium *praetensionum.*

§. II. Produxerunt etiam hoc argumentum in publicam arenam, quotquot *praetensionum illustrium* inter reges & principes aperuerunt *theatra;* licet, huc facientia, publicae fidei monumenta, cognita paucissimis adeoque impares fuerint diuersorum hic scriptorum conatus.

Agnitaque *Austriacis*, oblato *argento.*

§. III. IVSTITIAM *causae* intellexit & ipsa *Austriaca* domus. Ideoque, argumentorum pondere conuicta, obtulit BRANDENBVRGICAE genti numorum sat grandem summam, ad compensandum & satisfaciendum. Renuit autem BRANDENBVRGICVS PRINCEPS ELECTOR, oblata accipere. Idque partim ob GENTILITIA INTERDICTA, quae alienare iura resque familiae prohibent; partim, quod officio *boni principis* uideretur aduersum, subditos, sibi iureiurando addictos, derelinquere ac submittere potentatui a sacris praesertim euangelicis alieno.

Brandenburgicis *uenalia* nunquam.

§. IV. Vere adfirmari credique potest, conscientiae magnam uim fuisse in hoc argumento. Quod nexus *quatuor Silesiae ducatuum* horum iuratus esset frangique & rumpi non posset, salua utrin-

utrinque fide. Accederent etiam huius populi uota, preces, ſuſpiria, *lachrymae*; ne deſererentur a *Brandeburgicis*, *principibus ſuis*, quibus fidem iurauerint, nullo caſu aut temporis interuallo diuellendam, ſine periurii & perfidiae improba nota.

Iuſtitiae obeſt inuidia.

§. V. Aequiſſima ceteroquin *Auſtriaca* gens, ea tamen in re, religionis nimietate & habendi cupidine, acta fuerat in transuerſum; ut omnia tentare & experiri mallet, quam *Brandeburgicis* in *Sileſia* locum facere. Quibus, licet *iuſtitia* faueret, *ſacra* tamen eorum uiciniaque *Auſtriacis* eſſent inuiſiſſima; ut, uel horum cauſa, uiolandum eſſet ius. Id quod ipſe docuit euentus poſt. Quoniam *Brandenburgicum hoc quatuor Sileſiae ducatuum patrimonium* principibus familiisque adſignatum aliis: ut eo minor noſtris ſupereſſe uideretur ſpes, recuperandi ea, quae aliis poſſeſſoribus uendita traditaque cum perpetuarii dominii nexu.

Deficiente iudice *tempori* inſeruiendum.

§. VI. Illud uerum eſt omnique orbi ac aeuo uſu probatum: inter principes, armorum ualidos, temporis habendam rationem neque aliquid faciendum intempeſtiue. Florente igitur Auſtriaca domo, *auguſtali* fulcro corroborata atque, ultra humanae ſortis gradum, euecta gente, ſua armis uindicare aut, alio quouis remedio, praepotenti familiae extorquere

quere de manibus, illud fieri non poterat; conatu quouis alio, nonnisi inani. Verum, *maſcula* hac ſtirpe exareſcente, omnium *rerum* moderator ac *arbiter* nouam aperuit BRANDENBVRGICAE domui viam: ad iniuriam, maioribus illatam, ſi non vindicandam; tamen ad ea, quae adhuc per uim occupata & detenta, ſibi iterum adſerenda & recuperanda. Id eſt, ad QVATVOR Sileſiae DVCATVS, quibus *Brandenburgica* gens, tanto tempore deſtituta, optimo poſtliminii iure, recipiendos &, forti manu, ſi leniora remedia non ſuffecerint, redigendos in priſtinam legitimamque poteſtatem.

Nouitas rei requirit argumenti *libellum.*

§. VII. Vti vero rerum euentorumque in orbe nouitas cauſa eſſe ſolet diuerſorum motuum & iudiciorum inter mortales: ſic e re omnino videbatur, prodromo hoc, rei cauſaeque iuſtitiam aperire &, definitis iuribus ac rationibus, declarare. Qui etiam labor facilis, planus & breuis erit; quod eum adiuuant & ſuſtentant, imo abſoluunt fere plenae fidei documenta, in ſacris palatii regalis laterculis cuſtodita, ſepoſita iurisprudentia ſimulata & inani argutiolarum adparatu & fuco.

Partitio *multiplicium* cauſarum.

§. VIII. Ceterum ordo rerum exigit, ut, pro prouinciarum diuerſitate, ſingula diſtinguamus in claſſes &, prout quod-

quodque, in *Silesiae* turbis & *tribunalibus*, euenit, bona fide enumeremus, expositis & euolutis iuribus simul.

CAPVT I.

IAEGERNDORFENSIS ducatus, *Regi Porussiae* & *Brandenburgicae genti* ADSERTVS omnino.

§. I.

A IAEGERNDORFENSI *Brandenburgico* ata uito ducatu, in Silesia sito, initium faciendum est ideo: quod *Austriacae* domus truculentiora hic specimina historia prodat, quibus ille *Brandeburgicae* genti, per uim, fuerat ereptus &, uiolenta usurpatione, detentus adhuc. Idque per longum totius seculi interuallum. *Causa initii a Iaegerndorfensi ducatu.*

§. II. Historia rei ipsius haec est. Emerat *Iaegerndorfensem ducatum* marchio *Brandenburgicus*, GEORGIVS, pius cognomento, an. 1524. Nam autor ei fuerat, ad hunc contractum ineundum, ipse LVDOVICVS, *Bohemiae rex*, cognatus eius ac uitae principis, olim minoris, moderator. *Acquisitio eius a Georgio marchione Brandenburgico.* Gessit ei morem GEORGIVS atque dynastias, in *Hungaria* acquisitas, uendidit pecuniamque, inde acceptam, uertit in *Iaegerndorfensem* ducatum. Hac potissimum causa motus; quod *Iaegerndorfensia* quaeque habitum induerint *feudi hereditarii* & *Consilio & indulgentia Regis 1524. ut feudum alienabile & testabile.*

alie-

alienabilis, de quo diſponere liceret poſſeſſori, tam per contractus inter uiuos, quam mortis cauſa, per ultimam uoluntatem. Neque enim conſultum ei uidebatur alias; *allodia Hungariae* commutare cum terris, *rigori* iuris communis *feudalis*, ſubiectis & grauatis onere hoc eodem nexuque clientelari.

Solutio conuenti *pretii*.

§. III. Paruerat tum IAEGERNDORFENSIS ducatus familiae illuſtri de *Schellenberg*, paulo obaeratae. Vt adeo his aliisque, quorum intererat, pretium conuentum ſolutum eſſet receptusque ducatus in *Brandenburgicam* GEORGII marchionis ditionem.

Hinc *inauguratio Brandenburgici* M. & adoptio in principum Sileſiae *comitiis*.

§. IV. Vti autem plurium *Sileſiae principatuum* haec iura fuerant; ut, nexu *feudali* ſaluo, *proprietas* eorum remaneret vaſallo, ad diſponendum & alienandum, nihilominus: ita quoque euenit hoc idem in *Iaegerndorfenſi ducatu*. Qua lege & conditione marchio Brandenburgicus, *Georgius pius* illo inauguratus eſt eique adeo adſignatus locus & ſuffragium in Sileſiae principum prouinciali conuentu.

Confirmatio *Ferdinandi I.* 1527.

§. V. Mortuo LVDOVICO rege, eius ſucceſſor FERDINANDVS I. poſtea imperator, an. 1527. iura quaeque eidem marchioni confirmauit habuitque rata, quae indulſerat paulo ante, deceſſor eius, rex

Ludo-

Ludouicus. Perstiterat inde *Brandenburgicus* marchio GEORGIVS in quieta legitimaque possessione IAEGERNDORFENSIS ducatus, patrimonii sui. In quo feliciter regnando vertendoque omnia in meliorem statum, continuauit ille, ad mortem usque, an. 1543. insecutam. Procuratis ciuium & subditorum fortunis, palatio extructo, insignis magnificentiae, in posteris duraturae, monumento. *& Brandenburgici M. regimen gloriae plenum ad an. 1543.*

§. VI. Supererat ei filiolus unigena, GEORGIVS FRIDERICVS, quadrimulus, natus 1539. Dubitabatur de illius *tutela*, quam sibi adrogauerat in Franconia *Albertus*, cognomento *Alcibiades*, iure agnationis legitimo. Quae tutela cum *Ferdinando* regi, plurium causarum ergo, suspecta uideretur, absentis puelli principis reditus, in *Iaegerndorfensi* ducatu, *sequestro* addixit interim. *Succeffit Georgius Fridericus. cuius litigiosa tutela.*

§. VII. Quam primum uero hereditarius princeps adoleuerat, anno 19 aetatis, illico idem ille rex *Ferdinandus I.* eum non solum, in *paterno* ducatu *Iaegerndorfensi*, sponte recepit; sed etiam reditus, sequestratim collectos, restituit eidem omnes ex asse. Ne quid irae uel odio, in manifestissimo iure, dedisse uideretur. *Recipit quaeque maior.*

§. VIII. Regimen *Brandenburgico* huic marchioni, GEORGIO FRIDERICO, in pater- *Successoria pacta eius 1599. &*

1603. cum *Brandenburgicis agnatis.*

terno ac patrimoniali ducatu IAEGERNDORFENSI, longinquum & feliciſſimum fuerat; ſed, iteratum licet *matrimonium*, ei parum foecundum ac ſine prole. Mortis itaque, in ſenectute, memor, IAEGERNDORFENSEM ducatum gentilibus ſuis BRANDENBVRGENSIBVS MARCHIONIBVS deſtinauit, PACTIS SVCCESSORIIS ſemel iterumque repetitis an. 1599. atque 1603. Ne aliquid dubitationis, poſt eius obitum, ullatenus poſſet ſupereſſe aut ſuboriri.

Elector *Brandenburgicus* an. 1603. *Iaegerndorfenſem* D. accipit in ſuam poteſtatem.

§. IX. Eodem hoc iure uſus eſt quoque princeps elector BRANDENBVRGICVS, glorioſae memoriae, IOACHIMVS FRIDERICVS. Qui, mortuo *Georgio Friderico,* ſibique ideo delata ſucceſſione, fiduciarium IAEGERNDORFENSEM DVCATVM in ditionem poteſtatemque ſuam recepit; *homagio* ei praeſtito receptoque a ſubditis & ordinibus uniuerſis, bona *pace* & *regum* Bohemiae *conſenſu* adplauſuque. Nemine diſſentiente aut uel ſubdubitante de *gentilitio ducatu*, illato BRANDENBVRGICAE DOMVI, iure, tot pactis & indulgentia Bohemiae regum, abunde corroborato. Ducatui innexae fuerant plures in Sileſia dynaſtiae, *Beuthen*, *Lubſchutz*, *Oderberg*, *Tarnowitz*, aliaque, eodem acceſſorio iure; quod indolem ſequitur ſui principalis, ſolenni iureconſultis formula.

Cum *acceſſoriis dynaſtiis.*

§. X.

§. X. Interim IOACHIMVS FRIDERICVS, princeps elector Brandenburgicus, IAEGERNDORFENSEM ducatum anno 1607. *paragii* instar, ut Germaniae iureconsulti loquuntur, *filio* secundo genito IOHANNI GEORGIO adsignauit. Partim, quod ciuium Silesiae uota essent, habendi in patria secum regnatoris; partim, quod ille princeps spe excidisset *Argentoratensis episcopatus*, machinationibus sacrorum collegarum, qui suffragiis suis uicerant, in episcopo eligendo, qui Romanae ecclesiae esset addictus. Quod cum ita euenisset, saluo fideicommissi & gentilitiae succes sionis nexu; ne princeps *paragiatus* uel aere alieno oneraret IAEGERNDORFENSEM ducatum uel illius alienaret latum unguem; aduersus gentilitia interdicta, *pragmaticam Brandenburgicae gentis sanctionem*, die XI. mensis Iulii 1603. *Gerauiae* instauratam ideo, firmatamque ab *Austriacis imperatoribus* & *regibus Bohemiae* uniuersis ac singulis, per augustales codicillos.

Elector *Iaegerndorf*, paragii iure, tribuit *filio* 1607.

Saluo *gentilitiae successionis* nexu.

§. XI. Maxima huius ducis, inter Silesiae principes, fuit autoritas & in comitiis primus ei locus. Fit igitur, ut ille, in motibus belli Bohemici, necessitate pressus coactusque, operas addiceret electori palatino, regi, ut credebatur, nouello. Hinc perduellionis incusatus fuerat ideo a *Ferdinando II.* rege, ab eoque

Ira *Ferdinandi II.* in *Ioannem Georgium* & eius *proscriptio* 1623.

ſemel iterumque proſcriptus an. 1623. atque *Iaegerndorfenſi* ducatu patrimoniali deſtitutus eſt. Obiit autem ille anno poſt 1624.

Innocentia filioli *Erneſti* punita.

§. XII. Reliquerat is filiolum, uix infantia maiorem, ERNESTVM, peccare neſcium. Cuius innocentia permouit plurimos Germaniae principes: ut, de pacando rege reconciliandoque principe puello, ſoliciti eſſent; quod, patrum delicta in filiis uindicare, diuino eloquio minus uideretur concinnum, accederetque; quod, in gentilitio hoc ducatu, cauſa ſuccedendi non a patre ſit requirenda; ſed a maiorum prouidentia. A parente ideo quemadmodum nulla ſuccedendi; ita nec amittendi, principatus atauiti, legitima cauſa. Verum precibus ſuis nihil proficere poterant, cum occaſio, aduerſis ſacris addictiſſimo principi, ualde opportuna uideretur, BRANDENBVRGICIS in *Sileſia* principibus imponendi finem. Inter quae certamina ipſe princeps ERNESTVS improlis obiit anno 1642.

Quo mortuo an. 1642. *Iaegerndorf* redit ad *Brandenburgicam* gentem.

§. XIII. Nemo rerum iuriumque gnarus iam dubitare poterat; ſtirpe delinquentis aut inculpatae familiae, extincta, IAEGERNDORFENSEM gentilitium ducatum ad electorem *Brandenburgicum*, ſimultaneae *inueſtiturae* & gentilitii *fideicommiſſi* iure, ita deuolutum eſſe; ut non ſolum

pro-

proprietas & dominium; sed ipsa etiam possessio eidem obuenisset. Nihil igitur omisit FRIDERICVS WILHELMVS M. quod facere posset, ad agendum & urgendum iura manifestissima neque ullius dubitationis umbrae exposita: sed obturauerant aures Austriaci administri, ob principis electoris inuisam illis uiciniam.

§. XIV. Nondum eo tempore extinctum fuerat belli tricennalis, in Germania, incendium. Igitur calamo magis, quam armis, in hoc iure, fuerat agendum. Praesertim quod Austriaca domus Brandenburgicae faceret spem; componendi litem olim, post pacem Germaniae restitutam, idque ex aequo & bono, causis rerum expensis idoneo tempore. Suspendit rem tricennale bellum.

§. XV. Westphalicae pacis arbitri hoc argumentum, quodam iuris axiomate, declinarunt: ne quid materia pacis esset, quod non fuisset causa belli. Praesertim in re, cuius spem facerent ipsi *Austriaci* administri, ad sedandam, bona gratia, litem, finito Germaniae bello. *Westphalici* pacificatores *restitutionis* faciunt spem.

§. XVI. Submonuerunt aliqui: pacta maiorum uelle; ut, si aliqua inter *Bohemiae* reges & *Brandenburgicos* marchiones oriretur contentio; illius compositio tentaretur per arbitros, Germani *Austregas* dicimus, qua etiamnunc uia esset eundum. Sed recusarunt compromittere Quae tentanda per *austregas*.

Auſtriaci, quod malae cauſae tutius eſſet conſulendum, tracta *mora*.

Manifeſtum ius nec altioris indaginis.

§. XVII. Brandenburgici praeterea adminiſtri, ſuperflua iudicia fore, repoſuerant, in cauſa, ipſo iure, liquida; cui parendum potius, quam litigandum de ea temere. Reſtituere, cum iniuria occupatum, atauitum patrimonium agnatis *Brandeburgicis*, iuſtitiam uelle, nulla iuris umbra temerandam aut inuoluendam, conflictui forenſi. Accedere, quod neque *laudum* aut iudiciaria ſententia aliquid profecerit, in litigio cum potentiori: niſi, rerum ualidus, praeſto ſit eius executor. Fruſtra aperiri uiam, niſi pateat ſimul illius exitus; qui uideatur praecluſus eſſe, ob aduerſae partis paratam uim.

Repoſitio ad exprobratam 1) *feloniam*.

§. XVIII. Etenim faciamus tamen argutiolarum eius generis periculum aliquod? Aerem fibrabunt, iniquiſſimae cauſae patroni, athletae inanes, in liberi iudicii tutique arena. Cauſae enim, ob quas BRANDENBVRGICAE gentis marchiones deſtituti IAEGERNDORFENSI ATAVITO PATRIMONIO, duplicis fingantur generis. Vnum ſit, exprobrata *Iohanni Georgio* FELONIA, id eſt, perfidia uaſalli, commiſſa in dominum: cuius adhaeſerit ille fatali hoſti merueritque ideo beneficiario ducatu deſtitui ac priuari. Inanis opera eſſet, ſi quis

quis caufam agere uellet principis incufati & ftatim poft defuncti, deleto, morte eius, omni reatu. Sed tamen filioli fui, *Ernefti* infantilis aetas & innocentia meretur omnino apologiam. Graue eft & iuri diuino incongruum, ob patrum delicta in filios animaduerti, nulla labe contaminatos. Sed humana etiam lege iniquum; proferre poenam, in *fideicommiffaria* bona, *genti* propria, non delinquenti *gentili*. Acceperat IOANNES GEORGIVS hunc in Silefia ducatum, non ut *perderet* eum, contractu aut delicto; uerum quo uteretur frueretur que illo, ad neceffaria ad uictum & cultum, principe dignum. Reditibus igitur, fi quid deliquerat, priuari poterat, ad uitae dies: fubftantia feudi, ut iureconfulti loquuntur, falua femper genti. Verum fit, quod debeat fentire poenam obnoxii patris etiam filiolus? Annon irarum & uindictae uel hoc fatis? Contra agnatis collateralium gentilium, in domo *Brandenburgica*, quid potuit criminis alieni imputari? Cuius illi, nullo unquam modo fuerant participes. Illud igitur horrendum & execrandum omni aeuo ac orbi; quod, extincta rei, ut habebatur, principis pofteritate, ATAVITVS Silefiae ducatus IAEGERNDORFENSIS fuerit BRANDENBVRGICIS ELECTORIBVS, hoftilis inftar fpolii, iniqui

Collaterales Brandenburgicos tangentem nullo modo.

manifeſtique, praereptus &, uiolentiſſima uſurpatione, detentus adhuc.

II Laeſae *Maieſtatis* crimen.

§. XIX. Alterum genus imputati reatus ſit *crimen laeſae maieſtatis*, quod omnino execrabile eſſe ſolet, in ciuili ſocietate; cuius uinculum eſt unicum conſeruatio fidei, a ciuibus ac ſubditis ſuo principi iuratae. Verum, hoc etiam fulmine, ruunt iterum rei tantum, non reorum poſteri; quibus ea tunc negantur, quae in defuncti heredio, barbaro uerbo, libero *allodio*, fuerunt; ſaluis, poſt fiduciarii heredis mortem, ſiue ciuilem ſiue naturalem, fideicommiſſis gentilitiis ſucceſſori *fideicommiſſario*. Quod dicendum fuerat in gratiam principis infantilis ERNESTI. Verum quid etiam haec ad BRANDENBVRGICVM ELECTOREM, gentilem ex latere? Huic certe, mortuo facinoris imputati reo eiusque filio unigena, ATAVITVM PATRIMONIVM IAEGERNDORFENSE, nullo iuris tegumento, poterat negari. Acerrimae aduerſus hoc crimen leges ſunt; ſed in reos tantum & reorum poſteros, necquicquam in conſanguineos alterius lineae. Non Romanus, non barbarus legislator hoc ſanciunt. Vt adeo alius generis haec iurisprudentia ſit, extra humanae mentis iuſtitiaeque ſphaeram.

Iaegerndorf olim & nunc eſt

§. XX. Illud ſerum eſſet, in contentionem uocare: num IAEGERNDORFENSIS

S

is ducatus potuerit BRANDENBVRGICIS electoribus olim deferri successoriis pactis? Nam agnouit hoc ipsum eo tempore *Bohemiae rex*, quo IOACHIMVS FRIDERICVS *elector* an. 1603. hoc eodem gentilitiae successionis iure, eundem hunc IAEGERNDORFENSEM ducatum in suam recepit potestatem: idque bona gratia & pace regis regnique Bohemiae Silesiaeque ordinum. Quod supra dictum cap. I. §. 10. Neque enim IAEGERNDORFENSIA, alia conditione aut lege, acquisiuit GEORGIVS marchio, quam sub *feudi alienabilis* & *testabilis indole*, sermone iureconsultorum. *fideicommissum.*

§. XXI. *Poterat* ergo ultimus possessor IAEGERNDORFENSIS *ducatus* successorem sibi suum *nominare*, pro suo libitu & arbitratu: *uoluisse* autem hoc facere eundem, PACTA SVCCESSORIA testantur GEORGII FRIDERICI, anno 1599. iterumque an. 1603. inita, cum domo *Brandenburgica*, uinculo nexuque, aeternum duraturo. Quid? quod Brandenburgicus elector, IOACHIMVS FRIDERICVS illud, iure ipso usuque, probauerit. IAEGERNDORFENSI ducatu, mortuo ERNESTO, domui *electorali* illato, quod commemoratum est supra cap. I. §. 9. sublataque alienandi facultate, nullo unquam tempore indulgenda posteris. *Facultas disponendi de successione in Iaegerndorfensi ducatu.*

§. XXII. Vltimum effugium, si quis in *praescriptione* & temporis interuallo, *Ipsa dispositio iterata.*

ſumpſerit, illud facile eſt, ad praecludendum. Principio enim regalis tabularii monumenta docent, poſtulationem huius iuris, nullo unquam tempore, fuiſſe intermiſſam; electoris Brandenburgici legatis, ideo toties quoties inſtructis, ad auguſtiſſimum imperatorem. Vt adeo argui nequeat *Brandenburgica* domus alicuius, iurium horum, neglectus. Et quis *bonae fidei* habuerit poſſeſſorem ducatus alieni, in tanta *iuris* claritate; *hiſtoriae* euentorumque luculentia; tot *libellorum* numeris, memoriisque legatorum; imo numorum *oblatione,* ſemel iterumque repetita, pro redimenda hac lite? Vnde facile conuinci poteſt aduerſa pars, de *rei alienae ſcientia* & Brandenburgici patrimonii, *Iaegerndorfenſis* ducatus, proterua uſurpatione; habendi tantum cauſa, improba cupidine, continuanda porro, ſine iuris ullius legitimo uel, inanium ſpecie tantum, conſpicuo argumento. Sed quorſum Auſtriacae domus adminiſtros non dimouit? concepta uerſus Brandenburgicos principes, *Sileſiae* uicinos, atra bilis!

Inter principes *intempeſtiue* non agendum.

§. XXIII. Non igitur iura; ſed praepotentia *Auſtriacae* domus, *Auguſtali fulcro* corroboratae, retinuit *Brandenburgicam* domum; quin uindicaret ſibi, re ipſa, *atauitum*, in Sileſiae *ducatibus, patrimonium.*

monium. E re autem, uel nunc, erit, tempori inseruire sibique adserere omnino; quod, integri seculi spatio, alieno dominio fuerat relinquendum: idque iustitia admonente, si mitioribus remediis, quae frustra olim tentata, uti non licuerit, fortiori quoque manu. Si, quod aequum ac iustum, sperare licet, credibile est, *Austriacam* nunc domum, ad reddendum & pacandum, aequiorem; memoremque fore, quam damnosa *Brandenburgicae domui* fuerit longaeua patientia; atque tot commodis & prouentibus se, tanto tempore, sensisse destitutum. Quae aeris summae, si annuatim tot auri tonnas confecerunt: seculi totius spatio, in quot quaeso excreuerint myriades? Quod cum ita sit; culpa omni uacabit, serio nunc rem agi; cum iactura haec dissimulanda adhuc & ferenda fuerit patienter, metu naufragii maioris a praepotente domo. Fremant interim illi, qui moerent aliorum bonis ac incrementis, dubitantque restituere ea, quae per iniuriam aliis sunt erepta & usurpata adhuc? Iudicio certe prudentum, qui iure suo tempestiue utitur, iniuriam facit nemini.

CAPVT II.

Triga *Sileſiae* ducatuum LIEGNIZ, BRIEG & WOHLAV, cum adnexis dynaſtiis, *patrimonium atauitum, Regi Poruſſiae* atque *Brandenburgicae genti* adſertum & uindicatum.

§. I.

Liegnicenſium principum *ſummatus.*

Principio imis ſenſibus eſt notandum & praeſtruendum; LIEGNIZENSIS, BRIEGENSIS & WOHLAVIENSIS prouinciarum, Piaſteae ſtirpis, PRINCIPES ac dominos olim fuiſſe; nulli humanae poteſtati addictos ſubiectosque; ſed liberos potentatuque inſtructos populi ſui regnatores. Neque enim uel *Poloniae* uel *Bohemiae* regno paruerant illi, ulla ratione ac nexu uel obſequii uel clientelae.

Clientelaris *Bohemiae* R. 1329. factus.

§. II. Sua igitur liberrima uoluntate, neque iure obſtricti neque coacti per uim ullam, ſe populumque ſuum adſtrinxere, ad fidem colendam *Bohemiae regi*, IOANNI, *Luzenburgicae ſtirpis* an. 1329. Quod idem, re uerbisque, agnoſcit, in fiduciario libello, ipſe rex. Idque formula, quae ſequitur: *Liegnicenſes duces obtulerunt terras ſuas Bohemiae regibus in feudum ſponte receperuntque illas, pro ſe poſteris*

Saluo *patrimoniali* iure.

&

& heredibus suis, ut feudum mere hereditarium, cum omni iure ac libertate. Qua patrimonium hoc & heredium suum possederunt olim, sic possideant etiam deinceps porro sine fine. Num. I. adpendicis.

§. III. Sicque facile est, ad intelligendum; quam longe differat haec patrimonialis principatus *oblatio* tam a Romanorum clientelaribus *beneficiis;* quam a fiduciaria lege Longobardorum ceu *gratiae* feudis, quae *data* & *beneficiata* audiunt iureconsultis. Nam accipit hic dominus nilque dat uel confert: contra, in ultimis, nil habet uasallus, quod non *gratiae* & *indulgentiae* debeat largitoris domini. Quantum igitur abest, dominum sua iactare uoluisse illaque conferre heredibus uasalli & possessoribus quibuscunque: sic credibile est contra, principem non subiturum fuisse *feudale iugum,* nisi *proprietate* salua sui principatus. Iureconsultorum igitur praecepta clientelaria uertenda hic sunt in gratiam, fidelitatis nexu, constricti principis. Vt adeo, praesertim in systematibus Silesiae iureconsultorum, *proprietatis feuda* & *feudalia patrimonia* frequentissima sint, inaudita licet ignotaque iuri communi.

Inde a *gratiae* feudis differentia.

§. IV. Verum enimuero, in *Liegnicensium* principum clientela aestimanda, ne quidem opus est uerbis ac formulis iuris-

& libera *alienandi* facultas testatissima regalibus *codicillis.*

iurisprudentiae uulgaris; in *datorum* & *beneficiatorum* feudorum definiendis discriminibus atque differentiis. Ipsi *Bohemiae reges* hoc agnouerunt, in litteris clientelaribus: quod, licet nefas sit *uasallo*, alias, feudale *territorium* alienare, nisi *domini* superioris requisito & accepto *consensu*; contra principibus *Liegnicensibus* liberae tamen hic sint manus, ad *alienandum principatus* suos, uel integros uel illorum aliqua parte. Verba ipsa summatim recitanda; ne quid dubitationis possit superesse. Est enim regis VLADISLAI *codicillus*, anno 1511. his uerbis conceptus:

Num. II. adpendicis.

Alienandi iura Liegnicenses duces, inde ab initio, susceptae clientelae, semper habuisse: uerum accedere nunc iura testandi ac disponendi, per ultimam quoque uoluntatem.

Primum, dicitur hic, iuris fuisse *originalis*; alterum uero iamnunc conferri ex *indulgentia* singulari.

Omni iure indultis nulla rei difficultate.

§. V. Quod cum ita sit, ita autem esse, haec plenae fidei monumenta docent: omnis difficultas cessat, quam mouere hic solent alias. Principio enim perhibent rerum ignari: indulgentiam alienandi nexum tollere aut certe nimium laxare clientelarem, adeoque *priuilegium* habendum esse pro enormi. Verum licet hoc legis non sit: quis negauerit, tamen hoc fieri potuisse pactis ac conuentis.

ıentis. Ita autem *Liegnicenſes* duces pe-
ɔigiſſe cum *Bohemiae regibus* principio
tatim; quo *principatus* ſuos regno *Bohe-* *Adpendicis*
miae obtulerunt in clientelam an. 1329. *Num. I.*
:um formula clientelaris (*cap. II.* §. 2.)
locet; tum regis Bohemiae VLADISLAI
egalis codicillus an. 1511. (cap. II. §. 4.) *Num. II.*
Et autem iurisprudentiae feudalis ar-
;uendi is ordo: ut, in iudicando aeſti-
nandaque lite, principio inſpiciantur
erba clientelaris *libelli*, quod haec dero-
ent *legibus* omnino; quemadmodum
ontractibus uoluntates contrahentium
ınt ipſa lex. Taceo, quod in mores
oc iuerit plurium Sileſiae principatuum
liorum; in quibus nouo principi uaſal-
› eiusque poſteris indultum aut reſer-
atum hoc; ut penes eum ſtet nihilomi-
us alienandi facultas. Quod exemplis
robari poſſet; niſi confeſſio ipſorum
ohemiae regum ſit probationum re-
ina.

§. VI. Alterum eſt, quod urgent; *Tricae ar-*
iure *alienandi* ad *teſtandi* facultatem, con- *gutiarum*
:cutionis nullum fore uinculum. Da- *ab alienan-*
ıus hoc. Nam, Luſatiae moribus, ubi *do ad te-*
ariter uaſallis libera eſt poteſtas alienan- *ſtandum.*
i; non tamen ideo de feudis *teſtari* licet
'nde requiri ante ſolet a parum ualido
aſallo; ut, alienandi cauſa, rectae uale-
ıdinis faciat periculum, equitando aut
cer-

certando in publica arena. Ne causa mortis inuoluatur simulato inter uiuos contractui. Sed hoc idem illud est: quod *Bohemiae reges* in regalibus codicillis semel iterumque declararunt: *Liegnicensibus semper ducibus olim, per contractus inter uiuos, de principatibus suis, in totum & exparte, disponere licuisse,*

sed idem post etiam illis fore licitum, per VLTIMAM VOLVNTATEM.

His enim uerbis ac formulis concepti sunt ipsorum BOHEMIAE regum libelli,

Adpendicis Num. II. Num. III. IV.

VLADISLAI anno 1511. atque

LVDOVICI *anno* 1522. iterumque *anno* 1524.

Qui dubitandi umbram omnem dispellunt.

Apud gentes *testamentorum* ignaras.

§. VII. Illud uerum est; *iura barbara*, quae dixerant *Romani*, *ultimam* morientium *uoluntatem* parum attendisse. Cum sanae rationi uideretur incongruum esse; eius, qui desiit uelle, obsequi uoluntati. Haec ad dubitandum causa fuit; an, si licuerit rem iuraque sua, per *conuentionem* inter uiuos, in alium transferre; liceret idem etiam, per ultimam uoluntatem, in *testamento?* Vti igitur primum semper licuit LIEGNICENSIBVS ducibus; sic ultimum eis fuerat indulgendum regalibus *codicillis* annorum 1511. 1522. 1524. Cap. II. §. 6. commemoratis.

Num. II. Num. III. & IV.

§. VIII.

Vtrinque *Ferdinandi* confirmatio an. 1529. *superflua.* Num. V.

§. VIII. Est igitur, in hoc argumento, *utilis* confirmatio ipsius FERDINANDI I. regis, qua anno 1529. omnia *Liegnicensium iura priuilegia*que habuit grata rataque, diplomate singulari: necquicquam uero *necessaria.* Nam poterant *Liegnicenses* duces de *principatibus* suis disponere eosque in alios transferre; contractu, ceu naturali, ueri dominii, claro effectu, necquicquam sublato per susceptam *clientelam*, quod ostendimus *cap. II.* §. 2. Accessit quoque liber *testandi* modus; non tam ob noue indultum priuilegium, quam extra dubitationem ponendas argutias legistarum, per *regales* codicillos, *cap. II* §. 4. enumeratos neque scriptos sine causa: sed ob bene merita, expensa & aestimata rite a primariis rerum administris. Ne opus esset noua uel FERDINANDI uel alterius regis ullius instaurata indulgentia.

In pactis *successoriis* inter *Brandenburgicam* & *Liegnicensem* domum An. 1537.

§. IX. Hoc igitur praesidio, tot pactis priuilegiisque munito principi, FRIDERICO, duci Liegnicensi, quis quaeso! uertere poterat uitio; MVTVAE SVCCESSIONIS foedera eum inire, cum gloriosissimae memoriae *principe electore Brandenburgico,* IOACHIMO II. idque maturo utriusque principis administrorum consilio suasuque & adplausu subditorum ordinum; non excitato temere; sed iurisiurandi religione sancito, tam paciscentium principum,

pum, quam obſequentium ſubditorum & prouincialium ordinum, conſenſusque unanimis optima harmonia. TABVLAE CONFRATERNITATIS conceptae & exaratae ſunt litteris, in *Liegnicenſi* metropoli, die veneris poſt ferias S. Galli an. 1537. ſubſcriptoribus & *Brandenburgico electore* IOACHIMO & duce *Liegnicenſi* FRIDERICO, cum filiis principibus FRIDERICO & GEORGIO. Acceſſerat his iurisiurandi formula ſolennis, his uerbis concepta & ſacerrimo ritu, iureconſultorum ſermone, *actu corporali*, praeſtita & recitata, digitis eleuatis ad DEVM, uindicem periurii grauem iuſtumque.

Num. VI. Adpendicis.

In quorum *ſanctione* plura *ſingularia.*

§. X. Inueniuntur praeterea, in his CONFRATERNITATIS & SVCCESSIONIS MVTVAE TABVLIS, ſingularia plura. Nam principio ſtatim 1) laudantur, in illis, *cauſae* idoneae, ad illa pangenda & colenda deinceps; utpote uriusque principis maiorum contracta inuicem & perpetuata amitia; deinde 2) *matrimonia* ultro citroque repetita; tum 3) adminiſtrorum conſultiſſima *ſuffragia*; porro 4) *conſenſus* & *adplauſus ordinum* prouincialium, *nobilium* & *praelatorum*, utriusque claſſis; praeterea 5) paciſcentium ipſorum iurisiurandi religio, firmata ritu ſolenni *actu*que *corporali*, digitis eleuatis ad DEVM, periurii uindicem; poſtea

6) *bo-*

6) *homagium*, iuratum pariter a *Liegnicensibus* ordinibus & ſubditis *Brandenburgicae domui*, ſi caſus ita euenerit; non minus 7) reciproca *bilateralis* ſponſio, ad ſuccedendum *Brandenburgicae genti* in *Liegnicenſi, Briegenſi* & *Wohlauienſi* principatibus hisque adnexis dynaſtiis; contra *Liegnicenſibus ducibus* in *Brandenburgicis*, clientelari nexu Bohemiae regno addictis, territoriis; acceſſit 8) *fratris* cognomentum, non familiari inter principes ſermone tantum; ſed etiam curiali uſu adhibitum, eo fine; ut, eueniente caſu, obligatio haec non tam *contrahentes* tangeret; quam ipſos *principatus*; demum 9) ne ſucceſſoria haec pacta *obligatoria* tantum eſſe uiderentur; ſed 10) in *reali* conſiſterent *nexu*, ad principatuum, *Liegnicenſis, Briegenſis, Wohlauienſis* & adnexarum illis dynaſtiarum, poſſeſſionem illico occupandam & tenendam aeterno iure deinceps.

§. XI. Tot igitur uinculis rerum iuriumque atque *regalium indulgentiarum* corroborato ſucceſſorio foedere, quaeſo! quid poterat ad firmitatem eius deeſſe? Verum enimuero obfirmauerant animum ſuum Bohemici adminiſtri, ad praecludendam *Brandenburgicae* domui uiam: ne horum *Sileſiae* principatuum participes fierent olim. Peſſimi, quod dici ſolet, conſultores ſunt, ira & cupido haben-

Ad infringendas *confraternitatis tabulas Bohemiae* ordinum *tricae*.

di. Inanium igitur specie fuerat agendum & excitandi *Bohemiae ordines*, ad intentandam *Liegnicensibus ducibus* temerariam & uere simulatam tantummodo litem. Illud, uelut ex tripode, falsi oraculi instar, producendum fuerat in forensem conflictum: *Liegnicensem, Briegensem & Wohlauiensem ducatus, Bohemiae regno ita innexos esse, ut queant inde nullatenus eximi aut reuelli.* Dictum factum. Sententiam ferendam inde: *non licuisse Liegnicensi duci haec successoria pacta inire cum Brandenburgicis electoribus adeoque illa cassa & irrita habenda & pronuncianda omnino.*

Tricarum solutio ac dispulsio,

§. XII. Quisquis, recta mente praeditus peritusque fuerat rerum iuriumque *Silesiae* principatuum uel uniuersim uel sigillatim *Liegnicensis, Briegensis* & *Wohlauiensis ducatuum,* intellexerat quoque huius postulati naenias & iniquitatem, usu cognitam & olim & post. Principio enim principatuum *Silesiae* plurium quoque aliorum ea fuerat indoles; ut *successoria pacta* eis essent liberrima, cum principibus aliis, nullaque interdicta lege. Praecipue autem *Liegnicensibus ducibus* idem hoc fuerat, principio statim susceptae a Bohemiae regibus clientelae, prouisum; ut, saluo, in possessoribus quibuscunque, clientelari nexu, principatus possent in alios libere transferri. Neque contractu inter *uiuos*

1) *exemplis testatissimis* aliis.

2) prouisione singulari LIEGNICENSIVM.

uiuos ſolum; ſed etiam ultima, per *teſtamentum*, uoluntate, id quod ſemel iterumque dictum & comprobatum *regalibus codicillis*, ſub finem recitandis in huius *opuſculi adpendice* uerbatim, idque in uernacula, ne illius uerſio in ſermonem Latinum, uideri poſſet lectoribus ſuſpecta. Deinde, ſi quid dici aut fingi poſſet de *Bohemiae regni priuilegiis*, non reuellendorum a corpore principatuum, illa necquicquam priuare poterant *duces Liegnicenſes* iuribus ſuis *quaeſitis* conuentisque olim idque principio ſtatim agniti nexus clientelaris. Accedit, quod eius etiam generis naeniae fruſtra opponerentur in hac cauſa; quae illas, falſiparentes licet, necquicquam uoluerant laedere aut ferire. Sit enim, *Sileſiae* principatus nullos *ſubducendos Bohemiae regni* clientelae. Sed hanc ipſam ſubire oportuerat *Brandenburgicos*, *Liegnicenſium* ducum confoederatos, ſi illis obuenerit forte ſucceſſio olim. Porro *Bohemiae* regni intererat omnino; ne *Sileſiae principatus*, ei clientelares, carerent regnatoribus, ullo unquam tempore deinceps. Potius, inſtar rei *infeudari ſolitae*, familia regnatrice extincta, conferrentur illi aliis, ad conſeruandum ordinum potentiorum numeros & autoritatem, cauendumque; ne quid in illis decreſceret unquam, aut, exareſcente unius

Fide *diplomatum* in opuſculi *adpendicula*.

3) Inuerſione *argutiarum*.

4) tabularum *confraternitatis* cum *Bohemiae* regno harmonia.

Cuius intereſt *numeros* ordinum non *decreſcere*,

& principatus adſcribi *cadu-*

 ſtirpe,

caria lege, fisco. stirpe, territoria fisco regali adscriberentur caducaria lege. Praeterea non peregrinos uocauerant hae *confraternitatis tabulae*; sed *indigenas*, *Brandenburgicos marchiones*, fidelitatis nexu addictos olim iam Bohemiae regno alias. Tandem sana ratio prohibet; rumpi pacta priora, tegumento postea demum datae legis; quae futura euenta respicit, non praeterita tollit euertitque. Nam *confraternitatis tabulas* scribere licuisse ducibus *Liegnicensibus*, ex primis clientelaribus *codicillis* anni 1329. clarum esse, semel iterumque firmatis adauctisque, indulgenria regali, scripsimus suo loco superius.

Brandenburgicae gentis in *Bohemia indigenatus.*

5) Pacta non rumpi *posteriori* lege.

Sententia FERDINANDI 1546.

§. XIII. Quicquid horum sit fueritque olim. Cedendum fuerat LIEGNICENSIBVS ducibus praepotenti regi, FERDINANDO, aduersae partis tutelari, actori autorique huius scenae. Nam tulerat ipse sententiam, ad sensus aduersae partis aut in sui potius ipsius gratiam, hac formula scriptam promulgatamque: *non licuisse duci Liegnicensi, pacta successoria inire cum Brandenburgico electore; quicquid igitur sponsum, promissum, actum, praestitumque fuerit, illud irritum ac nullum haberi ac pronunciari ui regiae & iudiciariae potestatis* & quae reliqua sunt. Datum *Vratislauiae* die 18. mensis *Maii* 1546. Sententiam ipsam uerbatim dedimus in adpendice, sub numero VII.

§. XIV.

§. XIV. Non e re uidebatur *regi* FERDINANDO, *Brandenburgicum* principem electorem, in hac causa, eum tangente omnino, uocare in ius pariter. Poterat itaque formula is iureconsultorum, acquiescere: *contra me non est uel actum uel iudicatum.* Erat tamen *Brandenburgicus* adminifter illo die, quo promulgatio sententiae, solenni ritu, facta, praesens corpore animoque: ut proriperet se e turba cum notario & testibus ad solium regale contestareturque publice clara uoce: *sententiam ipso iure nullam; cum lata sit, parte, cuius intersit, neque citata neque audita. Saluum sartumque fore successorium ius Brandenburgici principis electoris etiam deinceps; si casus ita euenerit olim.* Audiuit haec FERDINANDVS *rex* neque tamen uel orantem interpellauit uel regessit ei uerbulum. Ne contradicendo commoueret murmurantem populum causaeque iniquitas pateret amplius. Paulo enim post manifesta partium studia adparuerunt re ipsa. Nam dux *Liegnicensis* FRIDERICVS, cum filiis ambobus, FRIDERICO & GEORGIO, per maiorem uim coacti sunt; non solum *Brandenburgicae confraternitati* mittere nuntium; sed praeterea polliceri: *ut, extincta eorundem mascula posteritate, principatus omnes Liegniz, Brieg & Wohlau, cum adnexis dynastiis, cederent Bohemiae regi,*

Contestatio Brandenburgici adminiftri aduersus *sententiam* clara uoce, adprobata *iudicis silentio.*

partium studia *sententiae* produnt *iniquitatem.*

gi, fœminis heredibus adſignata modica ualde pecuniae ſumma. Vt uero illud horrere & damnare ſolent diuina humanaque iura; *ne quis in propria cauſa iudicet* ſuſtineatque in iudicio duas perſonas, *partis* & *iudicis* ſimul *ſitque ita autor in rem ſuam:* ita facile eſt, ad arguendum & concludendum; ſententias, his ſchematibus offuciisque prolatas, & ratione ſana & legum ciuilium autoritate, ipſo iure nullas fore neque ullo modo conſequi, in formularia etiam *iurisprudentia, iudicati uim.*

Confeſſoribus ipſis *Liegnicenſibus* ducibus.

§. XV. Ipſi *Liegnicenſes duces* agnouerunt rei ſententiaeque ſummam iniquitatem. Reſcripſerunt illi ideo principi electori *Brandenburgico: quicquid in Vratislauienſi tribunali actum ſit iudicatumque, illud factum eſſe extortumque illis per uim. Quae ſucceſſoria pacta, iure riteque inita, neque conuellant neque tollant. Quamdiu eorundem maſcula poſteritas efflorefcat, dormire illa. Quod ſi caſus euenerit olim, maſcula eorundem prole deficiente, tum demum & actionem naſci* & *ſucceſſionem deferri. Quod igitur nunc, per temporis iniuriam & praepotentis aduerſae partis uim, fieri nequeat; illud forſitan non & olim ſic fore. Vt adeo cauſae iuſtitia prouidenti numini commendanda in poſteris.*

Repoſitio Brandenburgici electoris in

§. XVI. Interim, mandato Bohemiae regis FERDINANDI, inanium ſpecie, requi-

requirunt repetuntque duces *Liegnicenses* a *principe electore, cum confraternitatis tabulas;* tum *a triga regum indultos, de alienandis principatibus, codicillos.* Hæc enim authentica documenta tradita fuerant Brandenburgicis, in fidei & initae confraternitatis tesseram. Verum negat utrumque princeps elector; idque iure omni meritoque. Respondet enim legatis, ob eam caussam Berolinum missis: *pacta haec successoria inita esse legitimo modo ac iure. Firmare eadem non solum indolem conuentionis, in principio susceptae clientelae, regalem codicillum Bohemiae regis* IOHANNIS *Lucenburgici an. 1329. sed etiam semel iterumque a triga regum instauratam indulgentiam* VLADISLAI *an. 1511.* LVDOVICI *an. 1522. atque an. 1524. ipsiusque* FERDINANDI 1529. Accessisse praeterea *iurisiurandi* religionem tam pacifcentium; quam *ordinum* prouincialium ac *subditorum* utriusque classis, sacrae & ciuilis. Resilire ab illis temere, metu ac minis concussa altera contrahentium parte, illud a boni principis officio fore alienissimum. Posterorum habendam esse rationem; ne uel illis male audiat populi regnator, dissipando iura, quae genti *Brandenburgicae* iuste sint acquisita. Ceterum *authentica documenta* iuris & aequi rerumque conuentarum testes fore omni aeuo. Quae ideo in sacris later-

requisitione olim ad rem facientium documentorum.

 culis

culis & tabulariis adſeruanda & cuſtodienda eo curatius. Spei contractum initum fuiſſe; quae expectanda & numinis prouidentiae relinquenda & commendanda; uti hominem deceat, maxime chriſtianum. Abeſſe hic *iniquiſſima captandae mortis uota.* Atque his uerbis dimiſſi ſunt legati ipſique Bohemiae reges ab ulteriori exactione abſtinuerunt. Praeſertim cum ducalis *Liegnicenſium* ſtirps efflo-reſceret interim, in maſcula prole, numeroſa ſat; ut decollare aut fallere uideretur ſucceſſoria *Brandenburgicae* domus ſpes, mortalium iudicio.

An. 1675. *Liegnicenſi* maſcula ſtirpe extincta, tres *Sileſiae ducatus* ad *Brandenburgicos* deuoluti.

§. XVII. Euenit autem caſus demum ſucceſſionis, delatae in trigam ducatuum *Liegnicenſis*, *Briegenſis* & *Wohlauienſis*, *Brandenburgicae genti.* Nam obiit an. 1675. GEORGIVS WILHELMVS cum eoque maſcula *Liegnicenſium* principum ſtirps exaruit omnino. Si iure ſuo uti tunc licuiſſet *Brandenburgico* omnino electori, *Friderico Wilhelmo M.* potuiſſet ille, ſecundum *tabulas confraternitatis*, horum Sileſiae ducatuum *poſſeſſionem* occupare actudum. Eſt enim *confraternitas agnationi* & conſanguinitati ſimilis: quibus Germanica praeſertim inſtituta, in deſtitutis poſſeſſore territoriis, & *dominii* & *poſſeſſionis* iura addicunt. Quod in hac noſtra cauſa, uerius eſt ideo: quoniam pro-

Imo eorundem *poſſeſſio* quoque.

prouinciales ordines & ſubditi ipſum *homagium euentuale*, quod dicunt, iurauerant hac formula: *ſe Liegnicenſium maſcula gente extincta, ſtatim obſecuturos marchionibus Brandenburgicis*, qui coiuerint cum Liegnicenſibus ducibus in unam *parentelam* gentilitiumque familiarum nexum, ne ullo caſu aut *momento Liegnicenſes*, *Briegenſes* & *Wohlauienſes ducatus* uacarent principe, rerum domino & regnatore. Verum, cum, quod diximus, eueniſſet, difficillimis bellis implicitus ac petitus fuerat FRIDERICVS WILHELMVS, principio, *Germanici imperii* cauſa; mox ſuarum prouinciarum ergo, quas hoſtis, nulla iniuria laceſſitus, inuaſerat temere. Quo rerum ſtatu Imperatori auguſtiſſimo, qua Bohemiae regi, declarauit iura ſua poſſeſſionesque in *Sileſiae ducatibus*, ſtirpe Liegnicenſi emortua. Sed repoſuerunt *Auſtriaci*; belli incendia grauiora nunc eſſe, quam ut cogitare liceret de rebus iuribusque controuerſis; quae, reddita Germaniae pace, expendenda &, aequi bonique norma, componenda tunc.

Cui *bellorum* iniuriae obſtitere.

§. XVIII. Praeuidere poterat quilibet, ſerram eius litis nunc eo acriorem fore, difficilioremque eius euentum: quod neque dum de IAEGERNDORFENSI, ducatu, cuius cauſam egimus *cap. I.* factum eſſet ſatis; cui nunc *triga* accederet

Litis *incrementa*, ex *nouis* rerum *acceſſibus*.

Iaegerndorfenſis & Liegni-

censia quatuor ducatuum systema. Silesiaeque magna pars.

ret LIEGNICENSIVM ducatuum. Vt adeo, momentis rerum, tantopere crescentibus adauctisque, impeditior foret exitus; ne huius aleae forensis iactu, amitteretur Silesiae maxima pars. Iterum igitur, in trahenda mora, capiendum fuerat consilium & Brandenburgici herois, fortitudinis laude cogniti tum uniuerso orbi, pacandus animus & alendus spe, sopiendi litem, numeratione aeris, cuius summa in tractatibus demum esset definienda.

Aeri nullus in hac lite locus.

Verum semel iterumque reposuere *Brandenburgici* administri: tot prouinciarum populos iuratos uenum exponere, improbum fore officioque christiani principis aduersum; sed uendere illos, cum *Brandenburgicae genti*, pleno illi iure, sint acquisiti, gentilitiis interdictis prohiberi. Operam igitur ludi perdique, conditionibus eius generis, a quibus posthac omnino consultoque sit abstinendum.

Soliciti semper Brandenburgici ad iura in Silesiae quatuor ducatibus.

§. XIX. Interim nullo unquam tempore *Brandenburgica* domus cessat, fatigare, *legationibus* & *libellis*, *Austriacos*; ad reddendum ei *quatuor* Silesiae *ducatus*, atauiti patrimonii iure, ad se deuolutos, cum iniuriaque detentos, &, instar rei alienae, usurpatos restituendosque ideo, ad leges nullius fidei possessorum, cum *fructibus*, ut iureconsultorum sermo est, *perceptis* & *percipiendis* olim, cum iuri huic

faciendus fuerit locus aliquando.
iuae memoriae imperator LEOPOLDVS, *Austriacis*
) pietatis & iustitiae cultum, omni ae- libellus fa-
) ac orbi commendandus, requisiuit uet illis.
co a *Liegnicensium* quondam ducum
incellario, *Friderico* de ROTH, mandati
)ello scripto die 2 mensis *Ianuarii* 1684.
: hanc causam responderet singulari
)usculo: *num Brandenburgicae gentis in*
egnicenses ducatus iura essent alicuius mo-
enti; an uero illa, idoneis rerum argumen-
s, possent repelli ac confutari? Labor *deci-*
estris fuerat; ingenua tamen ratione ita
)nceptus: ut *Austriaci* mallent tegere
lum ac dissimulare; quam producere
ı publicam arenam, typis ac aere. Mul-
) autem post, *libellum Rothianum* accepe-
ınt ipsi *Brandenburgici* administri. Hic
lis tanto carior fuit; cum plurima, con-
·actae anno 1537. cum *Liegnicensibus con-*
·aternitatis & hinc oriendarum litium,
rgumenta, aliis memoria exciderint; re
)sa cognita fuerint paucissimis. Solet
nim, iudicio *Thuani*, Liuii suae gentis
c aeui, hoc ipsum, desiderari in princi-
ıibus & eorum praecipue administris
nultoties; ut, praesentibus tantum in-
enti, eorum, quae antiquiori tempore
:ontigere, nullam fere curam habeant
psi, nolintque principi suo autores esse,
ıd alendum homines litteratos iurium-
que

que peritos alios, ad rerum ueteris aeui notitiam acquirendam, e principum tabulariis & conſeruandam futuro tempori; ſi tulerit ita occaſio, utendi illis, opportune.

Brandenburgica in tres *Sileſiae* ducatus iura cognita *Auſtriacis.*

§. XX. Illud uerum eſt, ex quo *Rathianus* libellus, in imperiali curia cognitus lectusque fuerat, plurimos rerum iuriumque adminiſtros aequiores ideo redditos atque imperatori auguſtiſſimo conſuluiſſe; ne rem hanc aeſtimaret flocci, aut momenti fere nullius; ſed ageret potius hoc; ut ea, bona pace, componeretur neque erumperet in odia ac iras aut ſerra contentionis traheretur longius iuſto. *Epiſcopi* etiam *Vratislauienſis* epiſtola, diu antea ſcripta, habetur in principali tabulario: in qua agnoſcit praeſul *Brandenburgica iura* gaudetque, illorum adminiſtris pleraque eorum incognita eſſe, quae ad rem facerent inſtruerentque cauſam, ex inſtitutis ac moribus, *Sileſiae* propriis ac peculiaribus, in principatuum eius territorii indole, iuribus pactisque, a communi iurisprudentia feudali alieniſſimis omnino. Exinde ſerius igitur ſaepiusque tentata eſt teſtatiſſimarum litium compoſitio & transactio, dato aliquo & retento utrinque. Fuerat tamen *Auſtriacis* res, periculi pleniſſima, principi electori *Brandenburgico*

eisque commendata ab *epiſcopo Vratislauienſi.*

uel

:l latum unguem cedere in *Silesiae* territriis; ne subditi euangelicis sacris addii, ut suspicabantur temere, nanciscentur praesidium ex eius uicinia. Praetim, quod contra *Austriaci* fingerent pos sibi suisque spem; extinguendi illa :ra funditus; parum attenta *Westphalie pacis sanctione*, in Silesiae euangelicom subditorum gratiam. Contra *Brannburgicae genti* religionis axiomata fuent suntque adhuc alia longe. Id est; *bditi nullius conscientiae adferre uim; forilariae theologiae christianae cuiuscunque neris ciues omnes fouere ac tueri, sine ullo rtium studii discrimine.* Dummodo cotent, suo modo, DEVM & CHRISTVM; incipi probarent obsequio datam fidem officiorum uiuerent memores, quae omo debet homini, ciuis ciui, in sociec humana & ciuili. Vetustissimi apud enedos olim edicti fuerat, uulgi etiam rmone celebrati: *liceat cuique credere, cuique Deus dat agnoscere.* Vanus igir a *Brandenburgico regimine* metus fuet, christianis hominibus omnibus aeiabili omnino.

Vanus a Brandenburgico regimine metus in sacris.

Eius in religionis tolerantia aequanimitas.

§. XXI. Sed quemadmodum etm res paruae &, inanium specie, incruta consilia occasio esse solent euentom maximi momenti: ita quoque contigit

Tractatus an. 1686. impositurat portentosae.

tigit in tractatibus, prima fronte bonis; postea autem, per fallacias, imposturas technas & cuniculos, circumductis: ut causa non composita; sed elusa esse uideretur, modo, gentium iure, irrito ac indigno. Quo enim tempore, pacta cum principe electore, FRIDERICO WILHELMO M. inita sunt *ab Austriacis* anno 1686. de lite, super *quatuor Silesiae ducatibus*, semel iterumque commemoratis, aestimanda & componenda; utpote cessione, territorii *Schwibusensis*, parui in *Silesia* tractus & *Frisiae orientalis dynastiarum Lichtensteinensis* fideicommissi & quae fuerant alia: eodem etiam momento princeps hereditarius FRIDERICVS, postea & elector & primus *Porussiae* Rex, praestigiis ficti metus & periculorum, inductus est; ad nuntium mittendum his ipsis, patri tanta religione statim promissis, si succederet ille, in Brandenburgico electoratu; ad ludificandum paterna conuenta. Verum, portentosi ludibrii huius, prodigiosa scena meretur locum singularem, in *capite* sequente.

CAPVT III.

Transactae litis anno 1686. atque 1695. fallax opinio.

A contractibus *uitia* absint *nullitatis*.

§. I.

Ad obligandum alios, non sufficit, factum

ctum esse aliquid, nisi & iure il-
d factum esse, constet. Interuenire
ossunt, in pactis conuentisque, uitia,
uibus illorum tollitur obligatio. Idque
el paciscentium intuitu uel eorundem
osterorum uel aliorum omnium, quo-
m interest, uel denique ob adhibitam,
uae abesse debuerat, improbam fraudem
l tandem ob rem, quae non sit in pa-
scentium potestate, cetera. Tantus
usarum cumulus est, quae confringunt
uasi tabulas, scriptas in publicae licet
lei tesseram. Earundem uero nulla
rme abfuit a transactae litis, super qua-
or *Silesiae ducatibus*, *Brandenburgicae do-
ui patrimonialibus*, cum *Austriacis* rerum
ministris gesto confectoque negotio,
illitatis hic arguendo ea propter om-
no.

Quarum cumulus in *Austriaco Brandenburgicis* an. 1686. & 1695. super *ducatibus Silesiae.*

§. II. Principio enim illud praestru-
dum est; quod testatissima sint usuque
obata trium seculorum &, augustalibus
aeterea codicillis, instar pragmaticae
nctionis, firmata

Principio obstat illis *pragmatica sanctio* domus *Brandenburgicae.*

GENTILITIA INTERDICTA BRANDEN-
BVRGICAE DOMVS

que anno 1437. 1473. 1541. 1603. saepius
erumque instaurata & nunc & olim:

GENTI PARTA TVERI. QVAE ALIENATA
AB VLLO GENTILIVM, POSTERIS
AVTO-

AVTORITAS SIT, AD RECVPERANDVM ILLA OMNINO.

Praesertim in *Iaegerndorfensi* paragio etiam.

§. III. Atque hoc eodem gentilitio pacto, in IAEGERNDORFENSIS ducatus *paragio*, IOACHIMO FRIDERICO, largitore, est cautum: ut *paragiatus princeps, Iaegerndorfensi ducatu, paragio suo, utatur fruaturque sitque nefas, eum uel aere alieno grauare uel alienare eius latum unguem.* Vt adeo, eius posteritate *mascula* extincta, ducatus redeat gentilitius ad BRANDENBVRGICAM domum, integer ac *liber*. Quo scilicet iure rem suam proprietarius recipit, usufructuario extincto, Cuius tabulae exhibuimus epitomen in *adpendicis num. IX.*

Num. IX. *adpendicis.*

In his *gentilitiis ducatibus* Successor nec tenetur *aere alieno a decessore* contracto.

§. IV. Quod de *alienando* cautum, illud credi potest facilius; quoniam ne quidem decessoris aere alieno grauari potest successor. Etenim, in BRANDENBVRGICA gente, exempla non desunt principum eorum; qui, in aditione gentilitii principatus, inuentarii codicillis usi sunt ideo: ne, ultra *allodii* uires, creditoribus defuncti decessoris obligarentur, ulla parte aut iure. Idque supremi, in Germanico imperio, tribunalis forensi autoritate.

Sanctio haec posteris dat ius, *uindicandi amissa per iniuriam.*

§. V. Sunt porro iudicia plurium patriae iureconsultorum: *Germaniae principatus omnes* eius generis cohaerere ac constringi *gentilitio nexu.* Quapropter tantum

antum absit; facto delictoque decesso-
um obligari successores uel descenden-
es uel ex latere coniunctos; quantum
bsit; facto delictoque decessorum obli-
ari successores uel descendentes uel ex
tere coniunctos; quantum absit, fidei-
ommissarium teneri aere alieno aut pro-
isione & alienatione fiduciarii heredis.
Quod nemo quidem neget illud; Ger-
aniae principatus, *genti* ac *domui princi-*
li uniuersae acquisitos & collatos esse
im; cui nocere, suis factis, nulla ratio-
: possit gentilis ullus, etiamsi regnator.
erum non opus est hic illa prudentum
ntentia, quam uera etiam & sincera illa
, genti BRANDENBVRGICAE. Certiori lon-
, sibique propria ac peculiari *pragmati-*
sanctione, cautum: ut in illa, quae a ma-
ibus alienata sunt, posterorum autori-
salua sit, ad recuperandum. Licet
tur, uel suo quodammodo facto, tene-
ır contrahens debitor, gentilis: genti-
ıti tamen nullum exinde uel damnum
iurium ullum decrementum. Suc-
sor, qui iure hoc suo tum utitur, non
regrina & aliena territoria adpetit: sed,
od est suum, requirit; desiitque esse
erius, morte conferentis ac dissipantis
ncipis decessoris.

non, ut *aliena* sed *propria* sibi.

§. VI. Nullo igitur unquam tem-
re huius *domesticae sanctionis* immemo-
res

Eius memores Branden-

burgici in *quatuor ducatuum Silesiae* tractatu.

res fuerant BRANDENBVRGICI *principes electores*. Quamuis enim *Austriaca gens* non tantum ipsos; sed etiam administros eorundem tentasset ideo plurimum: ut iura haec, in quatuor *Silesiae* ducatus, *Iaegerndorf*, *Liegniz*, *Brieg*, *Wohlau* cum adnexis, extinguerentur, aeris conuenta summa; nunquam non tamen opposita illis fuit PRAGMATICA haec SANCTIO, quae, *palladii* instar, esset colenda & conseruanda, religione summa, *Brandenburgicae domui*.

Ideoque ad *technas* uertenda studia.

§. VII. Intellexerant *Austriaci* hinc, principis electoris FRIDERICI WILHELMI M. expugnari non posse animum, nisi *terrarum* quid in *Silesia* & *alibi* eidem offerretur, ad faciendum satis iuribus atauitis aliquatenus. Igitur de *technis* cogitandum; quibus una manu daretur quid promittereturque; altera autem, circumuentionibus nouis, idem iterum eriperetur, fraude & arte olim. SCHVIBVSENSIS scilicet in *Silesia* tractus, *Glogouiensis* ducatus modica pars, in medium fuerat prolatus. Et, cum is flocci haberetur, a peritis rerum aestimatoribus: *Frisiae* orientalis DYNASTIARVM adiecta sponsio; quod illa loca *maritimo* tum negotio & *Africanae nauigationi*, quam paulo ante instruxerat princeps *elector*, uiderentur multum prodesse & conferre, ad naues habendas in

ad fallendum Principem Electorem *tractatu simulato* de *quatuor Silesiae ducatibus*.

n tuto ibidem deinceps. Fuerat, eo empore, annus erat 1686, *Austriaca* domus bello *Turcico* implicata grauiter & noui belli incendia latuerant, in cineribus, circa Rheni uiciniam. Germaniae scilicet arcifinio parum clauso, in occidentali hac plaga. Vltimum igitur *imperio*, primum uero *Austriacae* genti dedit gloriosissimae memoriae princeps *elector*. Ne uel *patria* deserta esset auxilio; neue n *Hungaria* reciperent animos uiresque *Turcae*; ut adeo aquilae Brandenburgicae praeuolarent exercitibus, *Austriacae* addictis genti. Contra autem solicitaerant passim *principem electorem* hostes; e ille uel *Austriacam* causam faceret sum vel ingruenti bello imperii accederet ltra, quam militum in matricula imperii requirerent ab illo numeri definiti. Quod si fecerit princeps elector, & fortudinis laude & exercituum robore, conitus omni Europae: spopondera nt illi, n quorum hoc uel ageret uel omitteret ratiam, plurium possessionem *principatuum*, suis uiribus & armis recuperandoum, etiam eo nil agente porro. Verum bfuit a *principis electoris* animo; uel *imperii* uel *Augustae* domus causam suae postonere ac posthabere. Eo igitur minus redendum fuerat aut suspicandum; foe, ut *Austriaci* administri, rerum Germaniae

Simulationis causae bella *Turcica* & inuasio *viciniae Rheni*.

Patriae amor & studium pro *Augusta domo*.

remunerantur captionibus.

 niae

niae amantissimi principis candori reponerent fallacias; atque auxiliatrici eius dexterae insidias struerent & imposturas. Quod tamen ita euenisse, proh! docuit rerum exitus, funestissimus *Brandenburgicae* genti.

Imposturae uitiant contractum.

§. VIII. Simulatorum in iure contractuum nulla obligandi uis. Sed quae simulatio iniquior quam haec? Adsignauerant *Austriaci administri Schwibusensem* tractum, inter alia, FRIDERICO WILHELMO M. an. 1686. sed, eodem uere momento, FRIDERICVM, filium eius &, in electoratu, paulo post successorem, circumuenerant, praepotentis *Austriacae* domus, augustali fulcro corroboratae, metu: ut, accepta a parente, redderet protinus, rerum, biennio post, dominus ac heres, eluderetque ita conuenta iuraque cum patris, tum gentis Brandenburgicae uniuersae. En autem ipsius circumuentionis historiolam, recensendam hic, regalis tabularii fide.

Eius *ludibrii* historiola.

§. IX. Ludibrii huius autor actorque fuerat *baro de Freytag*, Austriacus rerum administer, qui, eius negotii causa, tum missus fuerat *Berolinum*. Sciuerat ille magnanimi principis electoris, FRIDERICI WILHELMI, uirtutem & fortitudinem; sed cognouerat quoque illius herois, rerum gestarum multitudine, confectam

fere

ere fractamque senectutem. Parum igi-
ur interesse uidebatur; pacare eius ani-
ıum interim & flectere ad exercitum &
uxiliatrices copias, mittendas ad *Turcica*
ella. Vtcunque id fieret; dummodo
udi sic posset; ut *Schwibusensis* Silesiae
actus cederetur tantum, inanium spe-
e. Si quidem eundem redditurus es-
t eius, in electoratu, successor breui
ost; obitu illius ingruente, in extrema
us senecta. Quid fit? adit igitur he-
dem electoratus FRIDERICVM, rogatque;
: descenderet in soliloquium cum eo; *Clandestinum colloquium.*
d clam, remotis consultoribus aliis qui-
ıscunque, etiam illis, ut perhibetur,
ıi principi heredi fuerant unice a con-
iis tunc. Audit ipse oratorem. Ca-
ıt caussae fuerat: imperatori peropus
ınc esse milite in *Hungaria,* quem mit-
re recuset, offensus pater ab *Austriacis*
ministris, in deproperata *Nouiomagensi*
ce, ob spem datam, expletam nullo *De patre*
odo. Vnde *Pomerania* excidisset ite- *pacando*
m, iustissimo bello recuperata ab hoste, *inanium*
archiae inuasore. Igitur e re fore; ut *specie.*
diret pater cum *augustissimo imperatore*
gratiam. Aliam tamen non superesse
am; quam circumuenire senem, prin-
pem electorem, *simulato contractu.* Vr-
re eundem atauita in *quatuor Silesiae*
catus iura: sed nullo modo fieri posse,

 ut

ut imperator praepotenti domui Brandenburgicae, euangelicis ſacris addictae, faceret ullum in *Sileſia* locum. Interim imperii hoſtibus optata haec fore diſſidia, quae illi uerſuri eſſent in Germaniae perniciem. Oblaturum itaque imperatorem principi electori SCHWIBVSENSEM *Sileſiae* tractum, ſpecie inanium, ſi ipſe, proxime ſperatus, ob patris ſenectam, heres promitteret; reddere, quod traditum eſſet, idque ſub regiminis aditi initium. *& fallaciis.* Quod, ni polliceretur *iuuenis princeps*; grauiſſimam eidem *Caeſaris* iram fore, quam ſentire poſſet multifariam & nunc & deinceps, ob hoſtium & inimicorum, domi & foris, inſidias metuendas multiplices. Quae tamen anecdota prodere ulterius, nondum eſſe uidetur e re. Contra, ſi expleuerit princeps haec deſideria, neque occaſionem defore *domui Auguſtae*, ad commoda alia plura procuranda & indulgenda, in illius gratiam. Accedere, quod *quatuor Sileſiae ducatuum* ſpes nulla ſit, efflorеſcentibus quotidie *auſtriacae domus* maximis incrementis. Parum aut nihil iura proficere; ſi pars urgeat illa infirmior aduerſus potentiorem. Neque ulla inter principes iura tam expedita & clara eſſe, quae nequeant inuolui argutiolarum tegumentis & quae eius furfuris fuerant alia plura generis eiusdem.

Tenu-

Tenuerat, manu sua, Freitagius chirographum neque ultra quid a principe requiri; quam eidem subscriberet nomen. Interim tegenda haec silentio neque ulli ministro aut officiali prodenda, ne quid eius rescifcat pater elector; sic circumuentus. Si quidem euitari uelit belli incendium, exinde perniciosum uniuersae Germaniae. Ideoque etiam celerandum esse negotium; ne, ex diuturno colloquio secreto, apud rerum administros oriretur aliqua suspicio. Atque, his demum offuciis, circumducti ac minis metuque concussi, principis subscriptio est ementita & emendicata.

Soliloquii *Freitagiani euanescunt* argumenta.

§. X. De historiola satis; uertendus nunc stylus, ad expendendum hinc illatas iniurias & conuentorum, in iure, nullitatem; demonstratam, a rerum quondam administris, quorum libelli, in regali laterculo, adseruantur plures adhuc. *Principio* enim, *gentilitia Brandenburgicae domus interdicta uiolare*, fuerat nefas nec ullo modo tolerandum: alienare res iuraque, semel quaesita genti. Haec autem ne quidem sciri, poterant a principe herede? regiminis participe tunc nullatenus. Cui religio fuerat, de rebus imperii informari, ne uota concipere uideretur, regnare ante diem. Deinde qui poterat ille alios consulere, eorundem

1) quae aduersa sunt *pragmaticae sanctioni* Brandenburgicae domus.

2) *Latuerat* illa principem

3) prohibitum *alios consulere.*

peritos; fide data extortaque in *soliloquio Freitagiano;* ne ulli hominum proderet ea de re quicquam. Irritum igitur quicquid aduersus *domesticam hanc Brandenburgicae gentis sanctionem*, in hoc latebroso colloquio, promissum. Primo enim destituit illa ipsos quoque *principes regnatores*, alienandi facultate; multo autem magis *speratos heredes.* Quo pertinet illius sapientis edictum: *si promisi, quod est iniustum, non promisi, sed dixi.* Deinde uti ignorantis est consensus nullus: sic principis hereditarii non fuerat, indagare in pacta domus, regnantibus cognita, tectaque contra aliis quibusuis, extra reipublicae gubernacula. Frustra igitur, siue nolle siue uelle, creditur quisquis illud, quod nescit. Nam intellectum sequi debet uoluntas. Neque haec ultima primum potest praeuenire. Taceo demum, quod principi solitario uia tunc praeclusa sit, consulere rerum peritos. Qui autem impedit intelligere, frustra urget uelle. Atque haec satis in *pragmaticae sanctionis* argumento.

4) *Captiones* innumerae pacta destituunt ui *obligandi.*

§. XI. Sequitur nunc interuenta *fraus;* in hoste culpanda, multo magis detestanda in simulatore *amicitiae* singularis. Vitiat contractum & quodammodo, ciuili lege, nullum reddit, dolus, si dederit ei causam. Quis autem bonus

&

& aequus negotii aeſtimator crediderit, principem hereditarium, iuribus ſuis nuntium fuiſſe miſſurum; ſi uel intellexiſſet illa uel cognouiſſet uanitatem eorum, quae ſimulator egregius ei inſinuauerat. Falſum fuerat, *principis electoris* patris animum magis inclinaſſe, ad uindicias iniuriarum, ſibi illatarum; quam ad tuendam patriae ſecuritatem. Quibus enim officiis obſtrictus fuerat, ad auxiliatrices copias mittendas, in imperiali definitas matricula, illas ſemper ipſe habuit in promptu; ſed praeterea *Auſtriacae* domui, in *Turcicis* tunc bellis, exercitu ſuccurrere, ad acquirendum, in *Hungariae* confiniis, regna territoriaque, uti tunc euenit, illud arbitrii fuerat, non debiti obſequii. Quo ipſe necquicquam fuerat obſtrictus. Adiuuare autem rempublicam alienam; aduerſam ſibi, in iuſtiſſimis quibusque cauſis, ceteroquin fallacem in promiſſis; illud nulla ratione fuerat ante ſuadendum aut commendandum principi electori, quam eidem in quatuor *Sileſiae atauitis ducatibus* factum eſſet ſatis. Praeterea patrimonialia in illos iura non inania aut dubia fuerunt; ſed clara & expedita omnino. Quorum omnium princeps eſſe debuerat ignarus; quod caput clandeſtini colloquii eſſet hoc, neminem conſulere, eorundem peritum.

Ignorantis nullius conſenſus.

Prohibitique conſulere alios.

Quae cum ita ſint; quis quaeſo! uel *Auſtriacum* oratorem abſoluerit a fraudis, in eo negotio, reatu uel pactum a uitio nullitatis.

5) Pactorum *uiolatio* Auſtriaca.

§. XII. Potiſſimum quoque eſt illud; quod, in aliis pluribus, fecerint *Auſtriaci* cum *principi electori*; tum *filio* eius & *heredi* promiſſa: quae fefellerit orator ipſe; Auſtriaca uero domus expleuerit nequicquam. Optime ſibi conſcia, exempli loco, *Lichtenſteinenſes Friſiae dynaſtias*, in hac familia fideicommiſſi nexu ligatas eſſe; quae uel cedi uel redimi nequiuerint, ullo modo. Quod negotii euentus docuit, quo ſic eluſa fuerat haec pollicitatio. Sapientum edicta ſunt haec: *conditionem nil ponere in eſſe.* Neque in conuentionibus teneri alteram partem; ſi una non ſteterit in eodem negotio promiſſis. Atque his captionibus irretitum & principem electorem & filium eius heredem, quis non abſoluerit utroſque ab omni conuentionis nexu pariter?

6) Pactorum de *patrimonio uiuentis* auguſtalia *interdicta Iuſtiniani* in *l.* 30. *C. de pactis.*

§. XIII. Ad extremum, quis, hoc rerum ſtatu, ruborem non expreſſerit *Auſtriacis*, *Iuſtiniani* imperatoris ſanctione integerrima: *ne quis obſtringeretur eo, quod facturum ſe promiſerit, in aduentura alterius hereditate.* Addit ſui edicti huius cauſas Caeſar chriſtianiſſimus, elogio Graecorum. Principio enim de *rebus uiuentis*

&

& *ignorantis* conuenire, *bonis moribus aduerſum* eſſe. Quia ſit hoc, paciſci de alieno, contra *domini uoluntatem*. Deinde rem odio digniſſimam; quod ea poſt ſe triſtiſſimos multoties trahat euentus. Adeoque, aliquid ita fieri, ſuorum temporum, quae chriſtiana fuerant, non pati ſectam. Scio, legem hanc ciuilem eſſe. Sed neque has ipſas ſpernere ſolet imperator, in noſtra etiam Germania. Imo, ſi illum ipſum negotia tangant, etiamſi legibus non teneatur, uiuere tamen eum legibus ultro, ut exemplo praeeat ſubditis. Porro firmat legem naturalis etiam ratio. Quia laeduntur ſic officia, quae homo homini debet, in ſocietate, praeſertim ciuili; ubi minus eſt honeſtum, inhiare alienis aut in hereditatem inquirere ante diem. Praeterea & comprobant interdicti cauſam exempla, triſtiſſima multoties euentu. Vt adeo ipſa naturae praecepta eius uiolet transgreſſor & ciuilis ſocietatis deſtruat ſecuritatem, parte non leui. Habebunt certe nouum hic, portentoſi huius contractus, ſpecimen & iureconſulti & philoſophi, quod notent carbone. Accedit, quod in *principem heredem* peccatum non ſolum, quod ei pacta extorta ſint rerum, in futura olim ſucceſſione, ſperandarum: ſed etiam adhibita fuerint alia multiplicis generis deci-

In gratiam *principis* HEREDIS circumuenti.

decipula, ex illis, quae ſuperius ſcripta ſunt, in memoriam hic reuocanda iterum. Stat igitur, firmiſſimo talo, patetque inde colloquii clandeſtini uanitas & modus, tractandi negotia inter *imperatorem* & *principem heredem*, iniquus ac iniuſus meliori aeuo.

Purpuratorum *iudicia*, **de** *ſoliloquii Freitagiani* **uanitate mortuo electore.**

§. XIV. Mortuo igitur an. 1688. magnanimo principe electore, FRIDERICO WILHELMO, aperit ſoliloquii eius argumenta princeps ſucceſſor, FRIDERICVS, quae, uiuo patre, erant tegenda omnino. Conuocat ideo ſanctiorem ſenatum mandatque; ut ſinguli eius collegae conciperent ea de re ſuffragia ſua ſigillatim litteris, quae, ultro citroque lecta, deinceps in deliberationem ueniant, collegiique uniuerſi ſententia, reſpondeatur quaeſtio: *Num uerba data, in eius generis latebroſo colloquio, ullam habeant obligandi uim?* Expenſis itaque rerum omnium momentis, decretum fuit unanime:

Quae, in clandeſtino colloquio hoc, principi heredi extorta, illa Brandenburgico gentilitio interdicto aduerſa eſſe; deinde fraudis & doli ideo reum Auſtriacum oratorem; quod recuſauerit, rerum peritos conſuli circumueneritque principem, iuris ſui inſcium; accedere; quod Auſtriaci etiam conuentis minus ſteterint a promiſſisque diſceſſerint potius tabularum anni

anni 1686. multifariam. Quo rerum statu liberetur princeps, nunc elector, a clandestini pacti obligatione omnino. Adeoque, hostimenti & pensationis instar, data Schwibusensia nullo iure repeti ab Austriacis.

§. XV. Ex eo igitur tempore BRANDENBVRGICI rerum administri serio ac saepius AVSTRIACIS in memoriam reuocarunt *Viennae:* quam indigne quondam actum fuerit, in clandestino colloquio, cum principe sapientissimo; sed iuris tunc sui inscio. Eo iniquius fore, cognitis nunc rerum caussis, urgeri eius complementa. Sed parum auditi sunt. Potius minae sparsae a Bohemico cancellario, penes quem huius argumenti tunc cura: restitutio *Schwibusensis* principatus nisi actutum fieret, ac sine ulla dilatione, in promptu fore copias militares, ad occupandum & depellendum Brandenburgicos possessores rerumque ibi administros.

Iterum iterumque opposita curiae *Viennensi*.

§. XVI. Prouocauit igitur *princeps elector*, in graui hac caussa, ad imperatorem ipsum; iuris & aequi studiosissimum, gloriosae memoriae augustissimum Caesarem, LEOPOLDVM, instruxitque hoc mandato consiliarios suos, *Augustam* missos, ad eligendum ibi *Romanorum Regem.* Enarratae sunt, in formula istius mandati,

Ipsique augusto.

ti, multiplicia circumuentionis genera, quae promiſſis demerent obligandi uim. Quae *ſanctio domeſtica* prohibeat alienare; illam multo magis interdicere, iure accepta reſtituere. Et, ſi quando fieret hoc: rediuiua fore priſtina iura *Brandenburgicae* gentis olim in poſteris. Sed praeterea iuris inſcium circumuenire, iniuſtum eſſe; iniquiſſimum autem illud; quod, legis inſtar, noluerit pars aduerſa, alios conſuli. Nullitates occulti promiſſi, in clandeſtino colloquio, plurimas eſſe grauiſſimasque; cum turpitudine coniunctas, rerum transactarum de principatu uiuentis. Spem igitur certiſſimam fore fiduciamque, in *Auguſtali* indulgentia, pleniſſimam: liberatum iri principem electorem a tot fallaciarum iniquiſſimo nexu.

Tandem *princeps elector* reddit *Schwibuſenſia* an. 1695.

§. XVII. Remora inde actae rei, necquicquam uero litium finis. Sparſis omni tempore ac loco minis: reddenda eſſe *Schwibuſenſia,* ſi euitari uelint *Auſtriacae* auguſtaeque domus irae, nullatenus extinguendae alio ullo modo. Iactatis igitur identidem minacibus telis incuſſoque ſaepius iterumque metu, tandem ſapientiſſimi principis electoris animus fuerat demum fractus & expugnatus: ut anno 1695. SCHWIBVSENSIA reſtituerentur Auſtriacis, modica aeris ſumma ſoluta;

quae

quae uix respondit factis in principatum impensis. Illud autem est imis sensibus notandum ac circumferendum nunc animo, hoc rerum euentu. Vltima uerba eius, in sanctiori senatu prolata, fuisse haec: *nolo ulterius refragari petitioni Austriacae. Sto uerbis egomet, datis quondam frustratori, pacis amore & uiri boni studio; nullius licet iuris uinculo coactus. Verum posteros meos, quicunque fuerint illi, meae gentis; neque obligare uolo, neque, si uoluerim, potero, in quaesitis semel iuribus quatuor Silesiae ducatuum uel amittendis uel extinguendis memoria. Eorum erit, inuigilare temporibus deinceps. Horum iniuria egomet pressus, quod non debeo, reddo. Haec, si continuauerint porro, patienter ferendum, quod mutari nequit. Aduersus torrentem nauigare, inconsultum fore semper. Si autem, prouidentia numinis, euenerint meliora; non negligent olim mei, quatuor Silesiae principatuum uindicare patrimonia haec atauita. Ne actum quid factumque fuerit intempestiue.* *Perorata causa nec sine omine.*

§. XVIII. Erat igitur *principis electoris* iudicium sincerum & rectum in eo; quod, licet promissor etiam, si quidem abfuisset captio & fraus, teneretur hoc suo pacto: illud tamen necquicquam tangeret posteros, liberatos eo, per *sanctionem* & *interdicta* maiorum omnino. Sit igitur, *principem electorem*, sapientiae laude *Licet promissor teneatur, non ideo eius posteri.*

laude celebratiſſimum, ſtetiſſe pactis, clandeſtinis &, impoſturarum multiplicium genere, notatis paſſim, idque feciſſe eum, uirtutis & bonae famae ſtudio: non tamen ideo eius poſteri uel fuerant obligati uel obligari poterant nexu eodem; quem improbauerant maiorum inſtituta. Quorum religione ſtandum uiuendumque, in gentilitio principatu, parum attentis illis, quae iisdem uiderentur, ex factis deceſſorum, obeſſe.

Schwibuſenſi ducatu reddito, redeunt priſtina *iura Sileſiaca* poſtliminio.

§. XIX. Suboluiſſe id ipſum adminiſtris Auſtriacis, opinabile eſt ſatis, ideo. Nam, reddito SCHWIBVSENSI principatu, neglexerunt illi, *nouae renuntiationis* urgere formulam; cuius tamen iteratione opus eſſe uidebatur maximopere. Conſenſus enim, ad alienandum, olim quidem fuerat datus; uerum ſub lege *Schwibuſenſis* accipiendi & retinendi *principatus*.

Gentilibus maxime.

Hoc eodem reddito iterum, cauſa renuntiationis ceſſante, etiam eius iteranda denuo fuerat praeſtatio. Quoniam, uti euenit uere, conditione ceſſante & eliminata, expirarat conſenſus priſtini obligatio. Praeuiderant autem hoc facile *Auſtriaci;* incertae illud aleae fore: num conſenſuri ſint *Brandenburgici* gentiles, erepto illis iterum SVIBVSENSI ducatu; cuius, praeter alia, intuitu, conſenſiſſent illi in tractatibus olim. Igitur magis uide-

uidebatur consultum, nil eius rei porro requirere, quam ferre, eius petiti, repulsam; grauiorem longe, quam si res suo relinqueretur loco.

§. XX. Etenim postulati, in *Silesiae* quatuor *ducatus*, iuris *surrogatum* fuerat *Schwibusensis*, inter alia, ducatus. Reddito igitur eo, reuixit *surrogans*, id est, *quatuor Silesiae ducatuum patrimonia atauita Brandenburgicae genti*. Poterat *princeps elector* reddere primum; sed nequiuerat posteros suos priuare altero, id est, pristini olim iuris anastasi.

Quod illi *surrogatum*.

§. XXI. Praeterea quaeso! quae fuerat *Lichtensteinensium dynastiarum* iudicatio, in hoc eodem tractatu, promissarum omnino; sine ullius rei moto scrupulo tunc. Huius tamen rei alienae indoles cognita fuerat *Austriaco oratori*. Vrgente enim *principe electore* etiam huius promissi complementum; post tergiuersationes longas & multiplices, regestum: *dynastias* hasce *fideicommissi gentilitii* nexu constrictas esse *Lichtensteinensi familiae*; ut praestari nequeat ab *Austriacis* earum *euictio*. Sed cum tantum non palmaria haec fuerit transactionis famosissimae causa; idonea fuerat occasio, ad poenitentiam *Brandenburgicae* quoque domui & causa legitima ad resiliendum pariter ab inito contractu. Verum retinuit ite-

Euictio *Lichtensteinensis* fideicommissi *frustrata* pariter.

rum, ab hoc conſilio, *Brandenburgicum principem electorem* illa, in *Auguſtalem Auſtriacam domum*, amicitia & reuerentia clientelaris praepotentiaque. Nullatenus iamnunc adleganda, porro, tempore interregni &, mortuo Auguſto, ſine maſcula prole.

Extincta *maſcula* prole reuiuiſcunt iura *Brandenburgica* in quatuor *Sileſiae ducatus*, *maſculae* tantum ſucceſſionis.

§. XXII. Et enim id ipſum eſt porro, in *quatuor Sileſiae ducatuum* reuiuiſcente nunc iure, ſingulare argumentum, necquicquam ſpernendum, ab aequo rerum iudice. Sit enim, ſucceſſoria in illis iura promiſſa fuiſſe FERDINANDI regis poſteris; tamen illud ultra intelligi nequit, quam maſcula ſobole non deficiente. Idque ideo, quod populus *quatuor* eorundem *ducatuum* fidem non dederit aliis; quam *maſculis* regnatoribus unquam. Non itaque proferri debuit ille nexus ad *foeminas*; quibus, ne quidem in originali familia principali, fuerat ille obſtrictus ullatenus. Quod cum ita ſit, ita autem eſſe, cum natura principatuum docet, *maſculae* tantum ſtirpi addictorum; tum clientelaria *Bohemiae regum* diplomata, concepta non niſi in *maſculae prolis* gratiam. Hac igitur in *Auſtriaca* domo extincta nunc: poſtliminii rediiſſe iura *Brandenburgicae* genti, ab eo, quod iuſtum eſt, alienum uidetur necquicquam. Praeſertim etiam ideo, quod iusiurandum,

Bran-

Brandenburgicae masculae stirpi praestitum tanta religione, nullo unquam tempore, sublatum & *relaxatum* sit, *quatuor* Silesiae *ducatuum subditis* & ordinibus. Vt adeo his uerti nequeat uitio; si iamnunc eius uinculi iurati reminiscantur, agnouerintque *Brandenburgicos* principes dominos & regnatores suos postliminio, *mascula Austriacorum* sobole exarescente. Communia quidem feudorum decreta *consolidationis*, ut dicunt, iura tuentur: sed habent nec illa locum in rebus infeudari solitis falluntque deinde in principatibus etiam illis, qui *regnatrices foeminas* spernunt quique, eueniente casu, iureiurando adstricti iam sunt alius gentis *masculae* stirpi. Licet enim successoria iura dederis sententiae regis FERDINANDI; necquicquam tamen ideo proferri haec possunt ad posteros *foemineae* stirpis ideo; quod *Silesiae quatuor* principatuum horum cum natura, tum clientelares codicilli non alios successores agnoscunt, quam *masculos*, exclusis hoc ipso *mulieribus*, qui ultimus casus euenit iamnunc. Verum haec *obiter* tantum dicta sint; ut, si non iuuerint singula; proderint tamen uniuersa.

§. XXIII. Horum omnium igitur memor *Brandenburgica* domus, heraldica etiam *Silesiae insignia* non solum retinuit in tesseris suis gentilitiis: sed etiam formulam, *Insignium Silesiae conspectus in gentilitiis tesseris ideo.*

& in titulo nomen. mulam, olim consuetam continuauit deinceps, curiali quoque sermone; *etiam in Silesia duces*. Non attentis *tractatibus*, paciscenti *principi* tantum *electori* propriis, salua *gentis* ipsius pristino in *Silesiae ducatibus* iure. Scio, gentium fere moribus receptum illud; ut principes saepe faciliores sint, ad remittendum iura, quam ad delendum schemata haec. Verum contra conseruant renouantque illa iurium memoriam, si pactorum, in renuntiando, adparuerit uanitas, tangantque illa nullatenus ipsam gentem gentisque posteritatem.

Meritorum Brandenburgicae domus in Austriacam augustalem, amplitudo. §. XXIV. Haec omnia si expenderit *Austriaca* domus aequa lance, eo erit facilior nunc, ad reddendum *Brandenburgicae genti, quatuor Silesiae ducatuum ataui-ta patrimonia.* Agnoscet pariter & illud, quam inique actum sit cum *Brandenburgicis principibus electoribus* maxime olim, nullo non tempore tamen bene meritis & merentibus de *Austriaca Augustali* domo, nunc armis iterumque consiliis, ut requisiuerant rerum euenta quaeque. Extant de hoc argumento *peculiares libelli*, de *meritis Brandenburgicae domus in Augustalem familiam Austriacam*, inscripti sigillatim. Idque ab autoribus peregrinis, nullo partium studio actis; ut magis ad sensus scriberent, quam ad ueritatem, tot

insi-

insignibus omnis aeui speciminibus, probatam. Illud uerum est, incorrupta integerrimaque historia teste: *Habsburgicam* olim gentem ad *augustale* euectam esse solium, non alio conciliatore, quam principe ac *Burggrauio Noribergensi*, inter Brandenburgicae familiae maiores, FRIDERICO, amicitiae uinculo addictissimo gloriosae memoriae RVDOLFO, primo. Et CAROLI V. epistola testatissima est scriptoribus eius aeui; qua, in electione *augustali*, tot difficultatibus irretita, primas & ultimas tribuit augustissimus imperator ALBERTO, *Moguntino* antistiti & IOACHIMO principi electori, fratrum pari, *Brandenburgicae* familiae. Taceo CAROLI IV. & SIGISMVNDI, imperatorum foedera cum Noribergensibus *Burggrauiis* culta praecipue; ut hisce imperii quoque *uicariatum* committerent, Germania absentes atque demum *in Bohemicis* & *Hungaricis* turbis, si *Aeneae Syluio*, pontifici maximo, fides est, non alia auxiliatrice manu, emerserint, quam *Brandenburgicae* gentis maiorum. Cogitent haec & animo circumferant rerum *Austriacarum* administri, ut uel nunc iniquiores esse desinant posteris bene merentium olim maiorum *Brandenburgicae* gentis, in aequissimis suis quatuor *Silesiae ducatuum* postulatis.

***Augustale* fastigium *Austriaci* debent *Brandenburgicae* domui potissimum.**

 §. XXV.

Vt redant *atauitos* ducatus *Branden burgicis* eo facilius.

§. XXV. Non *alienas* terras aut territoria requirit *Brandenburgica* gens; uerum ſibi propria *atauita*que patrimonia maiorum ſuorum, detenta adhuc relictaque, ob maiorem aduerſae partis *praepotentem auguſtalem* uim. Neque armorum iniuria ulla; ſed uirium iuſtiſſimo robore recuperat nunc ſua: ad praecauendam quoque hoſtium *Auſtriacae* domus uim; intentatam litteris & comminationibus *Sileſiae* uniuerſae. Vt, uiciniae ergo, interſit etiam *Brandenburgicae* domus, inuigilare iuribus ſuis, ad belli incendia auerruncanda ibi tempeſtiue. Prudentum haec edicta ſunt; ut in pace cogitetur de bello, ad pacem non turbandam; ſed procurandam omnino, uiribus, DEO largitore, conceſſis ad plurium ſalutem & ſecuritatem.

Compoſitae & dilatae litis differentiae.

§. XXVI. Ceterum abſit tamen, ut aliquis opinetur; non eſſe ideo cum illis ineunda pacta; ſi paciſcentis poſteritati liceat uti uindiciis etiam deinceps porro. Verum ſumus hactenus, in eo pactorum genere, uerſati; quae temere circumuenta fuerant. Neque idonea eorundem cauſa ulla fuerat, quam uel utilitas ſuaſiſſet uel commendaſſet honeſtas uel urſiſſet quoque neceſſitas ulla. Contra, ubi adparuerit alterutrum eſtque uerſum aliquid in rem utilitatemque familiae, ibi ueri-

ueritati iustitiaeque locus est dandus & relinquendus omnino, in gentilitiis fideicommissis etiam; extincta tum prorsus lite; non dilata aut suspensa interim. Perorare liceat hic sermone forensi: *idem est aliquid non factum transactumque esse, quam factum transactumque non legitime.*

§. XXVII. Verum sufficiant haec interim. Quae, nisi sustulerint *Brandenburgicis* iuribus aduersa quaeque, fueritque oppositum aliquid porro; in promtu erunt alia plura, ad amouendas quasque aduersae partis argutias. Sunt anecdota plura adhuc; quae prodere, hactenus creditum fuerat parum consultum, ad parcendum eorum manibus & ossibus; quorum intererat olim, *Brandenburgica,* in *quatuor Silesiae ducatus,* iura eludere imposturis & frustrationibus inauditis & inuisis meliori aeuo, idque in sui suorumque gratiam utilitatemque. Laesa tam diu fuit patientia & candor ille studiaque *Brandenburgicae* gentis, cum pro Germaniae uniuersae tranquillitate & securitate; tum pro *Austriacae gentis* salute & *augustalibus* illius incrementis, turpiter sic elusa & ludificata olim. Sit horum nunc demum finis & passae iniuriae obliuio, non reducendae in memoriam porro; nisi extorserint illa obfirmati eorum animi, qui, pace spreta, perseuerant in ini- **Inuidia cessante deinceps.**

quiſſima, aliena uſurpandi & detinendi, cupidine.

Paruae *reliquiae* ex magno *naufragio*, expoſitae in prodromo adhuc.

§. XXVIII. Summa tunc rerum praeterea erit haec: tabulas iniuriarum, *Brandenburgicae* genti illatarum, ſuſpendere & recitare his iisdem uerbis, quibus ſcripſerant illas olim iam *Brandenburgici* legati; ad extorquendum *Auſtriacis* rerum adminiſtris ruborem; earundem autoribus & actoribus. Horum enim nihil tribui poteſt aut debet ipſis *Auſtriacae* gentis imperatoribus, iuſtitiae & uirtutis laude cognitis ſemper uniuerſo orbi. Quemadmodum uero optimus quisque princeps, conſiliis, partium ſtudio, corruptorum adminiſtrorum, agi poteſt in transuerſum: ita mirum non eſt, idem quoque hic eueniſſe. Querelarum igitur *Brandenburgicae* gentis adminiſtrorum materia fuerat multiplex: quod, in iuſtiſſimis quibusque cauſis, parum tamen fuerint auditi. *Principio* enim *exemplis* illi docuerunt pluribus; quod, in *Auſtriacis* pactis, etiam in maximi momenti rebus, fuerint promiſſa plurima, quae poſtea minus expleta fuerint, permanente nihilominus erga domum *auguſtalem* firmiſſimo noſtris, ut ſibi perſuaſerat curia Viennenſis, nexu. *Deinde* aes alienum ab *Auſtriaca* gente contractum, promiſſum-

fumque, parum folutum effe, reftareque ideo eius innumeras myriades. *Porro* territoria & principatus, optimo iure reddendos, retentos & ufurpatos fuiffe adhuc; fpretis omnino *Brandenburgicae* gentis recuperatoriis iudiciis. Ceterum tabularii etiam principalis documenta loquuntur: falutaffe ipfum CAROLVM V. imperatorem *Brandenburgicos marchiones* principatuum OPPELENSIS atque RATIBORENSIS duces; praetereaque SAGANENSIA & MVNSTERBERGENSIA, Silefiae ducatus fuiffe, in marchionum *Brandenburgicorum* gentilitio nexu pariter. Verum requirunt haec, fuo tempore, locum fingularem; fide documentorum in laterculis facris explorata folicitius. Sufficiant interim, in quatuor *Silefiae ducatibus;* IAEGERNDORFENSI; LIEGNICENSI; BRIEGENSI atque WOHLAVIENSI; cum adnexis dynaftiis, publicae luci expofita & declarata effe, BRANDENBVRGICA ATAVITA PATRIMONIA.

Multiplices *querelae* aduerfus *Auftriacam* uim.

SACRAE HISTORIAE COROLLARIVM QVO RERVM IN SILESIA GERENDARVM IVRA ILLVSTRANTVR EXEMPLO.

§. I.

Rerum nouitas nulla.

Nil noui in orbe. Omnium rerum uicissitudo est. Vti sidera uoluuntur redeuntque suam intra sphaeram: sic rerum quoque euentorumque scena aperitur spectaturque eadem multoties inter mortales; licet mutentur personae, in eadem productae. Satis magnum alter alteri theatrum.

Quod *historia* docet.

§. II. Est igitur sagacis cuiusque animi; quod ante gestum, discere, a custode rerum, incorruptaque teste, historia. Luce illa ueritatis, magistraque uitae, quae tanquam in speculo est inspicienda omnis orbis ac aeui. Clara inde prouidentis quoque numinis specimina uestigiaque uindiciarum, ut, quae olim fecimus, patiamur iure deinceps.

Etiam in his rerum *Silesiae euentis.*

§. III. Recensuimus &, sub iustitiae trutina, expendimus in superioribus segmentis; quam inique egerit *Austriaca* domus cum *Brandenburgica*, in quatuor *Silesiae ducatibus*, patrimoniis atauitis gentilitiisque, ei, per uim, ereptis & usurpatis

tis adhuc, nullius iuris ullo tegumento. Conuersus rerum ordo. Vtriusque fere nunc partis ualor ac fortitudo pendet in aequilibrio. Non iuris, cuius intuitu, *Austriacae* domus, nullum fuerat, ullo unquam tempore, momentum; sed uirium, ne *Brandenburgica* domus, *Austriacas*, augustalis familiae, porro extimescat: quin repetat illud, quod sibi iure debetur.

§. IV. Docet historia sacra idem in populo DEI, Israelitis. Quos enim hostium suorum robori cedere oportuit olim aliquandiu: illis postea prouidens numen addidit animosque uiresque, ad recuperandum ea, quae, per iniuriam summam uimque maiorem, amiserant, quondam. Opponit tamen illorum conatibus usurpator iniquus: *iniustum esse, uim parare ac inferre regionibus alterius.* Reponit his regnator Israelis: *non aliena requiro; sed recupero atauita, inique meis erepta olim.* Similibus olim *Israelitis recuperatoribus* auitarum terrarum.

§. V. En! historiam ipsam, non uerbis nostris; sed diuinioris eloquii formula recensitam. Est autem illa, quae habetur in MACCABAEORVM *libr. 1. cap. 15. u. 32.* & deinceps, uti sequitur. *Et uenit* ATHENOBIVS, *amicus regis* pagani, *in Ierusalem & uidit gloriam* SIMONIS, regnatoris Israelitici & *claritatem in auro & argento &* In *Maccabaeorum* lib I. *cap. 15.* uidit hostis rerum omnium adparatum in *recuperatore.*

ADPA-

ADPARATVM *copiosum. Et obstupuit & retulit ei uerba regis.*

Regnator respondet *legato hosti*li de terra recepta, maioribus *erepta.*

§. VI. *Et respondit ei* R. SIMON *& dixit ei: neque* ALIENAM TERRAM *sumpsimus neque* ALIENAM DETINEMVS; *sed* HEREDITATEM PATRVM *nostrorum, quae iniuste ab inimicis, hostibus nostris,* ALIQVO *tempore,* POSSESSA *est.*

nec *intempestiue.*

§. VII. *Nos uero tempus habentes* (eidem inseruientes) *uendicamus hereditatem patrum nostrorum.* Necquicquam uero aliis facimus iniuriam, uindices patrimonii nostri.

& occupatis *aliis,* ne *noceant.*

§. VIII. *Nam de Ioppe & Gazara, quae expostulas, ipsi faciebant in populo plagam magnam,* irruptionem & inuasionem hostilem, *& in regione nostra: horum,* in pensationem, *damus tamen talenta centum. Et non respondit Athenobius uerbum.*

Historiae *adplicatio.*

§. IX. Non potest ouum ouo esse similius, quam historia haec *Israelitarum* est, expeditioni *Porussiae regis* armorum in *Silesia.* Detinuerat *Austriaca* domus, seculi spatio, *quatuor* Silesiae *ducatus Brandenburgicos,* occupatos olim per uim, nullius iuris umbra: iam uero, repetit, sibi suisque ereptos, *Brandenburgica* gens, optimo iure, modo tamen eodem, sine forensi conflictu. Quem *Austriaci* extimuerunt & recusarunt olim, tantum abest, ut iam-

nunc

nunc possint desiderare eundem, in iustissimis uindiciis.

§. X. *Talionis* ceterum *iura* Latio testatissima sunt, neque etiam a decretis naturae aliena: ubi, quod debemus, retribuimus aut, quod passi sumus, temporum iniuria, ab aliis, ulciscimur tempestiue. Neque tamen hoc est, in nostro themate, iniurias ulcisci iniuriis. Quin potius illa, quae per iniuriam olim ablata sunt, optimo nunc iure recipiuntur rediguntur que in pristinam potestatem. Animo formidine non perterrito porro, qua, hactenus percussam gentem, sua relinquere oportuit in manibus alienis, *Austriacorum*. **Iurium *talionis* trutina.**

§. XI. Magnum in bello momentum est fiducia bonae causae. Neque causa melior ulla, quam iniuriarum finis & edicti illius complementum: SVVM CVIQVE. Haec uota sunt notaque liberi imperii & reipublicae bene constitutae: ne maior potentiae ratio sit; quam iustitiae. Regnauit prima; succubuitque ultima interim. Ex illo tempore scilicet; quo *Austriaca* domus successionem, in quatuor *Silesiae ducatus*, ad *Brandenburgicos*, gentilitio iure, delatam, armorum robore, illis praeripuit usurpauitque aliena haec terretoria iniquissime. Conuersa **_Iustitia_ victrix.**

Notum pro iniuriarum *fine* in *Germaniae* imperio.

uersa nunc rerum facie: redeat alma themis restituatque ablata ueris rerum dominis, *Brandenburgicae* genti, armaque eius uictricia esse iubeat, eousque, dum, inique occupata, reddita sint ex asse regnetque iustitia deinceps sine fine, nullo casu impetenda & peruertenda porro per praepotentem manum. Intererit quoque Germaniae principis omnino, hanc causae iustitiam promouere etiamnunc; ut *Silesiae* ducatus possessorem iterum accipiant legitimum: contra uero cesset *augustalis praepotentia*, agere & detinere aliena, per uim, spreta ac conculcata iuris & aequi norma, tantopere commendata curae principum ac regnatorum cum orbis christiani uniuersim, tum *sacratissimi* praecipue Germanici *imperii.*

ACCESSIO OPVSCVLI
AD CONTVNDENDVM IEIVNAS IMPROBAE PLEBIS CALVMNIAS.

Dispulsio hostilium calumniarum.

Effrena uulgarium diurnorum licentia est. Nostro illa aeuo euasit in maximum reipublicae malum. Quo quisque libidine & furore agitur; eo scribit effunditque calumnias impune. Imo, scurrarum more, agunt plerique calamumque circumferunt uenalem. Vt quisque malesanus illis suppeditat narratiunculas, ad sensus cuiusque, uerbis conceptas, sine examine iudicioque iusti & veri. Fit itaque, ut iustitiae triumphanti, alio remedio, obesse nequeant; quam conspergendo eam calumniis & infamationibus. Possent eius generis quisquiliae, ceu fulgur ex pelui, contemtu uindicari, indignae apologia. Sed plebis imperitae error etiam multoties regnat in republica. In populis praesertim, qui, his glaucomatibus occupati, facile aguntur in transuersum. Accedit, quod offuciae hae in alia quoque Europae regna se diffundunt. Nam extranei diurnorum plastae hauriunt easdem naenias a Germanis propagantque illas quaquauersum. Quo ipso his decipulis circumuenitur uniuersa propemodum Europa, ignara eorum, quae in patria nostra geruntur iure meritoque. Haec causa est; quare eius generis scurrilibus fallaciis sit obuiam eundum discussoriis libellis. Quo censu legi & haberi debet opusculum hoc, additum huic nostro superpondio.

CATHO-

CATHOLICA RELIGIO
IN TVTO
VICINIA IN TVTO
REGNI POLONIAE
VINDICATIS SILESIAE
DVCATIBVS
ADVERSVS AVSTRIACAM VIM.

§. I.

Religio coacta est irreligio.

Diuino humanoque iure est improbum: uim adferre conſcientiis. Inſanae mentis eſt, cogere intellectum ad uoluntates alterius. Peccant hoc crimine, qui, ſub religionis tegumento, regna aliena inuadunt uel, quod eſt alterius, rapiunt ac detinent ideo. Abſit primum ab armis, in *Sileſia Poruſſicis*. Vtinam ultimum ab *Auſtriacis* quoque abfuiſſet. Neque enim nunc eſſet opus, *Sileſiae ducatus* armis recuperare, ab Auſtriaca domo, fulcro auguſtali, corroborata tunc, ereptos atque detentos per uim *Brandenburgicae* genti. *Vicinia* fuerat illis in odio & *religio.*

Sileſia ideo improbe erepta Brandenburgicis.

Quia conſcientia expers imperii.

§. II. Tragica hiſtoria eſt; deſtituti iure ſuo, imo integris ducatibus, ob fidei chriſtianae formulas ritusque alienos. Damnetur paganismus: ſed Deo & Chriſto fidiſſimos ciues, qui non toleret in republica chriſtiana? Sint illi in ſymbolis

ac

ac formulis suis inuicem diuersi. Docere iubet seruator errantes; non tollere e medio, non iuribus priuare rerumque dominiis. Flecti ac duci uult intellectus eloquiis diuinis; non ferro aut armis cogi.

§. III. His symbolis & nunc & olim usi sunt *Porussiae reges* & *Principes Electores Brandenburgici*, in regno ac principatibus suis, quaqua uersus distractis, per Germaniam uniuersam. Neque mens illis alia, etiam in bellorum sacrorum grauissimis incendiis patriae nostrae. Testis integerrima hic erit eius aeui historia. Notat haec aliorum Germaniae principum exempla passim; qui armis maluerint limites suae religionis proferre. Eradicare, quam tolerare, in fidei christianae formula, dissentientes. Verum hac labe *Brandenburgica* & *Porussica* arma contaminata tum legeris nunquam.

Vnde aduersus Catholicos nulla unquam bella Brandenburgicis.

§. IV. Religioni sibi duxerunt nullo non tempore *Brandenburgici: catholico imperatori* minus obsequi; coire aduersus principes *catholicos in foedus* cum *euangelicis*; subditos ac ciues *catholicos* priuare suis iuribus ac priuilegiis uel, quod passim factum alibi, eosdem agere, religionis causa, in exilium. Parum tunc erat nostris; incurrere ideo, apud suos, in odia, iras, mala uerba; quasi iusto remissiores essent nostrates in religionis zelo. Eius rei inuidiaeque specimina requiris? Foederis

Quod probatur *figillatim*.

bellique *Schmalcaldici* te docere poterit historia. Offensa nostrorum tum grauis apud ipsos *euangelicos*; quod recusauerit princeps elector *Brandenburgicus* eiusdem fieri sodalis.

In *Brandenburgicis* Germaniae prouinciis *catholica sacra* florent ubigentque.

§. V. Et uero Germaniae uniuersae forte princeps fuerit nullus; qui, in prouinciis suis, numerauerit tot uel *ciues catholicos* uel *catholica collegia* & *sacros collegas catholicos*, quam *Porussiae Rex* & Princeps Elector *Brandenburgicus*. Tantum vero abest; ut his *subditis catholicis* uel minus faueat ille, quam *euangelicis*; uel foueat ultimos magis, quam primos; ut potius, irretorto quandoque oculo, intueantur ultimi; quod in *Brandenburgicis* territoriis non tolerentur tantum *catholica* passim *sacra* ob LEGEM: sed etiam, ex indulgentia singulari, *catholicis noua* erigantur *templa* struanturque *arae* & foci. Ne quid interesse queat eorundem: uiuere sub *catholicae*; an *euangelicae* religionis principe. Exempla requiris? Ire liceat per omnium *Porussicarum* prouinciarum, in Germania etiam, *metropoles* & *urbes*. In quibus *catholicorum sacrorum* coetus nunc cogi & celebrari videas in *templis*; ubi, per Germanici imperii *leges* & *pacis* tabulas, ne quidem *catholicis* relictus quondam fuerat *incolatus*.

Noua *templa* illis extructa & indulti *sacri coetus*.

§. VI.

§. VI. Inter tot *religionis grauamina*, in hodiernis imperii comitiis agitata; non tamen argumentum occurret; quod tangat *prouincias Brandenburgicas*. Vnde facile eſt, ad intelligendum; quod principes noſtros a religionis odio ac perſecutione non tam *leges* retraxerint ſemper; quam *animi*, ad *tolerandum proni* omnium generum homines Chriſtianos. Dummodo illorum fidei formulae tales ſint: ne officia laedant, quae homo homini, ciuis ciui ac principi debet in republica. Vera ſcribo; uix, in chriſtiano orbe uniuerſo, uel regnum inueniri uel rempublicam uel principatum ullum; qui aequior indulgentiorque ſit fueritque olim, in *tolerandis ſacris catholicis* aliisque, quam Brandenburgica late patentia territoria. **Nulla catholicorum grauamina aduerſus Poruſſiae regem.**

§. VII. Nouiſſimi *regis Poruſſiæ*, ea virtus & ſapientia eſt, cognita Europae uniuerſae: ut rectae rationi ſtudeat habeatque, in regimine ſuo, naturae & gentium iura praecipuo loco. Atqui abhorrent illa omnino cum ab odio adſeclarum *religionis diuerſae*; tum a tyrannide, ultimis metuenda. Etiam hic: *ſuum cuique*. In ciuili ſocietate eadem omnibus multiplicium religionum iura ſunt: *parta tueri*. Id eſt ſeruare *collegiis, collegis* & *ſubditis catholicis*, quod eſt eorundem. Idque ſiue *lege* **Nouiſſimi regis ſapientia ad tolerandum catholicos omnes in regno prouinciisque.**

siue *pacto* siue *moribus*, consuetudine corroboratis. Haec regnandi norma & rerum administris & subditis *Porussiae regis* esse debet commendatissima. *Violatores* omnino *sacrilegii* sunt rei; si ullus, uel in ciuili causa, fuerit in iudice *religionis fauor*, quem damnauit dirisque Rex deuouit, utrique religioni aequissimus.

Calumniarum dispulsio *exemplis.*

§. VIII. Apage igitur nugas & calumnias maleuolorum: agi, in hodiernis *Silesiae bellis*, causam *religionis* uel propogandae uel extirpandae. Nil potest uel fingi uel somniari ineptius; rem gerente *Porussiae rege*, catholicis subditis suis aequissimo. Quaeso enim, qui tot habet fouetque *ciues* ac *subditos catholicos*, ad inuidiam usque euangelicorum; qui *catholicis subditis templa, aras, sacros coetus, non lege*; sed, nouo *beneuolentiae* genere, indulsit; qui idem agit etiamnunc; ut *subditis multiplicium religionum* se praestet *parem* & regnatorem & tutelarem munificentissimum: eum *bella gesturum aduersus catholicos*, ut cogeret redigeretque omnes sub unius *formulariae theologiae* harmoniam. Quae demum calumniantium est insania?

Tabularum pacis *uiolatio* scelesta.

§. IX. Verum si, ad amouendam huius furoris suspicionem, in principe *multiplicium sacrorum subditis* imperante, ea,

ea, quae adhuc ſcripta, non ſufficiunt; requirantur PACIS TABVLAE, ſanciendae in belli exitu, pro *Catholicae Religionis in Sileſia palladio.* Requirantur eius ideo *conciliatores* & *ſponſores,* omnes *Reges* & *Principes Catholici:* ut, ſi ambigentium ſcrupulis & ſcopulis pacta conuentaque non ſint ſatis, ad habendam & ſeruandam fidem, reuerentia & metus coerceat paciſcentes liberetque ſubditos catholicos a formidine violationis omnino.

§. X. Fert praeterea fama, utinam fallax: quod adminiſtri *Auſtriaci* inclytae reipublicae *Poloniae* regni ſuſpectam porro reddant *Poruſſiae Regis, Sileſiae* intuitu, *uiciniam.* Naeniae inanes. Contra enim rerum peritis perſpectum erit illud: quam interſit *Poruſſiae Regis;* Poloniam ſibi, aeterno amicitiae foedere cultuque, habere coniunctam. *Polonorum* auream tueri *libertatem,* perpetuandam aeternum aduerſus hoſtiles quosque conatus. *Naeniae aduerſus Poruſſiae uiciniam.*

§. XI. Teſtatiſſima ſunt inter utrosque *foedera,* toties iterata & ſancte culta, inde a plurimorum ſeculorum lapſu. Etenim quae *uicinia* gratior & tutior eſſe poteſt, quam huius reipublicae. Maior cura illius, ſeruandae domi *libertatis,* *Eius intereſt Poloniam & uicinam habere & amicam.*

quam foris irritandi *hostis* & contrahendi pericula alieni belli in regni praecordiis. Potens patensque latissime *Polonia*, tot regionum amplissimo ambitu. Vlterius eius *limites proferre*, hoc idem esset, quam laborare deinceps sua *magnitudine*.

Specimina probatae fidei Polonis.

§. XII. *Brandenburgica* ideo gens *Poloniae* toties *auxiliatrices* praebuit manus; quoties *nutare* uidebatur eius *libertas* & *procerum auctoritas* pace belloque. *Polonorum uicinia* illi fuerat commendatissima semper. Neque minoris *formula* eius *regni* facta. Ne *Polonica libertas* minueretur ullo unquam casu. *Vetustiorum* temporum historia hoc docet. Sed luculentiora integerrimae *Porussiae Regis* amicitiae specimina *motus* praebent *nouissimi interregni* uersanturque in recenti omnium ciuium memoria.

Porussiae nunc *Rex* *Poloniae* uicinus coniunctissimus.

§. XIII. Praecipue autem Rex Porussiae nostri aeui, sub regiminis sui ingressu, in amicitia, cum *Poloniae Regno* colenda, non solum pressit uestigia maiorum suorum; sed etiam longissimis illa interuallis superauit. Non uerba; sed rerum grauissima argumenta hoc docent. Quae enim, ullo modo, uel caussa uel occasio offensarum esse poterat, eam sustulit ille protinus. Vnde certis esse

esse liceat cum proceribus, tum ciuibus & subditis Poloniae, non tutiorem illis *principem uicinum*, imo tutelarem *libertatis* fidissimum. Tessera haec non spei; sed fiduciae nomen meretur. Sub *Porussiae Regis* tegmine ac foedere, florentissimam Poloniae libertatem sine fine. *Porussicae* domui reique publicae *Poloniae Regni* eosdem & hostes deinceps & fidissimos seruatores aeternum. *Coeunt in foedera patrum!*

§. XIV. Contra illi reipublicae *Austria* periculosa fuerat, quoties cogitatum de famosissimo *regnorum* TRIFOLIO. Id est, de coniungenda, cum *Hungariae* & *Bohemiae* regnis, *Polonia*. Ab hoc igitur praepotente *confinali domo* sibi fuerat metuendum & uigilandum; ne maiora eius *incrementa* uerterentur in exitium *Polonicae libertatis*. *Austriaca uicinia suspecta Polonis.*

§. XV. Quod cum ita sit, quis bonus quaeso! *Poloniae* bella suaserit ideo: ne *decrescat praepotens nimium uicinus*. Ne reddat *Austria Brandenburgicae* genti, quod debet ei usurpauitque, per iniuriam summam, hactenus. Quae *domus abusa* est *magnitudine* uirium, ad occupandum & retinendum *aliena*, atauita *Brandenburgica*, quatuor pluriumque *Silesiae ducatuum* & dynastiarum, *patrimonia*; parcetne illa aliis *Polonorum interest, ut reddat Austria, quod debet.*

aliis dubitaueritque uel in uicinos quosque tentare idem olim. Intererit igitur *Poloniae*; iustissimam *Porussiae Regis* causam *fouere* magis; quam eidem consiliis armisque ire *obuiam*.

Hinc *Silesiae* bella nil obsunt *Polonis*.

§. XVI. Pessimi hic consultores *Austriaci* administri. Quid aliud intendunt, inuoluendo *Poloniam* alieno *bello* temere? quam sibi ut consulant in *desperatissima* & iniquissima *causa* sua, faciantque cladium & impensarum belli participem rempublicam confinalem, fidissimo ceteroquin foedere coniunctam cum *Brandenburgica* gente.

Diuinae *uindiciae* in foederum *ruptores*.

§. XVII. *Rumpere pacem aeternam*, improbum est. Idemque, quam diuinum NVMEN prouocare ad *uindicias*. Paganum Latium dixit: fugare *deos tutelares* principem foedifragum. *Bonorum* igitur in *Polonia senatorum*, procerum ciuiumque suffragia illa erunt: *non lacessere amicos; iniuriis non patrocinari; cauere fallacias; pericula sibi non contrahere bello alieno; in tuto ponere & seruare* POLONICAE LIBERTATIS PALLADIVM, *colendo pacem; non uersari in theatro belli, sed spectare illud oculo irretorto.* Scriptum Mense *Febr.* CIↃ IↃ CC XLI.

RELI-

RELIQVIAE
MANVSCRIPTORVM
OMNIS AEVI
DIPLOMATVM
AC
MONVMENTORVM
INEDITORVM ADHVC.

EX

MVSEO LVDEWIGIANO.

TOMVS XII.

RELIQVIARVM TOMVS XII.
LIBER I.
MATRICVLA OFFICIALIVM
GALLIAE REGVM ET REGINARVM
ab an. CIↃCCXXXI.
NVMERVS I.
PALLIA MILITVM ET CLERICORVM aliarumque gentium hoſpitii Dni. regis LVDOVICI, ad terminum *Pentecoſtes* 1231.

PALLIA PENTECOSTES 1231.

COmes *Montisfortis.*
Bartholomeus de *Roye.*
Robertus de *Corteneto.*
Ioannes de *Nigella.*
Guillelmus de *Barris*, pater.
Stephanus de *Sacroceſare.*
Vrſio CAMERARIVS. C. S.
Ioannes MARESCALLVS.
Adam de *Bellomonte.*
Ioannes de *Bellomonte.*
Balduinus de *Corbolio.*
Philippus de *Nemoſio.*
Guido de *Mereuilla.*
Bochardus de *Moncemaurencio.*
Guido de *Rupe.*
Guillelmus de *Milliaco.*
Vrſinus filius *Vrſionis Camerarii.*
Guillelmus de *Barris*, iunior.
Gauffredus de *Capella.*
Hugo de *Athiis.*
Guillelmus *Manerio.*
Henricus de *Berron.*
Renerius de *Berogna.*
Guillelmus de *Caſtelleriis.*
Hugo de *Magneleriis*
Adam de *Villabeonis.*
Adam de *Milliaco.*
Gaufredus FALCONARIVS.
Odo de *Sarnajo.*
Guillelmus de *Bona.*
Galterus de *Montolio.*
Iohannes de *Moncellis.*
Simon de *Piſſiaco.*
Ioannes de *Boutenuillarj.*
Petrus de *Viriaeo.*
Robertus de *Los.*
Herricus FALCONARIVS.
Petrus *Triten.*
Odo *Garelli.*
Hugo de *Creſperiis.*
Fulcaudus de *Bri.*

Philippus de *Beſtiſiaco.*
Vrſinus filius *Guidonis.*
Gauffredus de *Bulliaco.*
CLERICI.
Archiepiſcopus *Senonenſis* X. lb.
Epiſcopus *Siluanectenſis.*
Decanus *Turonenſis.*
Dominus *Vincentius.*
ELEMOSINARIVS.
M. *Ioannes.*
M. *Petrus*, *Prepoſitus.*
Prepoſitus *Andegauenſis.*
M. *Martinus.*
M. *Iacobus.*
M. *Thomas.*
Guillelmus *Pul.*
Gillo *Clericus.*
M. Ioannes de *Morte.*
M. Simon, *Hiſpanus.*
M. Guillelmus de *Mouiaco.*
Radulphus de *Mellenco.*
M. Stephanus *Baacoli.*
M. Ioannes *Britinus.*
Guillelmus de *Liuonis.*
M. Ioannes *Rotula.*
Petrus *Clericus.*
M. *Hubertus.*
M. Guillelmus de *Manto.*
Epiſcopus *Carnotenſis.*
M. Simon de *Domibus.*
M. Simon de *Cenomania.*

XIX. SVMMVLARII pro *robis* pro toto anno XXVIII. lb. X. s.

XI. SCVTIFERI in hoſpitio & V. in garniſione & duo MARESCALLI XLV. lb. pro robis.

XVII. VALETI circa equos pro toto anno XXVII. lb. X. s.

IX. ARCVARII & Guillelmus *Veillart* & duo *Valeti* XXVII. lb. X. s.

IV. VENATORES & V. *valeti*, qui habent IV. lb. pro roba & alius XXX. s.

XI. Falconarii XXVII. X. s.

ELEMOSINARIVS pro *familia* ſua XII. lb. & pro *clerico* ſuo LX. ſol.

III. PISCATORES, de quibus unus habet IV. lb. & duo VII. lb.

Duo AVICVLARII & duo FVRATORES XIIII. lb.

V. Summularii PANNETARIAE & Guillelmus *Thibaudi* IX. lb.

XVI. CVRSORES VIII. lb.

VI. Summularii SCANCIONARIAE IX. lb.

IV.

IV. FRVCTVARII LX. s.
VII. HOSTIARJ XLII. lb. X. s.
V. *Valeti* canum & Galterus de *Pisſiaco.* XV. lb.
BALISTARII XX. XIIII. per diem.
Seruientes XXI. XIIII. per diem.

NVM. II.

MANTELLI *militum* & *clericorum* ALFONSI, comitis *Pictauienſis.*

Ad terminum omnium ſanctorum 1258.

Dn. Hugo de *Arſicio.*
Dn. Matheus de *Villabeon.*
Dn. Galo de *Seruon.*
Dn. Philippus de *Aqua bona.*
Dn P. Boqueti de *Sanctolio.*
Dn. Guillelmus *Teutonicus.*
Dn. Herueus de *Caproſia.*
Dn. Robertus *Ruelte.*
Dn. Guillelmus de *Bellomonte.*
Dn. Ioannes de *Mantolio.*
Dn. Guido de *Caproſia.*
Dn. Robertus *Ruelte.*
Dn. Guillelmus de *Bellomonte.*
Dn. Ioannes de *Mantolio.*
Dn. Guido de *Caproſia.*
Dn. *Fraeardus.*
Dn. Theobaldus de *Campania.*
Dn. *Hetardus.*
Dn. Robertus de Sto *Claro.*
Dn. Robertus de *Cloya.*
Dn. Robertus de *Barnage.*
Dn. Guillelmus de *Hedera.*
Dn. Renaudus de *Gambes.*
Dn. Ioannes de *Cranchia.*
Dn. Philippus *Bellus* Franciſcus.
Dn. P. *Clarembaudi.*
Dn. Simon de *Buciaco.*
Dn. *Gilo.*
Dn. Robertus de *Chamiliaco.*
Dn. Guillelmus de *Boiſſels.*
Anſoldus.
M. *Simon.*
Tygerius.
Frater *Ioannes.*
Guichardus.
HELEMOSINARIVS.
M. Petrus de *Perona.*
M. Guido de *Echarcon.*
M. Stephanus de *Balneolis.*
M. Petrus de *Sanctolio.*

M. *Scolaris* Sti *Hilarii* Pictauiensis.
M. Guillelmus de *Villegrignosa*.
M. Nicolaus PANETARIVS.
THESAVRARIVS Pictauiensis.
M. Stephanus de *Sanclesio*.
Cuique VI. lb. V. s.
FVRATORII & AVCVPES. L. s.
Petrus de *Herouuilla*. L. s.
Robertus de *Aluernia*. LXII. s. VI. d.
Iohannes de *Cambis*. L. s.

NOVI MILITES ad *natiuitatem*.

Dn. Theobaldus de *Fresnayo*.
Dn. Hetardus de *Bretonuillier*.
Dn. Guillelmus de *Roillié*.
Dn. Iohannes Vicecomes de *Brueriis*.
Dn. Iohannes *Crispinii*.
Cuique VI. lb. V. s. I.

NVM. III.

OFFICIERS Domestiques de *l'hostel du* Roy PHILIPPES III. dit le *hardy*.

Annee MCCLXXIV.

Extrait d'un *Rouleau* en *parchemin*, qui a pour titre: *Expensa* hospitii Domini REGIS de termino *Candelosae*; anno domini *millesimo ducentesimo septuagesimo quarto*.

PALLIA MILITVM.

Dn. Valerannus CAMERARIVS. X. lb.
BVTICVLARIVS Franciae X. lb.
CONSTABVLARIVS Franciae X. lb.
Comes *Pontiui* C. s.
Lancelotus MARESCALLVS, C. s.
Iohannes *Britaus* C. s.
Ferrarius *Vernolii* C. s.
Baldoinus de *Longaualle* C. s.
Amfridus de *Monteforti* C. s.
Renaudus de Sto *Medardo* C. s.
Simon de *Cubit* C. s.
Galcherius *pauper homo*, C. s.
Guillelmus de *Cuutignieris*, C. s.

Guido

Guido *Baſſus* C. s.
Guinemon de *Guineriis* C. s.
Ioannes de *Bellomonte* C. s.
Robertus de *Gerolio* C. s.
Galterius *Cambellanus* C. s.
Fabianus C. s.
Mathaeus de *Rons* C. s.
Iohannes de *Caſtan* C. s.
Philippus de *Menoſio* C. s.
Guiterius de *Tupillis* C. s.
Simon de *Baugenciaco* C. s.
Mathaeus de *Lugduno* C. s.
Iohannes de *Braya*. C. s.
Pregentius *Pictauinus* C. s.
Robertus de *Boſco Galterii* C. s.
Petrus de *Balliaco* C. s.
Guillelmus de *Prunctio* C. s.
Guillelmus de *Patayo* C. s.
Landricus de *Bonay* C. s.
Gaufridus de *Boſcomenardi* C. s.
Philippus d' *Autolio* C. s.
Renaudus de *Conperiaus*
Iohannes de *Calmis* C. s.
Renaudus de *Raurayo* Mag. BALISTARIORVM C. s.
Petrus de *Salie* C. s.
Hebertus de *Medunta* C. s.
Petrus de *Villa noua* C. s.
Petrus de *Braya* C. s.
Ioannes de *Rueillone* C. s.
Renaudus de *Mormant* C. s.
Stephanus Granche, FALCONARIVS C. s.
Iohannes d' *Auyonce* C. s.

PALLIA CLERICORVM.

Epiſcopus *Siluanectenſis* C. s.
M. Henricus de *Viziliaco* C. s.
Dn. Fulco de *Roduno* C. s.
M. Nicholaus de *Cathena* C. s.
Dn. Nicholaus de *Autolio* C. s.
M. Thomas de *Paris* C. s.
M. Girardus Archidiac. *Piſſiaci*. C. s.
M. Guillelmus de *Caſtroairaudi* C. s.
M. Stephanus de *Carnoto* C. s.
M. Guillelmus de *Trabis* C. s.
M. Eudo, PHYSICVS C. s.
M. Franco, PHYSICVS C. s.
Martinus, *Capellanus* C. s.
Andreas de Marolio, *Capellanus* C. s.
Iohannes Hector, *Capellanus* C. s.
Odo, *Capellanus* Pariſienſis C. s.
Bertaudus de Aureliis, Clericus *capellae* C. s.
Stephanus, *clericus* capellae C. s.

M. Ioannes de *Puteolis* C. s.
Ioannes de *Brocia* C. s.
M. Renaudus *Meigreis* C.s.
Philippus de *Domibus* C.s.
Petrus de *Condeto* C.s.
M. Gaufredus de *Templo* C.s.
M. Stephanus de *Loris* C. s.
Guillelmus de *Ponte* C. s.
Ioannes de *Caleto* C.s.
Nicholaus de *Carnoto* C. s.
Guillelmus de *Crispiaco* C.s.
M. Guillelmus de Cheus, *clericus reginae* C.s.
ELEMOSINARIVS C. s.
Ymbertus *clericus* C. s.
Ioannes de *Carnoto* C. s.
Gilo de *Calecya* C. s.
Robertus de *Marchia*. C. s.
M. Rogerius de *Modonta* C. s.
Henricus de *Campo repulso* C. s.
M. Ioannes de *Morene* C. s.
M. Hugo de *Gagneriis* C. s.
M. Rogerius, PHYSICVS C.s.
M. Herneus, PHYSICVS C.s.
Hemardus de *Templo* C. s.
M. Galtherius de *Chambliaco* C. s.
ROBAE VALETORVM & aliorum.
M. Guillelmus de *Salu*, *Cerurgus*.
Petrus de Charpreia, *Cerurgus*.
Ricardus, Mag. *Summulariorum*.
Hebertus, *Summularius* Capellae.
Montargis, *Summularius* Capellae.
Ioannes *Popius*.
Adenetus *Erneis*.
Gilo de *Aurelia*.
Iohannes de *Mellento*.
Petrus de *Vannis*.
Iohannes *Scutifer*.
Theobaldinus, *Cocus*.
Iohannes *Bigne*.
Renerus *Bonodons*.
Petrus *Bigne*.
Henricus *Bigne*.
Andreas *Boniclane*.
Iohannes *Lesebans*.
Nicholaus *Arrode*.
Stephanus *Marquer*.
Stephanus de *Sautz*
Stephanus *auenarum*.
Stephanus de *Compendio*.
Guillotus *Trotans*.
Henricus *Brunelli*.
Iohannes *Archier*.
Iohannes de *Mellanto*.

Pheli-

Phelizettus SELLARIVS.
Martinus *Marcelli.*
Hugo de *Remis.*
Iohannes de PANETARIA Clericus.
Thomas *Oblearius.*
Guillelmus *Maderinus.*
Theobaldus, Clericus SCANCIONARIAE.
Herbertus *Brunus.*
Adam de *Mellento.*
Adam qui EMIT VINA.
Robertus Mag. FORRARIAE.
Loysivs de FORRARIA.
Ingerannus de FORRARIA.
Iohannes Gilbons de FORRARIA.
Petrus de Cepeyo, COCVS.
Cordelarius, COCVS.
Leodegarius, de FRVCTV.
Nicolaus, de FRVCTV.
Trotinus, ARCVARIVS.
Robinus Neuelonis, ARCVARIVS.
Pain mol, ARCVARIVS.
Felisetus *Bancelius.*
Guido d' *Arbois.*
Henricus li *Bacles.*
Robinus de *Meduno.*
Phelisotus de *Meduno.*
Robinus de *Plessio.*
Renaudus de *Minh.*
Odinus Postellus ad AQVAM.
Giletus *Granche.*
Robinus de *Girolio.*
Iacquelinus de *Papellione.*
Odinus *Castellionis.*
Iohannes de *Top.*
Simon de *Foresta.*
Iohannes de *Hadonuilla.*
Iohannes *Picardus.*
Thomas *Tailleator.*
Philippus de *Monasterio.*
Galterius de *Autonuilla.*
Huetus de *Bouilla.*
Iohannes de *Godonuilla.*
Iohannes de *Estorich.*
Adam de *Totencourt.*
Iohannes de *Ypre.*
Guerinus de *Saltu.*
Archambaudus de *Esponuilla.*
Iohannes de *Macholio.*
Stephanus *Mener.*
Iohannes de *Chastagneto.*
Oliuerius *Brito.*
Michaël de *Mealpha.*
Ioannes de *Autolio.*
Chauueletus *Gaufridus.*
Rogerius de *Campo repulso.*
Guillelmus de *Fontanis.*
Guillelmus de *Croseto.*
Petrus *Rigauz.*
Blanchetus *Picardus.*
Henricus *Louuel.*
Gaufredus de *Peronna.*
Radulphus de *Bosco* Galtery.

Colnius *Gros* parmy.
Iohannes de *Sarneio*.
Burellus *Menestrellus*.
Colardus *Menestrellus*.
Iohanninus *Cathus*.
Galterius de *Memosio*.
Guillelmus de *Patayo*.
Galterius ad *Dentes*.
Ancellus de *Chambliaco*.
Iohannes de *Lauduno*.
Huetus de *Alneto*.
Radulphus de *Tylia*.
Iohannes de *Migella*.
Renaudus de *Tria*.
Thesardus.
Guyotus de *Pian*.
Wicbertus de *Lieurcon*.
Florentius de *Marigniaco*.
Iohannes de *Malapertica*.
Tramericus.
Guerinus ly *Mors*.
Montreauz.
Ioannes de *Roquemont*.
Petrus de *Vallibus*.
Huqueninus de *Pont tremble*.
Gaufridus *Martel*.
Petrus *Sangliers*.
Gaufridus de *Azayo*.
Iohannes de *Montelurionis*
Iohannes de Salice *Bernardi*.
Petrus de *Pruuino*.
Gilo de *Fouvques*.
Henricus de *Soliaco*.
Rotherius.
Guillelmus de *Boconuillari*.
Tranchandus de *Viletta*.
Guiodus de *Foresio*.
Coquetus de *Beluaco*.
Gaufredus *Guetta*.
Galterus *Guetta*.
Bernardus *Guetta*.
Ansellus de *Insula*.
Guillelmus de *Vicinis*.
Asnerius de Sto *Giroldo*.
Plangonus de *Feritate*.
Hugo Comes *Marchiae*.
Martinus ly *Borgnes*.
Simon de *Croyaco*.
Adinus de *Villari*.
Iulianus, AVRIFABER.
Iohannetus, FALCONARIVS.
Perrotus de *Torneham*.
Iohannes Comes IOIGNIACI.
Item *pro* PASCHA PRAECEDENTI.
Guillelmus de *Toigny*, frater eius.
Galterius de *Sorel*.
Mattheus de *Villabeonis*.
Walli *Villemotus*.
Iohannes de *Varennes*.
Vice dominus *Lauduni*.
Gaufredus de *Rarcio*.
Gaufredus *Aguillon*.
Iohannes de *Villamarchiae*.

Gnillelmus

Guillelmus de *Mota*.
Adenotus de *Calmis nouus*.
Guyotus, BVTICVLARIVS Nouus.
Matheus de Sancto *Venantio*.
Gueraudus de *Mora*.
Comes *Petragorum*.
Iohannetus de *Escaino*.
Henricus, MARESCALLVS.
Robertus de *Sanctis*.
Aymordus de *Pictauia & pro Pascha* praecedenti.

OSTIARII VI.

Renaudus de *Virsone*.
Guillelmus *Brito*.
Guillelmus *Lescreuisseuo*.
Theobaldus de *Corbolio*.
Simon de *Roseto*.
Bertrandus *Cosse. 1.*

Valleti de CAMERA XII.

Iacobus SPECIARIVS.
Guillelmus, TALLEATOR.
Martinus de *Attrebato*.
Geruasius *Guetta*.
Guillelmus *Brito*.
Herbertur de *Villabeonis*.
Yuo BARBERIVS.
Iohannes *Cordubanarius*.
Stephanus de *Monteargi*.
Li *Catres*.
Yuonelus *Brito*.
Richardus *Barbericus*.

SCVTIFERI VII.

Gentianus.
Petrus, *frater* eius.
Robertus, SCVTIFER.
Bernardus.
Iohannes de *Castellariis*.
Rogerus.
Dionisius.

MARESCALLI VII.

Summa pro II. c. paribus *robarum* de L. s. pro *roba*, V. C. lb.

Valeti de STABVLIS XI.

Chapeletus. XXX. s.
Cardinalis XXX. s.
Crasse ioye XXX. s.
Hennequinus *Walleguire* XXX. s.
Iohannetus de *Crespiaco* XXX. s.
Renardus XXX. s.
Robertus de Chambliaco XXX. s.
Millardus XXX. s.
Gillebertus XXX. s.
Radulfus de *Stabulo* XXX. s.
Philipotus de *Templo* XXX. s.

Summa pro *undecim paribus robarum* de XXX. s. pro roba, XVI. lb. X. s.
Iohannes Sarron pro ROBA & CAPA X. lb.

Petrus

Petrus de *Brocia* pro ROBA IV. lb.

LAVANDARIA REGIS LX. s.

Ioannes de *Clichy* XL s.

Stephanus de *fructu* XL. s.

VALETI V. ad CANDELAM *faciendam* & sextus ad CERAM *calefaciendam* IX. lb.

REX RIBALDORVM LX. s.

VALETI portae VI. cuique L. s pro termino.

Valeti ad MACIAS, cuique XXX. s.

Henricus de *Creciaco* XXX. s.

Iohannes de *Chambliaco* XXX. s.

Iohannes *Boutez* XXX. s.

Berrotus de *Saius* XXX. s.

PORTARII VII. cuique XL. s. pro termino.

SVMMVLARII *Camerae* X. cuique XXX. s. pro termino.

SVMMVLARII IV. de *Panetaria* & III. de Scancione, pro toto anno cuique XXX. s.

Iohannes Castellionis pro familia sua ad FVRNVM PASTILLORVM pro toto anno LI. lb.

Pagii de COQVINA pro toto anno XXXV. lb.

Familia ELEEMOSINARII pro toto anno XII. lb.

Chaufecire pro toto anno XL. s.

QVADRIGARII III. HERNESII fructuariae & PANETARIAE pro toto anno aequaliter VI. lb.

Hugo PASSATOR AQVAE Parisiis pro toto anno XL. s.

Valeti FORRERIAE III. pro toto anno.

CVRSORES VI.

BALISTARII XXV. cuique V. s. IV. d. per diem.

SERVIENTES XIV. cuique V. s. per diem.

NVM. IV.

GVAGIA & ROBAE familiae *Roberti* comitis Claromontensis, FILII REGIS Sti Ludouici.

Ad terminum ASCENSIONIS *domini* 1295.

GVAGIA *militum* IV. s. per diem.

Iudeus.

leus.
.. Philippus *Bucherius.*
bae fratris Guillelmi
in *Pascha* XII.lb.
BAE de L. s.
atheus de *Sancto Medardo.*
annes de *Vauciaus.*
annes de *Essartis.*
annes COQVVS.
ldetus de *Sareellis.*
ionnes eius *filius.*
etrus de *Soisy.*
oannes de *Paris.*
Reginaldus CISSOR.
Maciotus *Bigue.*
Michael FRVCTVARIVS.
Iohannes *Estime.*
Egidius MARESCALLVS.
Matheus de *Warcy.*
Ansellus de *capella.*
Cheurette, MINISTERIALIS *domini.*
Iohannes Valetus *fratris* Guillelmi.
Cuilibet istorum *Valetorum* L.s. pro termino *Paschae.*
Summa robarum istorum decem & septem *Valetorum* XLII. lb. X. s.
ROBAE de XXX. s.
Richardus de *Camera.*
Godofridus de *Palefridis.*
Eugembe, *nuncius.*

Guillelmus *Coquinae.*
Richardus *Salsarius.*
Roussellus de *Fourreria*
Petrus de *Garda roba.*
Coletus de *Scancionaria.*
Ioannes *Pont de* VAVX.
Guillotus VENATOR.
Iacquetus IANITOR.
Gibelotus de PVLLIS.
Iohannes BARBERIVS.
Galterus de MAPPIS.
Cuilibet praedictorum XXX.s.
Summa XXI.lb.
MENSES *familiae.*
Vincenetus de FOVRRERIA.
Flajolettus de *Coquina.*
Iohannes *Centart.*
Galteronus de *Scutiferia.*
Turelure de *fructuaria.*
Perrotinus de *garda roba.*
Haymonus Brito de *Palefredis.*
Iohannes de *Bosco.*
Stephanus de *Salsaria.*
Filius *Burgensis.*
Hobertus *quadrigarius.*
Perquetus dictus *Camnii.*
Cuilibet istorum *duodecim* pro medietate anni XXVI. s.
Summa XV.lb. XII.s.
ROBAE PAGIORVM de *coquina* & *scutiferia.*
Pro XIII. alnis *marbreti* pro quan-

quatuor *tunicis* audacibus pro quatuor *Pagiis* LVIII. s. VI. d.
Robae pro VALLETIS & familia *Ludouici filii domini.*
Per Guillelmum de *Charru* XXIV. lb XIV. s.
Robae *domicellarum* paruorum domini.
Giletta *Domicella.*
Aelipdis *domicella.*
Cuilibet VII. lb.
Guiota *lotriz* eorum XXX. sol. pro pascha.
Paguis *canum* pro vno tunica audaci XVI. s. III. d.
Summa totalis *robarum* II. c X. lb. XIV. s. IV. d.

NVM. V.

OFFICIERS *domestiques* de *l'hostel* du Roy PHILIPPES IV. dit le *Bel.* Année M. CC. IV. xx. VII.

Extrait d' un *Roulleau* en *parchemain*, qui a pour titre. *Expensa hospitii* domini REGIS ab *octauis* ASCENSIONIS Domini *usque ad octauas* omnium SANCTORVM, anno Domini *millesimo ducentesimo octogesimo septimo.*

PALLIA MILITVM.

De termino *Pentecostes* anno Domini M.CC.LXXXVII.
CAMERARIVS *Franciae*, dux BVRGVNDIAE X. lb.
BVTICVLARIVS Franciae, dominus *Acon* X. lb.
CONSTABVLARIVS Franciae, dominus *Nigellae* X. lb.
Comes *Augi* C. s.
Comes *Pontini* C. s.
Dominus Iohannes de *Haricuria* MARESCALLVS C. s.
Dominus Radulfus *Flauingus*, MARESCALLVS C. s.
Gobertus de *Helleuille* C. s.
Petrus de *Dannamaria.* C. s.
Henricus le Baaele de *Meudono* C. s.
Philippus de villa *faucreux* C. s.
Ioannes de uilla *Seauoir* C. s.
Ansellus *Buticularius* C. s.
Guyterius de *Tupilliſ* C. s.
Matheus *Deron* C. s.
Simon de *failloello* C. s.
Petrus de *Tauerniaco* C. s.
Philip-

ilippus de *Galardono* C. s.
ior de *Poillardo.* C. s.
hannes *Hydan.* C. s.
trus de *Malonido.* C. s.
llanus de *Mormanto.* C. s.
ldoinus de *Mellento.* C. s.
lterius *Capellanus.* C. s.
iido de *Belni* C. s.
erius de *Martini puteo.* C. s.
illelmus de *Goussainuille* C. s.
trus de *Braya.* C. s.
iannes de *Iaagniaco.* C. s.
theus de *Leonibus.* C. s.
mes *Albae mallae.* C. s.
illelmus *Haricuria.* C. s.
cedominus Carnotensis PANETARIVS. C. s.
ilippus de *Bosco Erchambaudi.* C. s.
ginaldus de *Cuperella.* C. s.
ugo de *Quarterio.* C. s.
lam de *Blemus.* C. s.
raco de *Sailleuille.* C. s.
lleranus de *Aisonuille.* C. s.
atheus de *Villabeonis.* C. s.
io de *Garencerius.* C. s.

Galterius de *Roya.* C. s.
Stephanus *Agnitart* C. s.
Iohannes *Pellis cati.* C. s.
Simon de *Hamello.* C. s.
Girardus de *Chaula.* C. s
Iohannes de *Varennis.* C. s.
Droco de *Plessieio.* C. s.
Guillelmus de *Maldetour.* C. s.
Petrus de *Vallibus.* C. s.
Reginaldus de *Mitriaco.*
Forrarius de *Vernolio.* C. s.
Regnaudus de Sto *Medardo.* C. s.
Radulfus de *Gocourt.* C. s.
Iohannes des *Bigas.* C. s.
Nicolaus de *Molan.* C. s.
Comes domni *Martini.* C. s.
Petrus de *Montegayo.* C. s.
Robertus de *Godonuilla.* C. s.
Matheus de *Mesquelingues.* C. s.
Renaudus *Bronardi.* C. s.
Guydo de *Seriaco.* C. s.
Eustachius d' *Escuri* C. s.
Radulfus *Beschcauoine.* C. s.
Iohannes de *Bullas*, MAGISTER BALISTERIORM. C. s.
Petrus de *Boali.* C. s.
Guillelmus de *Pateyo.* C. s.
Iohannes de *Castellariis* C. s.
Hugo

Hugo de *Villaribus.* C.s.
Radulfus de *Tupillis.* C.s.
Guillelmus de *Herbleyo.* C.s.
Philippus de *Guyencourt.* C.s.
Petrus de *Sergines.* C.s.
Guillelmus de *Cantulupi.* C.s.
Oeto Potelli pro P. de *Macholio.* C.s.
Dn. Guido de *Migella* C.s.
Summa PALLIORVM MILITVM IV.xx.II.IV.c.X.lb.

PALLIA CLERICORVM.

Decanus beati Martini *Turonensis.* C.s.
M. Galterius de *Chambliaco.* C.s.
Dn. Petrus de *Mornayo.* C.s.
Dn. Simon *Malifardi.* C.s.
Dn. Iacobus de *Bononia.* C.s.
Dn. Robertus de *Haricuria.* C.s.
M. Giraudus de *Malomonte.* C.s.
M. Iohannes de *Vassonia.* C.s.
M. Gauffredus de *Templo.* C.s.
Dn. Petrus de *Lauduno.* C.s.
M. Petrus de *Condeto.* C.s.
M. Laurentius *Vicini.* C.s.
Dn. *Iohannes* DVX. C.s.
M. Iohannes de *Puteolis.* C.s.
M. Philippus *Suardi.* C.s.
M. Iohannes de *Morenciis.* C.s.
M. Guillelmus de *Crespeyo.* C.s.
Nicholaus de *Carnoto.* C.s.
Robertus de *Marchia.* C.s.
Gaufridus *Gornici.* C.s.
Iohannes *Picardus.* C.s.
M. Michael de *Morgneualle.* C.s.
M. Martinus de *Lymayo.* C.s.
M. Guillelmus de *Nogento.* C.s.
Petrus de *Bituris.* C.s.
M. Ioannes de *Diuione.* C.s.
M. Robertus de *Siluanecto.* C.s.
M. Iohannes *Becqueti.* C.s.
M. Gilo *Camelini.* C.s.
M. Iohannes de *Meldis.* C.s.

PHYSICI.

M. *Dudo.* C.s.
M. *Gillebertus.* C.s.
M. Iohannes de *Roseto.* C.s.
M. Fulco de *Caritate.* C.s.

M. Ro-

Robertus *Faber*. C. s.

CAPELLANI.

. Alerimus de *Remis*.
:. s.
. Nicolaus de *Luzar-*
biis. C. s.
. Iohannes de Sto *Quin-*
ino. C. s.
. Stephanus de *Gran-*
bia. C. s.
. Gregorius de *Capel-*
a. C. s.
Stephanus de *Antis-*
odore. C. s.

CLERICI.

›hanus *Mag.* clericus.
:. s.
llelmus de *Castris*.
:. s.
›mas de *Prisco*. C. s.
Petrus de *Cerilliaco*.
:. s.
Galterius de *fontanis*.
:. s.
Theobaldus de *Castel-*
ione. C. s.
inus *clericus legati*.
:. s.
Segalo. C. s.
Guillelmus de *Erqueto*.
:. s.
EMOSINARIVS. C. s.
Rogerius de *Medonta*.
:. s.
om. XII. reliquiarum.

M. Iohannes de *Chambliaco*. C. s.
Dn. Petrus de *Maulonez*. C. s.
M. Petrus de *Rene*. C. s.
Summa PALLIORVM CLERICORVM LVI. XIIII. xx. lb.
Perrotus Picardus FVRETARIVS XVIII. d. per diem. pro *robis* pro *toto anno* LX. s.
Iohannes de *Bosco* AVICVLARIVS XII den. per diem Idem pro *robis* pro toto anno LX. s.
FALCONARII. VIII. cuique III. s. per diem ex L. s. pro *robis*.
CREMENTA FALCONARII II.
Balduinus *Banelli*. L. s.
Simon de *Lupara*. L. s.
VENATORES III. Cuique IV. s. d. per diem & L. s. pro robis.
Alii VENATORES II. Cuique III. s. per diem & L. s. pro robis.
Guyotus de FRANCONVILLE XVIII. den. per diem
Iohannes *Boutin* II. d. per diem.
VALETI V. ad canes, cuique VIII. d. per diem & XX. s. pro robis pro ter-

termino.

ARCVARII.

Fichoninus IV.s. per diem.

Huetus *Rougiau* II.s. per diem.

Robinus *Corne* prise XVIII. d. per diem.

Saintardus XVIII. d. per diem & cuique L.s. pro robis pro termino.

BALISTARII XXXVII.

Cuique V. s. IV. d. per diem & L.s. pro robis pro termino.

CREMENTA BALISTARIORVM II

Remondus Bernardi de *Buges* L.s.

Andreas de *Stella* L.s.

SERVIENTES IX.

Cuique V.s. per diem & L.s. pro *robis*.

Iohannes *Picardus* Clericus XII. d. per diem, & L.s. pro *roba*.

Stephanus MARESCALLVS pro se & duobus *ferratoribus* & duobus *summariis* II. s. VI. d. per diem & L. s. pro roba. I.

NVM. VI.

OFFICIERS *domestiques* de l' hostel du *roy* PHILIPPES IV. dit *le bel*, pour l' année 1288.

Extrait d' un *roulleau* en *parchemin*, qui a pour titre: EXPENSA HOSPITII *domini regis ad terminum Candelosae* MCCIIII.xx VIII.

PALLIA MILITVM.
in termino *natiuitatis Domini* 1288

CAMERARIVS Franciae, dux *Burgundiae* duplex

BVTICVLARIVS Franciae, Io. de Acon, duplex.

CONSTABVLARIVS Franciae, dominus *Nigellae*, duplex.

Comes *Pontiuj*.

Comes domini *Martini*.

Comes *albae malae*.

Marescallus Franciae, Iohannes dominus de *Ilaricuria*.

Guillelmus de *Hericuaria*, Mag.

Mag. hoſpitii.
ıillelmus de *Matiscone.*
:phanus *Aguetardi.*
lcherus dominus de *Creciaco.*
doynus de *Moyliens.*
dulphus de *Beche auoine.*
ıido de *Cerilliaco.*
trus de *Cergines.*
m idem pro *Pentecoſte* praeterito.
ıillelmus de *Erbleyo.*
ıgo de *Caſtello.*
ıannes *Pellicari.*
ıſellus *Buticularius.*
lardus *Choleti nouuie.*
enricus li *Bancles.*
herius de *Tupillis.*
hannes *Latinerinus.*
maricus de *Villariis.*
ıgo de *Villariis.*
hannes *Choiſelli.*
:trus *Choiſelli.*
uillelmus de *Gouſſainuille.*
hannes *Hydeus.*
uydo de *Rupe.*
ıilippus de *Guyencourt.*
ıuillelmus *Panganelli.*
ıhannes de *Bigaie.*
gerius de *Martini puteo.*
obertus de *Haricuria.*
ionifius de *pariete.*
etrus de donna *Maria.*

Adam de *Bleinuro.*
Guillelmus de *Cantulibi.*
Guyardus de *Monte morenciaco.*
Simon de *Hamello.*
Petrus de *Salornayo.*
Droco de *Sailliuilla.*
Maior *Paillardi.*
Bertrandus de *Moirement.*
Petrus Griſus *muto.*
Droco de *Pleſſeyo.*
Iohannes de *Iaagniaco.*
Gyraudus de *Chaulle.*
Guy de *Ybelin.*
Euſtachius de Bello *marcheſio.*
Yuo de *Garenceriis.*
Anſellus de *Inſula.*
Iohannes de Villa *Sauoio.*
Albertus de *Hangeſto.*
Guillelmus de *Sarto.*
Iohannes de *Conſauciis.*
Renaudus de *Mitriaco.*
Guillelmus de *Eſſartis.*
Guydo la *Truge,* nouus.
Guydo de *Meriaco.*
VII. macie confectis, crassos deuorantibus. Et de VII. spicis in culmo vno plenis & formosis & de totidem spicis tenuibus & vento vrente percussis, omnem priorum pulcritudinem deuorantibus. Afferebat etiam Pharaoni VII. annos tantæ sterilitatis futuros, vt tota fertilitas & abundancia VII. annorum præcedentium obliuioni traderetur. Et vestiuit eum Pharao stola byssina & collo torquem auream circumposuit, filia Putipharis Assenech in vxorem ei data; saluatorem mundi eum vocauit & super vniuersam terram Aegypti eum constituit MMCCXXVII. Iacob cum LXX. animabus venit in Aegyptum ad Ioseph filium suum & vixit in terra Aegypti XVII. annis & mortuus in terra Chanaan sepelitur, MMCCXXXVI. Eo tempore *Ceres* praeter instrumenta arandi, mensuras tritici adinuenit, cum prius per aceruos mensurarent, & ex tunc Graecia cepit segetes habere. Post decem plagas Aegyptiis illatas circa hunc annum 2450. traduxit Moises populum Israël per medium maris rubri & submerso Pharaone cum eius exercitu. Post tertium mensem in monte Synai XL. diebus & noctibus iejunans, tabulas lapideas digito dei scriptas, decem mandata continentes accepit.

Gubernator Ægypti fit.

Ceres. A.M. 2236.

Exitus Israëlitarum ex Ægypto. A.M. 2450.

CAP. IV.

HOc tempore templum Apollinis Delphici ab *Eristone* ædificatur. *Lacedæmonia* condita est a *Lacedæmone*. Archiuorum rex *Archas Archadiam* nominauit. Aegyptus quæ prius Aerea dicebatur, ab Aegypto

Sparta condita.

Archas a quo Arcadia dicta.

Egypto regnante Egyptus vocatur 2468. Illis diebus Dionysius *Bacchus*, qui & *Liber pater* vsum vineæ Græcis dedit. Mercurius multarum artium peritus deificatus est. *Moyses* ascendit in verticem montis *Phisga* & ostendit ei dominus miraculose omnem terram promissionis, mortuusque in eodem loco sepultus est a domino in ualle Moab; & non cognouit homo sepulcrum eius vsque in hodiernum, diem, ne forte Hebræi ad ydolatriam proni, ipsum pro deo coluissent 2490. *Iosue* transduxit populum Israël siccis pedibus vltra Iordanem, occisis habitatoribus regionis illius, terram promissionis XII. tribubus distribuit. Cadmus, filius Agenoris, regis Lybiæ, Græcis litteras primus dedit ad 2512. *Iupiter*, rex Cretae, Saturnum, patrem suum, in Italiam fugauit, qui a Iano ibidem regnante in partem imperii admissus, rudes populos ædificare, colere & vineas plantare docuit, cum antea glandibus sustentarentur & sub frondibus contextis habitarent, nummos æreos instituit, quam ob rem a multitudine rustica Deus putatus est. Ciuitas *Corinthiorum* conditur 2529. Vsus ferri apud Græcos reperitur. Othniel, frater Caleph, iudicauit Israël 2517. Post quem Aioth iudex Eglom regem sica occidit, & de Philisteis occidit Sangar DC. viros vomere vno.

Bacchus. *Moyses moritur.* A.M.2490. *Iosua.* *Iupiter.* *Saturnus.* *inuentor monetæ æreæ.* *Corinthus condita.* A.M. 2529.

CAP. V.

CYrene ciuitas condita est in *Libia* 2559. Achaia ab Achio condita est. Frixus & Elle, insidias nouercales fugientes

Cyrene condita A.M. 2559.

tes, illis diebus submerguntur, & mare vbi submersi sunt, Ellespontus nominatur. In Dardania, quæ & Frigia, regnauit *Tros*, a quo *Troiam* dicunt. Et *Ionius*, vir fortis, Athenienses *Iones* vocauit 2572. *Hercules*, Troianorum expugnator, Lybiae inuasor, Hispaniæ dominator, stadium itineris vno anhelitu percurrens, apud Gades Insulas columpnas posuit & XII. immensos labores consummauit. Et cum morbum, quo detinebatur, ferre non posset, in *Oëta*, monte Hispaniæ, seipsum igni combussit. Illis diebus *Mercurius Apollo* artem medicinæ inuenit & lyram primus condidit. *Delbora* iudicauit Israël circa hunc annum 2637. & Iabel vxor Eber, Cynei, post poculum lactis datum, per vtrumque tempus clauum ferreum percussit Cisaræ & occidit. Ventus pluuia & grando in facies exercitus irruentes, eos prosternebant. *Barach* vero regem Iabin occidit & vrbem Asor funditus deleuit. Eo tempore post mortem *Iani* & *Saturni* incepit regnum *Laurentinorum* in Italia & *Picus*, filius *Saturni*, regnare incepit. *Ilium* ab *Ilio*, filio Apollinis, conditum est in Troia. *Gedeon* iudex Israël cum CCC. viris aquam lambentibus reges Madian & Amalech, Oreb & Zeb, multitudine prostrata, occidit in petra quadam Oreb & in torculari Zeb 2577. *Tyrus* ciuitas conditur. *Minos* rex *Cretæ*, filius *Iouis*, leges *Cretensibus* dedit. Dedalus faber fecit simulacra sese mouentia, cuius nepos *Perdix* spinam piscis imitatus, laminam exasperauit, dentium mordacitate armauit, quam etiam serram nomi-

Tros rex Troianorum.

Hercules.

Mercurius Apollo.

Debora iudex Israëlis. 2637.

Regnum Laurentinorum in Italia.

Gideon iudex Israëlitarum A. M. 2577.

Minos legislator Cretensium.

nominamus, & primus circini vſum excogitauit. Ob hoc *Dædalus*, magiſter ſuus, inuidia ductus, præcipitauit eum de arce quadam & apud Cretam fugiens, Laborinthum fecit. Et eſt Laborinthus ædificium ex perplexis parietibus compoſitum, in quo ſi quis ſine glomere fili ingreſſus, exitum non reperiret. *Dædalus labyrinthum ædificat.*

CAP. VI.

Poſt Gedeonem *Abimelech*, filius ſuus interfectis LXX. fratribus ſuis excepto Ionathan, regnauit in Sichem III. annis; in obſidione Thebes, fragmine molæ, a muliere occiditur. Priamus regnauit in Troia a. m. 2721. *Carthago* condita eſt 2744. *Carmentis*, mater *Latini* regis, litteras latinas adinuenit 2763. *Iepte* iudicauit Iſraël; filios Amon percuſſit; votum vouit de domo ſua poſt victoriam primo ſibi occurrentem Domino immolare & filiam, primo ſibi egreſſam ſacrificauit. Hoc tempore *Hercules*, Iouis filius, ab aliis inuictus, Omphale præ amore ſubiacuit, quæ illum nere fecit & muliebria officia exercere. *Latino* in Italia regnante, regnum Latinorum initium ſumpſit, ceſſante vocabulo Laurentinorum. Hoc tempore ſecundum quosdam floruit *Sibylla Erithræa*, quæ de CHRISTO & de gentibus multa ſcripſit. Auguſtinus tamen videtur velle, quod poſtea tempore Romuli floruit. Decem enim fuerunt Sibyllæ famoſæ. *Priamus*, rex Frigiae, contra Græcos bellum inſtaurat a. m. 2772. Anno ab Adam 2791. a diluuio 1135. a natiuitate Abraæ

Abimelech

Carthago condita. A. M. 2774.

Carmenta.

Iepta.

Latinus rex.

Sibylla Erythræa.

Priamus rex. A. M. 2772.

Troiæ euersio. A. M. 1791. Abraæ 844. euersa est *Troia.* Ceciderunt autem ex Troianis ante vrbem proditam DCLXXVI. millia. Oppido prodito CCLXXVI. millia & ex Argiuis vel Græcis perierunt in obsidione DCCCLXXX millia. *Æneas.* *Aeneas* cum XXIV. nauibus in Italia cum Latino rege sedem accepit. Anthenorem secuti sunt duo millia, qui partem Galliæ occuparunt. Post euersionem Troiæ multitudo magna fugiens & in duos populos se diuidens, alia *Franconem*, Hectoris filium, alia *Turcum*, filium Troili, filii priami secuta est; *Franco, Hectoris filius. Turcus.* & inde tradunt quidam duos populos scilicet *Francos* & *Turcos* vsque hodie vocari, secundum gesta Francorum & Hugonem Floriacensem. Aeneas filiam *Latini* regis, sponsam *Turni*, nomine Lauiniam accepit vxorem. *Turnus rex Tusciæ.* Ob hoc Turnus *Tuscorum* rex, contra illos bellum committens, vna cum rege Latino occiditur. Aeneas vtroque regno potitus, vrbem Lauinium ex nomine vxoris condidit & contra regem Tuscorum, Mesentium, postea pugnans occisus est.

CAP. VII.

Simson. A. M. 2816. S*Ampson* iudicauit Israël a. m. 2797. Incensa vrbe Gabaa propter vxorem leuitæ præter DC. tribus Leui deleta est circa hunc annum 2816. *Hely.* *Hely* iudicauit Israël, 2817. Illis diebus sol stetit ad terrendos transgressores legis & tanta fames facta est, vt potior in tribu Iuda fugeret cum vxore & liberis. Illo tempore Boas accepit in vxorem Ruth Moabitidem & genuit ex ea Obeth patrem Ysai. *Brutus* *Brutus*, filius *Syluii*, filii

filii *Ascanii*, filii *Aeneæ*, matrem in puerperio, patrem quindennis sagitta occidens, de Italia pulsus, Trolam adiit, ope Troianorum, *Pandrasum*, regem Graecorum deuicit, filiam eius *Ynogem* vxorem accepit; cum nauibus auro, argento & victualibus onustis vsque ad insulam ALBION vocatam, a gigantibus inhabitatam, nauigio deuenit. Obrutis autem gigantibus &, nocturnis insidiis, deletis, socios suos a nomine suo BRITONES vocauit, *Corineo Cornubiam* dedit, urbem *Trinouantum* super Thamisiæ fluuium condidit a. m. 2825. *Samuel* iudicauit Israël XII. annis a. m. 2857. *Saul* regnauit in Iudæa a. m. 2869. Eo tempore floruit *Homerus* secundum quosdam, secundum alios tempore Ioram, filii Iosaphat. Hic cum leuem quæstionem, a nautis sibi propositam, non posset explicare, quasi toxicato confusionis iaculo perfossus ad mortem, spiritum exalauit. Quæstio talis fuit; ibat Homerus spaciatum in littore maris, quem piscatores, ad inuicem colloquentes, deriserunt; cui, causam risus interroganti, dixerunt; *quotquot cœpimus, non habemus, & quos non cœpimus, retinemus.* Vermes in uestibus scrutabantur. Ille dirigens cogitatum ad pisces, cogitabat, qualiter hoc esse posset: vt non captos haberent pisces & captos non haberent. Aiunt autem ex hoc eum adeo amaricatum, vt in insaniam uersus, seipsum suspenderit. Illis diebus *Locrinus* rex, filius *Bruti*, regnauit, quasi in terræ tercia parte vel a meridiano freto vsque ad Humbriæ flumen, quam partem ab nomine suo *Loegriam*

cum Troianorum manu venit in Britanniam

Samuel iudex Israëlitarum. A. M. 2857. *Saul rex eorum.*

Homerus.

Locrinus in Britannia rex.

Cambria a Cambro dicta. *griam* vocauit. *Camber* vero partem illam tenuit, quæ eſt vltra Sabrinam vſque ad occidentalem oceanum, quam a nomine ſuo *Cambriam*, uocauit. *Albanactus.* *Albanactus* vero frater eorum ab Humbriæ fluuio vſque ad ſeptentrionalem oceanum tenuit, quam a nomine ſuo *Albaniam* vocauit. Tandem *Humber*, rex *Hunorum*, Albanactum in bello occidit. Quem Locrinus cum Cambro vſque ad flumen Humbriæ a nomine ſuo ſic dictum fugauit, vbi & ſubmerſus eſt. *Codrus rex Athenienſium.* *Codrus*, rex Athenienſis, accepto reſponſo ab Apolline Delphico, quod illi forent victores quorum dux occideretur, aſſumpto pauperis habitu, & caſtra hoſtium ingreſſus, in turba iurgio prouocato, occiditur. Quo cognito Peloponenſes diſcedunt absque bello, Athenienſibus liberatis. Maluit enim Codrus mori, dum vincerent ſui, quam viuere ſuis A. M. 2874. ſuperatis a. m. 2874.

CAP. VIII.

Amazones. AMazones inuadunt Aſiam a. m. 2883. Illis diebus Saul rex, parcens Agag regi & quæ optima erant, & quod vile fuit & reprobum in ore gladii percutiens, iram dei incurrit. Illis in diebus *Dauid rex Iſräelitarum.* *Dauid*, filius Yſai, in funda & lapide Goliam proſternens, amputauit caput eius & percuſſis CC. Philiſteis, praepucia eorum Sauli attulit & Michol in vxorem accepit; perſecutionem tamen a rege diu ſuſtinens, vix mortem euaſit. Dauid, filius Yſai, regnauit XL. annis a. m. 2889. Epheſus condita *Abſalon.* eſt ab Andronico. *Abſalon* contra patrem

trem suum Dauid, commisso graui prœlio, intercepto capite eius in ramis quercus condensæ dum fugeret, eo suspenso, mula pertransiit; & infixit Ioab tres lanceas in corde eius & mortuus est a. m. 2923. Illis diebus Dauid, numerans populum, offensam dei incurrit, & angelo percutiente LXX. millia virorum occisa sunt. *Salomon*, filius Dauid, regnauit annis XL. a. m. 2929. Erat autem cibus Salomonis per singulos dies XXX. chori similæ, LXX. chori farinæ. Chorus autem XXX. modios continet. Decem boues pingues & XX. boues pascuales & C. arietes excepta venatione. Habebat etiam XL. millia equorum currilium & XII. millia equestrium. Fuerunt autem ei reginæ DCC. concubinæ CCC. Aedificauit templum domino & in senectute desipuit, vxoribus suis alienigenis phana aedificans & posuit maculam in gloria sua & scisma in genere suo, vel peccatum eius fuit causa quare postea diuisum fuit regnum eius. Et secutus est deos alienos, ne delicias suas contristaret, vel mulieres, in quibus delectatus est. Et fecit ydola vniuersis vxoribus suis alienigenis. Illis diebus *Ebraucus* rex LX. annis regnans, Ceirebrad vel Eboracum condidit; Alcluid vel castrum puellarum vel Edenburgh, ex XX. vxoribus XX. filios & XXX. filias genuit, quas ad Albam Syluium, regem Latinorum, Troianis copulandas direxit. Floruit *Anacharsis* philosophus, qui ait: *turpe quid ausurus, te sine teste time; melius est, vnum amicum habere multis dignum, quam multos nullo dignos.* Epimenides philosophus floruit: qui iuuenculus

SALOMON.

Ebraucus in Britannia rex condit Eboracum.

Anacharsis philosophus

Epimenides.

culus declinans in quoddam antrum LXXV. annis obdormiuit. Hic ait: *pecunia auaro supplicium est*, liberali decus, parricidium proditori. *Roboam*, filius Salomonis regnans, prætermissis seniorum consiliis, iuuenibus adhærens, X. tribus Israël amisit, & vocatum est regnum X. tribuum, regnum *Israël*, alterum vero dictum est regnum *Iuda*. Ieroboam vero super X. tribus regnauit in Samaria, Roboam in Ierusalem super Iudam a. m. 2969.

Roboam rex Iudæ. A. M. 2969.

CAP. IX.

Leil rex Britonum. Capua conditur. A. M. 3026. Helias. Achab rex Israelitarum.

L*Eil* regnauit super Britones & condidit vrbem Cairleil a. m. 3019. *Capys Syluius*, rex Latinorum, vrbem Capuam construxit, a. m. 3026. Illis diebus *Helia* orante, peccatis *Achab* exigentibus, III. annis pluuia non cecidit super terram. Occisis demum prophetis Baal, ad preces Heliæ, pluuia pergrandis cecidit de cœlo. Illis in diebus Iezabel, vxore Achab pro vinea occidente Naboth, Helias propheta dixit ad Achab: occidisti insuper & possedisti. In loco quo canes sanguinem Naboth linxerunt, lambent & sanguinem tuum, & Iezabel in agro comedent canes. *Achab*, valde timens, operuit se cilicio & dormiuit in sacco & ambulauit demisso capite. Et ait dominus ad Heliam: *Non inducam malum hoc in diebus Achab, sed in diebus filii sui, quia humiliatus est coram me. Ruthudubras*, rex Britonum, *Cantuariam*, *Wintoniam* & *Septoniam* illis diebus construxit, a. m. 3030. Per imprecationem Heliæ duos quinquagenarios, cum

Ruthudubras, A. M. 3030.

cum suis L. ignis de cœlo descendens, consumpsit; cum tertio quinquagenario ad Ochoziam regem descendens Helias, ait: Quia consuluisti Belzebub, quasi non esset deus in Israel, super infirmitate tua morieris, a. m. 3041. Helias raptus est in paradisum in curru igneo per turbinem, a. m. 3046. *Bladud* rex nigromanticus, in vrbe Cairbadoun vel *Bathonia* calida balnea construxit, nigromanciam docuit, &, cum alis aptatis, volare temptaret, cecidit super templum Apollinis in vrbe Trinouantum & in multa frusta contritus est, a. m. 3080. Leir rex Leircestre construxit. Huic duae filiæ interrogatæ: *magis quam seipsas & omnia terrena patrem suum diligere* se asserebant; tercia iunior interrogata, ait: *pater quantum habes, tantum vales & tantum te diligo.* Indignatus rex duabus filiabus regnum diuisit, iuniorem *Cordeillam* sine dote regi Francorum *Aganippo* in vxorem dedit. Demum a filiarum maritis contemptus, Cordeillam petens, per Aganippum regno restitutus est a. m 3094.

Bladud rex Britonum.

Aganippus rex Francorum, A.M. 3094.

CAP. X.

OZias, rex Iuda, substancia temporali & mortali ditatus, contra dominum immortalem agere visus est. Indutus namque stola pontificali vt incensum poneret, templum ingreditur; & factus est terræ motus & claritas solis valde effulgens incidit in faciem eius & percussit eum lepra in facie. Ante ciuitatem scissa est media pars montis, vias claudens & regios ortos opprimens

Osias rex Iudæ.

Esaias, Oseas. Ioel. Ionas. mens. Illis diebus prophetauerunt *Ysaias, Osee & Iohel.* Illis etiam diebus dixit dominus ad *Ionam* prophetam: surge & vade in Niniuem & prædica in ea, quia ascendit clamor malitiae eius coram me. Fugiens Ionas a facie domini, orta in mari tempestate & missa sorte, in mare proiicitur, a pisce tribus diebus deglutitus, fusa in ventre piscis oratione, in aridam deiectus est. Et clamauit fortiter in ciuitate: *adhuc XL. dies & Niniue subuertetur.* Hoc audiens rex, surrexit de solio suo, vestes abiecit & indutus sacco, in cinere sedit & clamauit: *homines & iumenta non gustent nec pascantur, nec aquam bibant; sed operti saccis, in fortitudine clamabunt ad dominum, & conuertatur vir a via sua mala & ab iniquitatibus, quae sunt in manibus eorum. Quis scit, si conuertatur & ignoscat Deus & non peribimus.* Et videns deus quod conuersi sint, misertus est eis.

CAP. XI.

Sardanapalus. EOdem tempore *Sardanapallus*, rex Assyriorum, omni muliere corruptior, inter scortorum greges purpuram colo trahens sub habitu muliebri, pensaque fili parciens, ab Arbace præfecto victus, regiam suam ingressus, seipsum cum multis diuitiis concremauit. *Lycurgus. A.M. 3145.* *Lycurgus*, rex Lacedæmonius, leges mira æquitate dedit, pecuniam, tanquam vitiorum materiam, interdixit; parsimoniam omnibus suadet; fundos inter omnes æqualiter diuisit, vt æqua patrimonia neminem potentiorem altero red-

redderent. Neminem cultius altero progredi aut opulentius epulari sinebat. Magis deferendum senibus, quam diuitibus censuit; virgines sine dote nubere iussit, vt seuerius coërcerentur, cum nullis frenis dotium tenerentur. Et vt ciuitatem legibus daret, iuramento populum adstrinxit: vt nichil de legibus mutarent, donec reuerteretur. Apud Cretam perpetuum exilium delegit, & abiici in mare ossa sua moriens iussit, ne, si Lacedæmoniam relata essent, solutum videretur iuramentum, a.m.3145. *Hechorus* Ægyptiis iura tradidit; sub quo agnus locutus est. *Olympias* prima ab Iliensibus instituitur sub Etalo iudice. Olimpus est mons in Græcia vbi Ilienses agunt quinquennale certamen siue agonem IV. annis in medio semper interpollatis, qui IV. anni Olimpias vocantur; & fuerunt illi ludi instituti ad honorem Iouis, in quibus qui vinceret, quodcunque munus requireret, reportaret, a.m.3207.

Hechorus.

Olympias prima. A. M. 3207.

CAP. XII.

A*Chaz* regis Iudeæ tempore floruit *Thales* philosophus. Hic primus sapiens appellatus est, secundum quem & VII. sapientes vocati sunt. Primus inter Philosophos dicitur posuisse animas immortales. Cum autem extra domum a vetula, vt astra consideraret, duceretur, incidit in foueam. Cui illa; *tu quidem, o Thales, quæ ante pedes tuos sunt, videre nequiens, quomodo quæ in cælo sunt, putas cognoscere?* Hic ait: *antiquissimum entium est deus, ingenitum & æternum. Non peius etiam est adulterio*

Ahaz rex Iudæ.
Thales.

ulterio periurium. Difficile est homini seipsum agnoscere; Dulcissimum est adquirere; Iuste uiuit si, quæ iubet aliis, ipse agat.

CAP. XIII.

ROMA condita. A. M. 3210.

ROMA condita est in monte Palatino a fratribus *Remo* & *Romulo* XI. Kalend. Maji. VII. *Olimpiade* incipiente, anno ab *Adam* 3210. a *diluuio* 1554. ab *Abraam* 1263. a *Dauid* 332. *Achaz* regis Iudæ anno IV. *Ezechias* regnauit super Iudam a. m. 3223. cuius anno II do. ciuitas *Ciracusana* & anno sequenti *Cathina* vrbs apud Siciliam conduntur. *Salmanasar*, rex Asfyriorum III. annis Samariam obsedit & cœpit & transtulit VII. tribus iuxta fluuium *Gozam* vltra montes Medorum & Persarum & induxit de diuersis regionibus colonos in Samariam. Græci dixerunt eos *Samarithas*, in euangelio Samarithani vocantur a. m. 3226. Rege Asfyriorum Senacherib Ierusalem obsidente, ignis diuinus CLXXXV. millia vestibus illæsis incinerauit, rex vero in ignominiam capite & barba diuinitus rasis, cum X. fugam dedit. *Solon*, Atheniensis philosophus floruit, vnus de VII. Hic dixit: *Cuius enim dictum non habet iurisiurandi pondus, eius quoque iusiurandum vile est. Principari noli, nisi prius edoctus, quomodo subeas principi. Intellectum fac ducem, ne malum loquaris. Lex est araneæ tela, quam si inciderit quid debile, retinetur; graue autem pertransit tela rescissa. Nemo stultus tacere potest. Populi rector prius se quam populum rectificare debet. Acutius gladio est hominis praui lingua. Ciuitas bene regi-*

Ezechias rex.

Syracusæ & Cathanea conditae.

Salmanasser. A. M. 3226.

Senacherib.

Solon.

regitur, si principes & meliores secundum leges vixerint. *Numa Pompilius* mores & leges Romanis instituit. *Numum* a nomine suo sic dictum instituit, a. m. 3249. *Nicomedia* condita est, 3254. Illis diebus Tobias, placens deo, floruit. Illis etiam diebus a Curiatiis tribus duo *Oracii* cæsi sunt & ab vno Oracio relicto, tres *Curiatii* extincti sunt. Vni vero Curiatiorum Oratiorum soror desponsata, fratrem victorem tam acriter reprehendit, quod eam occidit. Hinc apud Romanos iudicialiter disceptatum est: an vrbis liberator excessiuis sororis contumeliis prouocatus, homicidium committens, liberari deberet? an occisor sororis maritali zelo commotæ, mortem subiret? templum tandem *concordiæ*, pro Oratii liberatione constructum est. Ciuitas *Byzantium* apud Thraciam construitur, quæ postmodum *Constantinopolis* dicta est. *Giges*, regis pastor, per annulum inuisibilitatis stuprum reginæ inferens & illa adiutrice regem occidens, rex *Lydorum* factus est.

Numa Pompilius. A.M. 3249. Nicomedia condita; sed quanam?

Byzantium oppidum conditum. Giges rex Lydiæ.

CAP. XIV.

Zaleucus Locris leges dedit; cuius filius, adulterio deprehensus, cum vtroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas ob honorem patris repugnaret, ne lex a se condita violaretur, suo prius, deinde filii eruto oculo, vtrisque vsum videndi dereliquit. *Iosias* regnauit super Iudam, cuius diebus prophetauit Ieremias a. m. 3319. *Ioachim* regnauit super Iudam, cuius anno IV. Nabugodonosor cœpit regnare in Babilone

Zaleucus Locrensium Llator.

Iosias rex Iudæ. Ioachim.

bilone & VIII. eius anno Iudæam vaſtauit, nobiles ſecum traxit, vaſa templi abſtulit, populum captiuum ſecum duxit. *Pittacus* vnus de VII. philoſophis floruit. Hic interfectorem filii ſui ad eum ductum abſoluit, dicens: *indulgentiam eſſe ſupplicio potiorem.* Alcæo poëtæ, inimico & perſecutori, accerſito ait: *mihi pro vindicta tibique pro poena ſufficiat, quod auxilii vel fugæ deficiente præſidio, poſſes nunc iniuriarum proemia reportare. Parcentem igitur iniuſte perſequi deſiſte, quem iuſte pati valeres vltorem.* Hic ait: *optimæ ſunt victoriæ, quæ ſine ſanguine fiunt. Prudentium virorum eſt, præuidere prius quam faciant; forcium vero, facta bene diſponere.* Dicebat, non obiurgandum eſſe amicum, ſed nec etiam inimicum. *Quod facturus es, ne prædices, deficiens enim irrideberis. Principatus virum oſtendit. Picthagoras* floruit, qui hæc ænigmata docuit. *Stateram ne tranſilias vel ne prætergrediaris iuſticiam. Ignem gladio non foueas, vel iratum & tumidum animum verbis maledicis ne laceſcas. Cum profectus fueris, ne redeas, vel poſt mortem vitam iſtam ne deſideres. Per viam publicam ne ambules*, vel *ne multorum ſequaris errores. Irundinem in domo ne ſuſcipias,* vel *garrulos & verboſos ſub eodem tecto tecum habitare non permittas. Oneratis ſupponas onus & deponentibus ne comites*, vel *ad virtutem incedentibus, acriter iniungenda ſunt præcepta; tradentes autem ſe ocio, relinquendi ſunt.* Idem docebat: *cor non comedendum*, vel *merorem de animo expellendum. Niſi iusſu imperatoris de ſtatione non diſcedendum*, vel

Pittacus ſapiens.

Pythagoras philoſophus.

vel *animam de corpore non educendam. Mane & vesperi magna est cura habenda,* vel *eorum quæ acturi sumus & quæ gessimus. Post deum veritatem* dixit *esse colendam, quæ sola deo proximos esse facit. Aliis non potest esse bonus, qui suis in se moribus fuerit malus. Loqui ignorat qui tacere nescit. Liber non est, quem superbus inflammat animus.* Cuidam pretiosis induto turpia loquenti, ait: *aut loquaris sermones, tuis uestibus similes, aut pannos induas tuis eloquiis congruentes.* Quidam stultus dixit: *se malle cum mulieribus esse, quam cum philosophis conuersari; & sues,* inquit Picthagoras, *libentius in cœno, quam in aqua versantur. Sedechias* in Iudæa regnauit a. m. 3361. & capta Ierusalem Sedechias, effossis oculis, ductus est in Babylonem. *Chilon,* vnus de VII. philosophis, floruit, qui ait: *cuiquam minari, muliebre est. Lingua intellectum non præueniat. Loquens manum non moueat. Magnatum est legibus obedire. Dilige amicum, tanquam forte quandoque odio habiturus, & inimicos odi, tanquam postea amaturus. Bias* vnus de VII. philosophis ait: *honestis & senibus complacere stude. Alienum malum non est memorandum. Ita homines oportet in vsu amicitiæ seruari, vt meminerint eos ad grauissimas inimicitias posse conuerti. Indignum hominem ne laudes ob diuitias. Quicquid boni feceris, ad deos transfer. Consilio duo maxime contraria sunt, festinatio & ira.*

Sedechias rex Iudæ A. M. 3361.

Captiuitas Babylonica.

Chilon sapiens.

Bias.

CAP. XV.

Cleobulus.

CLeobolus vnus de VII. philosophis floruit. Huius hoc ænigma fuit: vnius patris filii XII. horum cuilibet nati XXX. difformes. Nam hii quidem albi visu, hii vero nigri; immortales autem cum sint, corrumpunt omnes & deficiunt. Est autem annus XII. mensium pater. *Amico bene fac, vt amicior fiat: inimicum vero amicum facere stude. Quando plus licet, tanto libeat minus. Dilige magis audire, quam loqui. Mulieri non sis familiaris. Non irrideas exprobratos. Prosperatus ne superbias, depauperatus ne deiiciaris. Dilige scientiam, ignorantiam fuge. Refrenatam linguam habere, virtutis proprium est. Dominare voluptati. Non irrideas, filios erudi.* Periander, vnus de VII. philosophis, ait: *Prosperans, modestus esto, infortunatus vero prudens. Verborum infandorum enunciationem ne facias. Quodcunque promittis, obserua. Infortunatus est, qui non potest infortunia pati. Sapientia omnibus aliis possessionibus certior est & securior. Amicis felicibus & infelicibus idem sis. Facta est transmigratio* Hebræorum a. m. 3371. & incepit quinta mundi ætas a diluuio 1715. ab Abraam 1424. a Dauid 483. Illis diebus prophetauit *Ezechiel* in Babylone, & *Daniel* somnia Nabugodonosaris interpretatus, princeps super prouincias Babylonis constituitur.

Periander.

Ezechiel & Daniel prophetæ.

CAP. XVI.

Nabuchodonosar.

NAbugodonosar mentis alienationem, non corporis mutationem passus & vsu loque-

loquelæ ablato, fœnum & herbam, vt bos, comedit, donec ad preces Danielis VII. tempora in menses VII. versa sunt a. m. 3375. *Euilmerodach*; filius Nabugodonosoris, cadauer patris in CCC. partes diuisum, ne forte ad vitam resurgeret, trecentis vulturibus dedit comedendum, a. m. 3395. Illis diebus per Danielem Susanna a morte liberatur Daniel *Beel* destruxit; IV. ventos in mari vidit & iuxta paludem arietem & hircum & *mene, techel, phares* regi Balthasar interpretatus est, a. m. 3397. *Darius*, occiso Balthasar & capta Babylonia, in Mediam duxit secum Danielem, a. m. 3400.

Euilmerodach. *Balthasar.* *Darius Medus* A. M. 3400.

CAP. XVII.

CYRVS, rex Persarum, captiuitatem relaxans, populum Hebræorum, cum parte vasorum domini, liberum in terram suam redire permisit, a. m. 3402. Cyrus rex genti Lyddorum tradidit solempnitates & ludos vt, armis & equis ademptis, lusibus, commessationibus & amplexibus vacarent, & sic quasi beneuolentiam ostendens, eos effeminauit & quos bello domare non potuit, per libidinem expugnauit. Erat enim gens illa bellicosissima valde. Cum *Lucrecia*, a *Tarquinio* inuite oppressa, marito conquesta fuisset, se ipsam occidit. Ob hoc Tarquinius filius cum patre suo rege, regnum Romanorum, ab vrbe expulsus, amisit, a. m. 3412. *Pericles* philosophus floruit. Hic cum dux in bello electus esset & agros Atheniensium Lacedæmonii deuastarent, agros Periclis intactos reli-

Cyrus, rex Persarum. *Lucretia.* *Regifugium Romae factum* A. M. 3412. *Pericles.*

querunt; ſperantes ſe illi adquirere poſſe aut periculum ex inuidia, aut ex ſuſpicione proditionis infamiam. Quod tum Pericles ante ſuſpiciens, & futurum populo prædixerat, & ad inuidiæ periculum declinandum agros proprios reipublicae dederat. Hic etiam ait: Prætorem decet non ſolum, manus, ſed & oculos habere continentes.

Empedocles. Empedocles philoſophus floruit. Hic ait: *Tria ſunt in tota rerum varietate principia, ſcilicet mobilis affluentiæ contemptus, futuræ felicitatis appetitus & mentis illuſtratio.* Quorum primo nihil honeſtius, ſecundo nihil felicius, tertio nihil ad amborum compendioſam adeptionem efficacius. Hic deum ſic deſcripſit: *deus eſt ſphæra, cuius centrum eſt vbique & circumferentia nusquam.* Hic animas immortales eſſe arbitratus, Athenis ſe incendio dedit & ſibi ipſi mortem intulit.

Epicurus. *Epicurus* floruit, qui ait: *Sapientiæ operam dare non poſſumus, ſi menſæ abundantiam cogitemus. Honeſta res eſt, læta paupertas; illa vero non eſt paupertas, ſi læta non eſt. Si cui ſua non videntur ampliſſima, licet totius mundi dominus ſit, miſer eſt. Si ad naturam vixeris, nunquam eris pauper, ſi ad opiniones, nunquam eris diues. Exiguum natura deſiderat, opinio immenſum. Sic fac omnia, tanquam ſpectet Epicurus. Initium ſalutis eſt, notitia peccati. Meditari mortem. Corrigi non vult, qui peccare ſeneſcit. Multæ etiam ex deliciarum epulis, moleſtiæ generantur.*

CAP.

CAP. XVIII.

CHamiris, Scytharum regina, deuicto Cyro & ducentis millibus occisis, caput regis abscissum in vas humano sanguine repletum cum ista exprobratione, projici regina iussit: *Satia de nunc sanguine, quem semper sitisti.* Iudith vidua caput Holofernis auferens, læticiam Hebræis attulit, a. m. 3430. Hiis diebus Cambyses rex pellem cuiusdam iudicis male iudicantis detrahi & cellæ iudiciariæ apponi fecit. Zorobabel, permittente Dario rege, templum reædificauit. Interfecto enim rege Persarum, complacuit VII. magis, vt diluculo ad atrium palatii venirent ante fores templi, & cuius prius equus hinnitum daret, secundum oraculum deorum, ipse rex constitueretur. Quorum vnus, nomine Darius, cum custode equorum secretius loquens, mandauit ei: vt in eodem loco equo suo nocte supponeret equam. Quo facto, cum in crastino illuc magi venirent, statim, ad equæ memoriam, equus Darii hinnitum dedit & sine cunctatione in regem eleuatur. Huic Dario suaserat Zorobabel, vt votum voueret deo Israel, quod si eum regem faceret, templum domini restauraret. Venit igitur Zorobabel ad Darium & honoratus ab eo, in cubiculo regis dormiuit. Cumque rex mane facto paradigma proposuisset tribus custodibus corporis sui, quærens: quid de tribus fortius videretur; rege seu vino & muliere? dixit primus, regem fortiorem esse ceteris; cum enim homo præsit cunctis animantibus, rex etiam præest homini & ad nutum

Thamiris Cyrum occidit.

Iudith Holophernem.

Cambyses.

Zorobabel.

Darius Hystaspis.

nutum eius omnia fiunt. Secundus prætulit vini fortitudinem, quia cum homo non præsit ceteris nisi animi fortitudine, vinum superat animi fortitudinem. Zorobabel mulierem fortiorem vtrisque asseruit. Nam regibus & eis qui vitem plantant, mulieres vitam tribuunt & alimoniam. Et illi, ad robur perducti, pro mulieribus etiam exponunt. Retulit se vidisse concubinam cuiusdam regis, alapas regi imponentem & illa ridente, regem arrisisse, & ea molestata, regem molestatum. Super hæc omnia veritatem dixit fortiorem. Nam omnia ista visibilia quantumcunque ampla, pulcra & fortia fuerint, caduca tamen sunt & defectiua, ipsa autem veritas immortalis & sempiterna. Cumque hæc sententia omnibus placuisset, concessit ei rex vasa templi cum licentia, templum reædificandi a. m. 3439. Romæ, expulsis regibus, *consules*, *tribuni* & *dictatores* esse cœperunt, a. m. 3440. *Dunwallo* Molmutinus rex, Britonibus *leges* dedit, quas postmodum *Gildas* in latinum Aluredus rex in Saxonicum transtulerunt a. m. 3495.

Romani reges eiiciunt. A.M 3440. *Dunwallo Britonum Llator.* A. M. 3495.

CAP. XIX.

Leges XII. Tabb.

His diebus Romani ab Atheniensibus leges petierunt, qui probare volentes, si digni essent suis legibus, miserunt iurisperitum cum lege X. tabularum. Cui Romani fatuum quendam miserunt, ne sapientior succumbens & ipsi confusi succumbere viderentur Atheniensis digitum erexit ad significandum vnitatem deitatis, stultus, putans quod suum vellet oculum eruere,

eruere, erexit duos digitos quasi ambos alterius oculos eruiturus. Græcus æstimans Romanum expressisse, filium cum patre coæternum, expansam erexit manum omnia nuda & aperta deo esse ostendens. Romanus credens alapam sibi velle dare Græcum, manum in pugnum contraxit, quasi grauius repercussurus. Aestimans Græcus Romanum intimasse, deum omnia quasi sub sigillo concludere, adiudicauit: *Romanos legibus fore dignos.* Esdras legem, a Chaldæis succensam, reparauit, nouos apices litterarum excogitauit a. m. 3501. Socrates floruit 3534. Hic semel ictu calcis a quodam percussus, ait: Si asinus me calce percussisset, numquid eum in iudicium conuenirem? cur non sic æquanimiter sustineam ictum hominum, sicut percussuras ferrem irrationabilium bestiarum. Nemo eum in aduersitatibus tristem nec in prosperis alacriorem vidit. Hic ait: *famam adquirit, qui gesserit optima & locutus fuerit pauca. Age sic alienum, vt tuum non obliuiscaris negocium. Velox consilium sequitur pœnitentia. Principium amicitiæ est bene loqui. Maledicere est inimicitiarum exordium. Amicus raro adquiritur, cito amittitur. Malum alienum tuum ne feceris gaudium. Viri boni est scire pati, nec scire facere iniuriam. Plurimi sua amittunt, dum appetunt aliena. Conscientiam magis, quam famam intende. Geminat peccatum qui delicti non pudet. Malis loquere quod gratum sit, facito quod expedit. Præsentem laudare & absentem fama lædere, minime decet. Ab alio expecta, quod alteri feceris.*

Esdra.

Socrates.

eius sapienter dicta.

feceris. Minus dicito quam facias. Sola miseria caret inuidia. Eſt etiam vxor aut tutum refugium, aut pœnale tormentum. Si quid eorum, quæ inſunt, detrahentes dixerint, corrigatur; ſi vero non, nihil ad nos. Quærenti a Socrate ſapientiæ doctrinam, *Duo ſunt*, inquit, *ſapientiæ præcepta tibi neceſſaria; vnum vt taceas, aliud, vt loqui diſcas*; erat enim garrulus ille. *Quæ facere turpe eſt, hoc dicere inhoneſtum puta. Taliter agas, vt qualis volueris videri, talis & ſis. Miſer eſt rex, ſi iniuſtus eſt.* Dixit etiam, a diis immortalibus nihil vltra petendum eſſe, quam vt bona tribuerent, quia hi ſciebant, quod vnicuique vtile eſſet Nam mens humana ſæpe diuitias appetit, quæ multis mortis cauſa fuere. Honores concupiſcit, qui plurimos ad malum exitum deduxerunt. Quæſiuit ab eo quidam: an beatum putaret Archelaum, Perſarum regem? qui fortunatisſimus erat. *Neſcio*, inquit, *cum ignorem quam bonus & quam doctus ſit; miſer enim eſt, ſi iniuſtus eſt.* Interrogatus de duobus quorum vnus diues erat & potens, alius inops; quis eorum maior eſſet? ait: ille eſt maior, qui virtuoſior eſt.

CAP. XX.

Yſocrates. Y*Socrates* philoſophus floruit, qui ait: *Nunquam vllum perpetrans facinus latere credas. Nam etſi ceteros hoc lateat, tu tibi conſcius es. In veſtibus neque magnificus ſis, neque curioſus. Odi blandientes tanquam decipientes, Nam vtrique æqualiter iniuriantur. Riſum præcipitem ne diligas*

gas. Lente fias amicus, factus autem perseuerare nitaris. Amicos in aduersitate discernimus. Consiliare diutius, effice vero deliberata uelociter. Cum pro tuis expedierit, consulere quemque, cerne prius quomodo disposuerit sua. Nam qui perperam agit in propriis, nunquam commode consiliabitur in alienis. *Hester* in reginam Asfueri electa Hebræos ab interitu & Amam inimico liberauit, a. m. 3556. Plato floruit, qui ait: *sapiens cum vituperatur, non irascitur, & non extollitur, cum laudatur. Hic inter homines fortior est, qui propriam potest iracundiam vincere; & hic debilior inter homines est, qui suum non potest celare secretum; & hic potentior est, qui suam scit abscondere paupertatem; & hic temperantior, cui sufficit id, quod habet. Hic bonorum morum est, qui malorum morum hominem pati potest. Si insipientis principis gratiam obtinere vis, ipsius sequere voluntatem; si vero sapientis, quæ ad rem non pertinent vel contra rationem sunt ostendere non omittas. Qui suam animam, quæ vna est, gubernare non potest, quomodo multorum hominum gubernator erit. In quem plus potes, peccare desine. Totius philosophiæ robur, patientia est. Cum libera sit anima & domina passionum, Vincere seipsam omnium victoriarum prima est & optima. Litteræ etiam insipienti animo, tanquam baculus infirmo corpori, repertæ sunt.* Hic etiam animam immortalem asseruit & in vnius syllogismi compendium, post omnes rationes ita redegit: *anima ex se mouetur; quod ex se mouetur, principium motus est; quod autem principium motus est, natum*

Hester A. M. 3556.
Plato.

tum non est, & quod natum non est, immortale est. Anima igitur immortalis est.

CAP. XXI.

Hypocrates medicus.

TEmpore Artaxerxis floruit *Ypocras.* Eius tempore apud Athenas adeo fuit aër infectus, vt plurimi deficerent; Ypocras fecit quercus incidi, quæ extra ciuitatem erant, & circumquaque iuxta ciuitatem copiosos ignes accendi. Ob quam causam aëris infectione cessante, cessauit & morbus. Interrogatus super quibusdam fœdis, tacuit. *Cur,* ait alius, *non respondes? quia,* inquit, *responsio super talibus est, tacere. Qui vult,* inquit, *pacifice viuere, similis fiat ei, qui ad conuiuium inuitatus, de omni apposito grates agit & de defectu rerum non murmurat.* Themustodes *Philosophus* floruit.

Themistocles.

Hic tantæ fuit memoriæ, vt maximarum rerum cura, distentus, omnium ciuium Atheniensium nomina comprehenderet & teneret. Hic a principatu Atheniensi expulsus, princeps exercitus Xersis, regis Persarum, ad quem confugerat, factus est contra Athenienses, & cum stragis periculum Atheniensibus imminere videret, hausto tauri sanguine, morti se tradidit: ne aut regi post beneficia infidelis esset non pugnando viriliter, aut patriæ expugnator.

Democritus.

Democritus philosophus, floruit. Hic oculos sibi eruit, ne videret bene esse malis ciuibus, vel quia mulieres, sine concupiscentia, videre non poterat.

M. Curtius A.M. 3586.

In medio vrbis Romæ, terra dissiliente, vasto hiatu, inferna patuerunt. Interpretantibus ariolis, quod viui

viui hominis ſepulturam expectaret, Marcius Curtius, eques Romanus, vt vrbem liberaret, ſe in illud baratrum armatus proiecit, ſicque concluſum eſt circa hunc annum 3586. Illis diebus *Belinus*, rex Britanniæ, vrbem *Caer vsk*, ſuper *Yſolm* fluuium conſtruxit & portam Belini in vrbe *Trinouantum* & IV. vias regales in Britannia. Alexander *magnus* orbem ſubiugare incepit a. m. 3622. Darium, regem Perſarum, vicit & Indiam ſubiugauit. ***Belinus R. Britanniæ.*** ***Alexander magnus A. M. 3622.***

CAP. XXII.

Alexander, cum ſemel ebrius quendam decapitare iusſisſet, & ille appellasſet, Alexander, vino ſtimulante, in maiorem iram verſus, ad quem & a quo appellaret, inquiſiuit. Et ille: *ab Alexandro*, inquit, *ebrio ad Alexandrum ſobrium.* Vnde mitigatus Alexander, ſententiam diſtulit & tandem illum plene abſoluit. Alexander *Tyrum* ſubuertit, excepto genere Stratonis. Serui quondam in vrbe Tyro abundantes, facta coniuratione, ciues occiderunt, domos occuparunt, dominas ſuas coniuges duxerunt. Vnus tamen dominum ſuum, Stratonem, occulte fouit, qui tandem in regem electus eſt. Cuius ſemen, capta vrbe, Alexander ſeruare iusſit. *Diogenes* philoſophus floruit. Ad hunc cum accesſisſet Alexander in ſole ſedentem hortareturque, vt ſi qua ab eo ſibi præſtari vellet, indicaret. *Et quod dare posſis*, ait, *nolo; ſed rogo, ne mihi auferas, quod dare non potes.* Ex interpoſitione enim ſua ſolem ***Tyrus euertitur.*** ***Diogenes.***

Diogeni auferebat. Interrogatus, quare dehonestanti se verbis, non respondit? *nolo*, ait, *contendere super iniqua re. Qui obtinet victoriam, vilior reputatur.* Iterum interrogatus, quare dehonestanti se non respondit? ait: *Aut est veridicus, aut mendax. Si veridicus: propter veritatem non irascar. Si mendax: deest indignationis causa, ex quo ipse non nouit, quod dixerit.* Cum quidam ei referret, quod quidam amicus eius contra eum maledicta dixisset, ait: *an amicus meus ista dixerit dubium est. De te autem quod hæc dixeris, etiam manifestum est.* Dum Alexander rex coram Diogene transiret, Diogenes, tanquam illum spernens, non respexit eum. Cui Alexander *quid est, Diogenes*, ait, *quod me non respicis? quasi me non indigeas;* cui ille: *ad quid necesse habeo serui seruorum meorum?* & Alexander: *numquid ego seruorum tuorum seruus sum?* ait: *ego præualeo cupiditatibus meis, refrenans illas, vt etiam seruiant. Tibi autem cupiditates præualent & tu seruus earum efficeris, earum obtemperans iussioni. Seruus igitur es seruorum meorum.* Cum audisset quendam decorum facie & moribus inhonestum, ait: *O quam bona domus & malus hospes.* Ascendit semel in locum eminentem & alta voce clamauit: *O vos homines conuenite;* & conuenientibus multis ait: *Non vos voco, sed homines. Vos enim bestiæ estis, qui secundum rationem non uiuitis & sapientiæ non studetis.* Cum quidam lætanter diceret: se de nouo vxorem duxisse; ait illi: *paruum solatium & magnam solicitudinem es lucratus.* Interrogatus, quomodo turbare posset aliquis inimicum suum

Alexandrum. M. spernit.

suum? ait: *Quod sit valde bonus. Si bonus vis fieri, a te expelle quod in alio despicis.* *Aristoteles* floruit, qui ait: *viri boni est, nescire facere iniuriam. Iniuria iniuste irrogata, eius est infamia, qui facit. Difficile in re prospera amicos probare in aduersa semper facile. De duobus hominum generibus vehementer admiror, scilicet de illo, in quo bona non sunt & cum de ipso dicantur, acceptat & gaudet; & de illo de quo mala proferuntur, quæ in eo non sunt & inde turbatur.* Reprehensus, quod iniquo eleemosynam dedit, respondit: *naturæ, non maliciæ, sum misertus.* **Aristoteles.**

CAP. XXIII.

Z*Enocrates* philosophus floruit, qui cuidam loquaci dixit: *audi multum, loquere pauca.* Cum vidisset latronem ad patibulum duci, subrisit dicens: *quod magni fures minores morti dampnabant.* *Theofrastus* philosophus floruit, qui ait: *Ita amicus esto, vt inimicus esse non timeas. Amicum lædere nec ioco quidem oportet. Amantium cœca iudicia. Vxor in hoc se existimat dominari, si contra viri faciat voluntatem, vel quod placet, non quod iubetur.* *Apuleius* philosophus floruit; qui ait: *nihil est deo similius, quam animo perfecte bonus.* Hic accepto veneno, sibi, a muliere, dato, humano animo permanente, visum illi fuit, quod in asinum fuisset mutatus; a qua illusione postmodum est curatus. *Plotinus* floruit. Hic dixit: IV. esse quotidianarum virtutum genera primas vocat politicas, quarum *prudentiæ* est, ad rationis normam, quæ cogitat & quæ agit, **Zenocrates. Theophrastus. Apuleius. Plotinus.**

vniuersa dirigere, ac nihil præter rectum agere velle humanisque actibus, tanquam diuinis arbitris prouidere. *Fortitudinis* est, animum supra metum periculi agere nihilque turpe timere, aduersa fortiter tolerare. *Temperantiæ* est, nihil pœnitendum appetere & in nullo legem moderationis excedere, sub iugo rationis cupiditatem domare. *Iustitiæ* est, vnicuique seruare quod suum est.

Demosthenes cautus fidicus vafer.

Demosthenes orator floruit. Hic exercitatione vocem suam gracilem ad gratum perduxit sonum. Duo homines tradiderunt cuidam mulieri depositum pecuniæ, statuentes: vt eam non redderet, nisi vtrique simul & neutri pro se. Quorum alter, tanquam socio mortuo, & circumuenta muliere, pecuniam recepit. Alter tandem superueniens, cum mulier reddere non posset, ad mortem, quasi pro furto, damnata fuit. Vnde & Demosthenes tali eam cautela liberauit. *Veniat*, inquit, *vterque depositor, sicut condictum fuerat, & soluetur pecunia. Sed quum ambo simul non comparuerint, absoluta est mulier.*

CAP. XXIV.

L. Papirius puer Romanus.

LVcius Papirius matri auide quærenti: quidnam patres in senatu agerent? dixit: actum esse consilium, vtrum vnus duas vxores haberet, an vna apud duos nupta esset? sicque matronæ congregatæ orabant senatui: vt vna potius duobus nupta foret, quam vni duæ. Senatores, re cognita, ingenium pueri laudant, illum osculantur & ne, præter illum, pueri cum patribus curiam

curiam intrarent, statuunt, a. m. 3634. In- *Biblia in*
terpretes LXX. his diebus a Ptolemæo, re- *græcum*
ge Ægypti, inuitati, de hebræo in græcum *idioma ver-*
vetus testamentum transtulerunt a. m. 3677. *tuntur. A. M. 3677.*
Sanguis de terra & lac visum est emanare de cœlo & in pluribus locis cruor de fontibus fluxit. Romani Africam inuestare cœperunt & postea subiugarunt, a. m. 3685. Ante bellum Punicum secundum Romæ bos mugitum suum in humanum sermonem conuertit; duo scuta in Sicilia sanguinem sudarunt, & bos alius dixit: *Caue tibi Roma.* Infantes nondum nati quædam verba de vteris matrum clamabant; serpentes volabant; feminæ & gallinæ in homines & masculinum sexum sunt conuersæ, secundum August. Ciuit. lib. III. a. m. 3734. Hannibal, rex Africæ, iu- *Hannibal*
xta Papiam omni pene exercitu Romano oc- *cum Roma-*
ciso, victoriam habuit a. m. 3738. Iterum *nis bel-*
pari clade Romanos superat. Tercio XXV. *lum gerit. A.M. 3738.*
millia interfecit. Quarto bello Romanorum cæsa sunt XLIV. millia equitum, consulares viri & senatores aut capti aut occisi. Nec dubium, vltimum diem Romani status tunc fuisse, si Hannibal statim post victoriam ad vrbem accessisset. Et cum Hannibal Romanis offerret, vt captiuos redimerent, responsum est a senatu: illos ciues nequaquam fore necessarios, qui armati capi possent. Iccirco Hannibal captiuos occidit & tres modios annulorum aureorum, de manibus Romanorum extractorum, Carthaginem misit. In hoc quarto certamine ita intentus fuit ardor pugnantium, vt grauissimum terræ motum, qui tunc tam vehemens factus

est, vt urbes diruisse, montes sustulisse, rupes discidisse, flumina retrorsum coëgisse referatur, pugnantes omnino non senserint. Illis diebus sol minui visus est, ante prædictam cladem & bella solque cum luna pugnauit. In die duæ lunæ oriri visæ sunt. In Sardinia duo scuta sanguinem sudarunt. Hannibal vsque ad portam Romæ Collinam cum exercitu processit, 3745. & Romani, parati ad prœlium, exeunt. Et ecce subito imber grandine mixtus turbata agmina in sua se castra recolligere coëgit. Serenitate reddita, iterum in campum procedentes, rursum insolentior tempestas, maiore metu, audaciam cœrcuit sicque Hannibal ab vrbe recessit. Hannibal XVII. millia militum Romanorum occidit. Posthæc triduo continuo cum Hannibale Romani confligunt. Primo die pari pugna discessum est; sequenti die victi sunt Romani, tertio die victus Hannibal ad castra fugit, a. m. 3750. Inter insulam Teramenem & Terasiam medio vtriusque ripæ & maris spacio, terræ motu facto, repente ex profundo, cum calidis aquis, insula emersit. Eodem die in Asia terræ motus Rhodum & multas ciuitates graui ruina concussit, quasdam solidas absorbuit, a. m. 3753. Antiochus templum domini spoliauit, circumcisionem prohibuit & Hebræos idolis immolare coëgit a. m. 3778. Hiis diebus Herasistratus medicus pulsu cognouit amantem. Cum enim Antiochus nouercæ infinito amore correptus esset, ab Herasistrato medico sanatus est, qui pulsum eius modo vegetiorem modo languidiorem sentiens, secun-

Varia ostenta.

Terræ motus in Asia A. M. 3753.

Antiochus rex Syriæ.

Herasistratus medicus, sagax amantium detector.

cundum accessum & recessum nouercæ, id patri indicauit, qui legitimam filio cedere non dubitauit.

CAP. XXV.

IVdas Machabæus Apollonium deuicit a. m. 3790. & multa bella feliciter agens, tandem occisus est. Romani Carthaginem ceperunt & igne combusserunt a. m. 3800. Illis diebus Ionathas & Simon, fratres Iudæ, pro patria pugnant. Hoc tempore in Bononiensi agro fruges in arboribus enatæ sunt. Tanta multitudo locustarum in Africa conualuit, vt segetes, herbas, folia & cortices corroderent; tandem repentino vento in mare demersæ sunt. Sed & earum per littora putrefacta congeries tam pestiferum odorem exhalauit, vt aues & pecudes inde interficerentur. In Numidia DCCC. millia hominum, in Mauritania & Carthagine plus quam CC. millia & apud Vticam vrbem XXX. millia militum Romanorum eadem corruptione & clade, extincta sunt, a. m. 3817. In duobus bellis Romani CCCLXXX. millia Gallorum occiderunt & III. millia captiuarunt a. m. 3849. In Samnitibus vastissimo hiatu terræ flamma prorupit & vsque ad cœlum se extendit a. m. 3850. Illis diebus *Mithridates*, rex Ponti, per XLVI. annos contra Romanos varia victoria, bella gessit. Si vno anno vinceretur, in altero fortior surrexit ad pugnam. Per totam Asiam omnes Romanos vno die occidi fecit. Hic antitodas sæpius in iuuentute bibebat, quibus remediis contra inimi-

Iudas Machabæus.

Carthago a Romanis capta, A. M. 3800.

Ingens pestis in Africa.

Mithridates rex. A. M. 3850.

 corum

corum insidias stagnauit, vt nec volens quidem senex veneno mori posset.

CAP. XXVI.

Pompeius. M.

MArcus Porcius Cato fecit vnam scientiam moralem, quæ dicitur ethica Catonis, de qua extractus est ille libellus qui legitur pueris in scholis a. m. 3875. Hic quum Iulius vsurpauit rem publicam, post libertatem viuere noluit & Vticæ seipsum occidit. Pompeius pro republica cum XXII. regibus feliciter pugnauit. Illis diebus Parthi Crassum Romanum in bello capientes, auro in gutture eius fuso, dixerunt. O Romane, aurum sitisti, aurum bibe. Iulius Cæsar per IX. annos Galliam & Britanniam Romano subegit imperio, a. m. 3897. Cassibelanus in Britannia regnauit.

CAP. XXVII.

Iulius Cæsar.

IVlius primus omnium Romanorum se imperatorem uocat V. annis imperat, a senatoribus occisus est. Eius enim ductu vndecies C.XCII. millia occisa sunt, exceptis bellis ciuilibus quorum sanguinem annotare noluit. Signis collatis quinquagesies dimicauit quaternas epistolas simul dictauit & quos armis subegit, clemencia tamen vicit. Magnæ pacientiæ fuit. Nam milites in triumpho ipsius ipso audiente nec indignante dixerunt: *triumphat Cæsar qui subegit Gallos, cur non triumphat rex Bithyniæ qui subegit Cæsarem;* nam nimiam cum illo amicitiam habuisse ferebatur, vnde Tullius Cæsari dixit: *Aue rex & regina;* & iterum: *aue regina Bithyniæ.* Nihil nouit Iulius obliui-

liuiſci, niſi iniurias ſolummodo. Accius poëta Iulio ad collegium pœtarum venienti non asſurrexit. Interrogatus cur tantæ maieſtati ſuperſederet? reſpondit: inferior ſuperiori asſurgit, par pari conuenit; ſed ſapientia cunctos præcedit. Quod dictum Iulius approbauit. Auditorium Tullii Cæſar intrauit, cui, cum asſurgeret Tullius, Cæſar prohibuit, dicens: *non asſurgas mihi, maior eſt ſapientia, quam potentia;* cui Tullius: *orbis victori non asſurgam?* cui Cæſar: *at tu maiorem lauream adeptus es, quam ſubiugare terminos Romani imperii.* Cuius verbi occaſione lex a Cæſare inſtituta: *vt nemo codicem tenens aut legens cuiquam asſurgat.* Tullius ait: *quæ in terra gignuntur, ad vſum hominum creata, homines hominum cauſſa geniti ſunt, vt ipſi inter ſe alii aliis prodesſe posſint. Nunquam iratus, qui ad puniendum accedit, mediocritatem illam tenebit, quæ eſt inter parum & nimium. Luxuria cum omni ætate turpis ſit, ſenibus maxime fœdisſima eſt. Homines in commodum ſuum agere commodum, magis eſt contra naturam, quam mors. Quid intereſt vtrum ex homine quis in beluam ſe conuertat, aut ſub hominis figura immanitatem beluæ gerat. Hæc lex in amicitia ſanxiatur, vt neque rogemus res turpes, neque rogati faciamus. Ab amicis honeſta petamus & amicorum cauſſa honeſta faciamus. Cui libere imperabit, qui non poteſt cupiditatibus ſuis imperare. Quis neget omnes leues, omnes cupidos omnesque improbos esſe ſeruos? Omne malum naſcens facile opprimitur, inueteratum plerumque fit robu-*

Accius poeta.

Ridicula de Cæſare fabula, & Cicerone.

 ſtius

ftius. Cuiusuis hominis est errare, nullius autem, nisi insipientis, in erratu perseuerare.

CAP. XXVIII.

Plautus. PLautus floruit, qui ait: *vis iure honorem tibi deferri, inter miseros viuito. Nemini te nimis sodalem feceris. Res nimium singularis est, homo parem ferre non patiens; minores despicimus maioribus inuidemus ab æqualibus dissentimus.* Iul. Celsus. Iulius Celsus floruit, qui ait: *facilius inueniuntur, qui se vltro morti offerant, quam qui dolorem patienter ferant. Rerum omnium magister est vsus. Quod volumus, & libenter credimus, & quod sentimus ipsi, reliquos sentire speramus. Inter duos bellantes, hoc vnum tempus agendi de pace est, dum sibi vterque confidit & ambo pares videntur. Quod si alteri paululum fortuna tribuerit, vix vtetur conditionibus pacis, qui superior videtur, nec æqua parte contentus erit, qui se omnia habiturum sperat.*

CAP. XXIX.

Oct. Augustus. OCtauianus, Iulii nepos, imperauit annis LVI. ab augendo rem publicam, dictus est Augustus; & sicut omnes imperatores ab isto dicti sunt Augusti, ita a Iulio Cæsare omnes Cæsares dicti sunt. M. Varo. Varro Marcus ait: *in multis contra omnes sapere, desipere est. Extorquere est plus quam semel rogare. Vis experiri amicum, calamitosus esto. Non refert quis, sed quid dicat. Nemo suum putet, quod extra ipsum est. Contemnendi sunt ineruditorum contemptus, si uis ad summa progredi.* Sixtus. Sixtus ait: *etiam in minimis*

nimis caute age. Qualis vis esse dum oras, deum, talis semper esto. Qualem vis esse tibi proximum tuum, talis esto & tu proximis tuis. In omni eo, quod bene agis, auctorem esse deputa deum. Nihil pretiosum dicas, quod possit auferre a te homo malus. Ante omnia tempus verbis tuis requirito. Cum praees hominibus, memento quod & tibi praeest deus. Maius periculum est iudicantis, quam eius qui iudicatur. Magnam scito sapientiam, per quam ferre potes ineruditorum insipientiam. Sicut in bonis artibus laudari uis, ita in delictis patienter accipe, si culperis. Sententiam, quae misericordiam vetat, non solum non tenere, sed & audire recusa. Herodes Romæ rex Iudæorum coronatur a. m. 3905. Nata est virgo Maria ex tribu Iuda, filia Ioachim & Annæ, anno ab Adam 3932. a diluuio 2276. ab Abraam 1985. a Dauid 1044. ab vrbe Romæ condita 723. a transmigratione Babylonis 562. anno Octauiani 39. Iohannes baptista, filius Zachariæ & Elisabeth natus est 3934. Octauiani vero anno 41.

Herodes. M. A. M. 3905.

CAP. XXX.

TErentius floruit, qui ait: *ita fere corrupta est omnium hominum natura, vt aliena melius iudicent, quam sua. Nulla est tam facilis res, quin difficilis sit, si inuitus agas. Nonne hoc flagicium est de aliis consilium dare, foris sapere tibi autem auxiliari non posse. Inspicere tanquam in speculo vitam hominum iubeo, ex aliis sumere exemplum sibi. Comes vacundus in via pro vehiculo est. Improbe Neptunum accusat, qui iterum*

Terentius Afer.

rum naufragium facit. Veterem referendo iniuriam, inuitas nouam. Necesse est vt multos timeat, quem multi timent. Valerius Maximus ait: *quid prodest foris esse strenuum, si domi male viuitur. Locupletem facit hominem, non multa possidere, sed modica desiderare.* Quintilianus ait: *ingenia puerorum nimia eruditionis seu emendationis seueritate deficiunt. Aliena uitia quisque reprehendi mauult, quam sua. Deest auaro tam quod habet, quam quod non habet. Oculi sunt per quos paupertates ferre non possumus. Oculi tota nostra luxuria sunt. Hi nos in omnia cotidie vitia præcipitant.* Ptolomæus philosophus Alexandriæ floruit. Hic ait: *pauper non est, qui suo intellectu dominatur. Qui per alios non corrigitur, per ipsum alii corrigentur. Inter homines altior est, qui non curat in cuius manu sit mundus. Qui dignitate sua non extollitur, parum in eius amissione turbatur.* Tempore Adriani floruit. Galienus medicus tempore Antonini pii floruit, qui ait: excellentis est sapientiæ, hominem sui ipsius habere notitiam.

Valerius Maximus. *Quintilianus.* *Ptolemæus Alexandrinus.* *Galenus.*

CAP. XXXI.

IESV CHRISTI natiuitas.

NAtiuitas domini nostri IESV CHRISTI secundum carnem facta est anno ab Adam iuxta translationem *Ieronymi*, 3962. secundum *Eusebium* 5990. secundum *Orosium* 5200. secundum *Martinum* & *Bedam* 5199. Multo plures anni in editione LXX. quam in scriptura reperiuntur. Etenim vt ait Eusebius, qui antiquam translationem sequitur, ab Adam vsque ad diluuium fluxerunt

xerunt anni 2242. & a diluuio vſque ad Abraam 942. qui ſimul iuncti faciunt 3184. cum in noſtra editione leguntur tantum anni 1656. Martinus enim & Beda LXX. ſequuntur. Nos vero calculationem ſpeculi hiſtorialis & hiſtoriæ aureæ, omnium hiſtoriarum merito matris, in ſequenti excerptione, deo auctore, perſequemur. Anno igitur ab Adam 3945. a diluuio 2289. ab Abraam 1998. a Dauid 1057. a transmigratione Babylonis, 575. anno Octauiani Auguſti 42. Herodis regis 31. Olympiadis CXCII. anno tertio, natus eſt dominus noſter IEſus CHriſtus, de virgine Maria ex ſemine Dauid, miſſus a patre, de ſpiritu ſancto conceptus, verus deus & verus homo exiſtens, in loco quodam in Bethlehem inter duas domos operimentum habente diuerſorium dicto, vbi ciues ad confabulandum diebus ocii conuenire ſolebant; naſcitur inter bouem & aſinum; in præſepe ponitur. Duxerat enim ſecum Ioſeph bouem, vt ipſum venderet & de reliquo viueret, & aſinum vt virgo ſuper eum veheretur. Nato autem ſaluatore tanta pace mundus gaudebat, vt quaſi toti orbi vnicus Romanorum imperator præſideret pacifice. Cæſar igitur, volens ſcire quod prouinciæ, quot ciuitates, quot caſtra quot villæ, quot homines in toto orbe Romano eſſent, iuſſit; vt omnes ad ſuas vrbes pergerent & quilibet denarium argenteum præſidi prouinciæ tradens, ſe ſubditum Romano imperio profiteretur. Cum autem Ioſeph cum Maria in Bethlehem, ciuitatem ſuam, aduenisſent in illo diuerſorio fecit præſepe boui & aſino,

Cenſus Iudäicus.

& asino, vel secundum quosdam, rustici ad forum venientes, ad præsepe constructum animalia sua ligabant.

CAP. XXXII.

Templum pacis Romæ corruit.

EAdem nocte templum pacis Romæ funditus corruit, in cuius constructione ab Apolline fuerat acceptum responsum, quousque virgo pareret illud duraturum. In templi igitur foribus scriptum erat: *templum pacis æternum.* Ibi est modo ecclesia Stæ Mariæ nouæ. Romæ fons aquæ in liquorem olei versus, per totum diem vsque ad Tiberim profluxit. Tres soles in oriente apparuerunt, qui paulatim in vnum corpus solare redacti sunt, trini & vnius dei notitiam, vel in vnam personam diuinitatem, animam & carnem conuenire designabant. Sibylla in camera Octauiani imperatoris oraculis insistente, circulus aureus apparuit circa solem, in cuius medio virgo quendam puerum gestabat in gremio, & angelus domini dixit: *hæc est ara cœli.* Cæsari plurimum admiranti, ait Sibylla: *hic puer maior te est & ideo ipsum adora.* Ideo autem, sicut Romani statuerant, deus vocari recusauit. Hodie dicitur locus ille Sta Maria in ara cœli. Vineæ Engaddi, quæ balsamum proferunt illa nocte floruerunt, fructum pertulerunt. Omnes sodomitæ in toto orbe illa nocte extincti sunt, ne in natura, quam Christus assumpserat, tanta immundicia de cetero inueniretur. Nam videns deus vitium contra naturam in humana natura fieri, fere desiit incarnari. Octauo die circumcisio

Varia miracula circa saluatoris natiuitatem.

ciſo puero, vocatum eſt nomen eius IEſus. Dicitur quod angelus domini Carolo *magno* carnem circumciſionis domini attulit, qui eam primo Aquisgrani, poſtea Carnotum collocauit, nunc autem dicitur eſſe Romæ in eccleſia quæ dicitur ſancta ſanctorum. Sed cum caro Chriſti ſit de veritate humanæ naturæ, credendum eſt quod reſurgente Domino rediit ad locum ſuum glorificatum. Die XIII. natiuitatis Domini tres magi Ieruſalem, ſtella præcedente, venerunt. Equitabant enim in dromedariis, qui tantum currunt vno die, quam equus in tribus. Ieruſalem ingreſſi, ſtellæ ducatum amiſerunt, egreſſos vero ſtella antecedebat, vſque dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Flectentes genua, aurum thus, & mirram ſinguli puero offerebant, & admoniti in ſomnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam regreſſi ſunt in regionem ſuam. Inde dies illa dicitur epiphania, ab *epi* quod eſt ſuper & *phanos*, apparitio, quia tunc deſuper ſtella apparuit, ſiue ipſe Chriſtus per ſtellam, quæ deſuper viſa eſt, magis demonſtratur. Eadem die reuolutis XXIX annis, vel ſecundum Bedam XXX. in Iordane baptizatus eſt Chriſtus & inde dicitur *theophania*, a *theos*, deus & *phanos*, apparitio, quia tunc deus trinitas apparuit; pater, in voce; filius in carne; ſpiritus ſanctus, in columbæ ſpecie. Ipſ[illegible]tiam die cum eſſet Chriſtus XXX. vel XXXI. annorum & XIII. dierum, aquam in vinum mutauit & dicitur bethphania a *beth*, domus; quod miraculo, facto in domo, verus deus apparuit. Ipſoque die, cum

Tres magi Hieroſolymas venierunt.

cum esset annorum XXXI. vel XXXII. & XIII. dierum, V. millia hominum de V. panibus satiauit & inde dicitur phagiphagia, a phage quod est bucca siue manducare. Occidit autem Herodes omnes pueros, qui erant in Bethleem & in omnibus finibus eius, a bimatu & infra vel ab infantibus duorum annorum vsque ad pueros vnius noctis. Ante vnum tamen diem, quam Herodes pueros occideret, admonetur in somnis Ioseph, vt cum matre & puero pergeret in Ægyptum. Ingresso in Ægyptum IEsu, omnia eius idola corruerunt. Anno gratiæ XII. Ouidius Naso poëta floruit. Illis etiam diebus floruit Valerius Maximus. Anno Domini XVI. imperante Tiberio, artifex quidam temperamentum vitri excogitauit, vt flexibile esset & ductile. Cuius opus a Cæsare confractum, reparauit & complicauit tanquam vas æneum fuisset. Et iussit eum Cæsar decollari, ne, si hoc cognitum foret, aurum & prætiosa metalla vilescerent. Anno gratiæ XIX. vrbes corruerunt terræ motu, Ephesus, Sardia, Cæsarea, Philadelphia, Smirna & plures aliæ. Anno gratiæ XXXIII. IEsus Christus, filius dei, sub Pontio Pilato, præside Iudeæ, accusatione Hebræorum iniqua & inuidia, a Romanis militibus pro redemtione generis humani, crucifigitur; lanceatur; a Ioseph decurione de cruce depositus, in monumento suo nouo sepelitur; a militibus, ne corpus a discipulis raperetur, sepulcrum custoditur; infernum spoliauit, prædestinatos extrahens; tertia die a mortuis resurrexit. Vespere enim sabbati, quum lucescit in prima

Ouidius Naso.

Ingens Terræ motus.

Christi passio.

prima sabbati, cum adhuc tenebræ essent, venit Maria Magdalena &c. vespere sabbati vel in nocte sabbati, quum scilicet nox lucescit in prima sabbati. Hoc est, cuius finis diluculum est primæ sabbati vel dominicæ diei, quod dicitur, nocte sabbati venerunt, non tum qualibet parte noctis, sed diluculo. In hac nocte terminatus est ordo dierum naturalium, qui erat vt dies præcederet noctem, deinceps nox præcedit diem. Tresdecim vicibus ante ascensionem suis discipulis apparuit Christus. XL. die post passionem suam, videntibus discipulis, cœlum ascendit. L. die a passione in linguis igneis spiritus sanctus super apostolos descendit & omnium linguarum noticiam dedit.

CAP. XXXIII.

ANno Domini XXXIV. Stephanus lapidatur a Iudæis & Paulus conuertitur. Anno Domini XLV. secundum quosdam, assumpta est virgo Maria in cœlum. Epiphanius asserit, eam XXIV. annis post ascensionem Domini vixisse. Alii quod XII. annis filio superuixerit & sexagenaria sit assumpta; alii quod XX. post ascensionem anno assumpta sit. Virgo tamen Maria S. Elisabeth apparens, asseruit: se vixisse post ascensionem filii anno integro & tot diebus, quot sunt ab ascensione Domini vsque ad diem assumptionis eius. Sunt enim nonnulli, qui de Mariæ corporali assumptione eligunt potius pie dubitare, quam aliquid temere definire. Sed quod integraliter exaltata sit & assumpta, omissis rationi-

Stephanus protomartyr. A. C. 34.

B. virgo num viua in coelum ascenderit?

bus multis, vna sufficiat. Quum enim sanctorum corpora honore tam mirifico Deus in terra sublimauit, vt & ipsis deputetur locus, eorum venerationi congruus & ad ipsa mundus properat vniuersus. Si igitur Mariæ corpus super terram esse dicatur, cum nec deuota frequentetur visitatione fidelium, nec eidem locus deputetur honoris, videretur Christus honorem materni corporis contempsisse, cum tamen super terram aliorum sanctorum corpora sic honoret.

CAP. XXXIV.

Seneca philosophus. SEneca hoc tempore floruit. Hic admiranda tenacitate suæ memoriæ, ita scripsit in principio primi libri declamationum, memoriam in me floruisse aliquam, vt non tantum ad vsum sufficeret, sed in miraculum vsque procederet, non nego. Nam duo millia nominum recitata, quo ordine erant dicta, reddebam, & ab ipsis, qui ad audiendum præceptorem nostrum conuenerant, singulos versus a singulis dictos, cum plures quam ducenti efficerentur ab vltimo incipiens vsque ad primum recitabam. Nec ad complectendum tantum quæ vellet, velox etiam erat memoria, sed ad continenda, quæ acceperat. *Eius sapienter dicta.* Hic ait: *Stultum est timere, quod vitare non possis. Malis displicere, laudari est. Patria est, vbicunque bene est. Accepit aliquis grandem pecuniam, ergo & superbiam. Ille quem dominus æstimasset, loculus pecuniæ est. Multum habet, aut auarus aut prodigus est; si prodigus, non habebit, si auarus, non habet. Iste quem tu felicem*

credis

credis sæpe dolet, sæpe suspirat; multi illum comitantur? & mel muscæ sequuntur, cadauera lupi, frumenta formicæ; prædam sequitur ista turba, non hominem. Pars innocentiæ, cæcitas est. Oculi incitamenta vitiorum sunt, duces scelerum. Nihil tam mobile quam fœminarum voluntas. Hoc anno facta est dispersio discipulorum per orbem & gentibus palam prædicare cœperunt. Illis diebus Claudius imperator filiam suam regi Britanniæ *Aruirago* copulauit & a nomine suo Clau- *Aruiragus rex Britanniæ.* dioceftriam nominauit, quæ britannice Cærclau dicitur, postmodum dicta est Glocestria siue Glouernia a Glora duce Demecie. Anno domini LXXII. mons Hebius ruptus in vertice, tantum ex se iecit incendium, vt regiones & vrbes vicinas consumeret. A loco isto vsque ad finem rotuli in fine cuiuscunque euentus, pro annis incarnationis dominicæ, ponetur solum numerus & ideo considera.

CAP. XXXV.

TErræ motus in Antiochia pene totam subruit ciuitatem, CXVI. Galienus medicus, Pergamo genitus, floruit, qui ob discretam abstinentiam CXL. annis vixit, nunquam ad satietatem comedens, CXLIII. Illo tempore floruit *Trogus Pompeius*, historiographus insignis. *Trogus Pompeius A M.142.* Hæresis *Cherinti* oritur, asserens post resurrectionem fu- *Cerinthus.* turum esse regnum Christi in Ierusalem, & homines in carne, mille annis vitiis subiecta, conuersationem habituros, CLXII. Lues & pestis prouincias, maxime Italiam, adeo

contriuit, vt villæ & agri fine cultore & habitatore remanerent, terræ motusque fiebant, CLXXIX. *Egesippus* historiographus, temporibus apostolorum vicinus, floruit. *Lucius* Britannorum rex, ab Eleutherio papa, fidem Christi petiit, a Fagano & Damiano baptizatus Londini sepelitur, CLXXXV. Vallum fecit Seuerus in Britannia a mari ad mare, non de lapidibus, sed de cespitibus de terra leuatis per centum & triginta duo millia passuum, CC. *Origenes*, qui & adamancius, floruit CCIV. Illis diebus hæresis Paulianorum asseruit, purum hominem vel absque deo fuisse saluatorem. *Tertullianus Afer*, multorum librorum scriptor, floruit CCIX: *Symmachus*, diuinæ legis interpres, floruit & *Theodoceon*, genere Ponticus, qui secundam scripturarum composuit editionem. CCXI. Circa hunc annum CCXIII. Picti a Caurasio tyranno locum inuasionis in Albania acceperunt; fuerunt enim de Sithia illuc inuitati. *Affricanus* inter scriptores famosus, floruit CCXL. Philippus, omnium imperatorum primus ad fidem Christi conuersus est; cuius filius Philippus nullius vnquam commocione ad ridendum solui potuit; martyrizatur a Decio CCXLVI. Hæresis Nouatiana orta, spem salutis lapsis penitus ademit, etiam si digne pœniterent, CCLIII. Sanctus Siluanus apud Verolamium & Iulius & Aaron apud vrbem Legionum martyrizantur, CCLXXXVI. Constantinus, mundatus a lepra, baptizatur CCCXV.

Egesippus.

Lucius rex Britanniæ fit Christianus A. 185.

Origenes.

Paulianorum hæresis.

Tertullianus.

Iulius Africanus.

Philippus arabs imp.

Nouatiana hæresis A. 253.

Constantinus M. A. 315.

CAP. XXXVI.

HAeresis *Arriana* filium a patre separare conabatur & filium creaturam esse & spiritum sanctum ab eo creatum asseruit, CCCXX. Eusebius Cæsareæ episcopus & historiographus floruit. Terræ motu per orbem facto, mare littus exiit & Siciliæ multarum vrbium innumerabiles populos oppressit, CCCLXVIII. Apud Atrebatas lana de cœlo, pluuiæ mixta, cecidit, secundum Ieronymum in Chronicis, CCCLXIX. Nicæa vrbs terræ motu subuersa est, anno CCCLXX. Circa hunc annum Armorica vel Britannia per Maximum tyrannum & Conanum subiugatur & Britannia minor nuncupatur, vbi Conanus regnare cœpit, anno CCCLXXXV.

Arriani.

Maximus imp. A.385.

CAP. XXXVII.

HAeresis *Macedonii* negauit, spiritum sanctum deum esse. Eodem tempore hæresis Priscilliana asseruit: eundem esse patrem quem filium, quem spiritum sanctum. Orosius historiographus floruit, qui *Ormestam* mundi scripsit, anno CCCXCV. Hæresis Pelagiana asseruit: hominem sine gratia dei posse saluari; infantes sine peccato originali nasci; solum Adam suo peccato læsum anno CCCC. Gens Anglorum siue Saxonum a rege *Vortigerno* inuitata, ducibus *Horso* & *Hengisto* tribus nauibus Britanniam ingreditur, anno CCCCIX. *Prædestinatorum* hæresis asserebat, morti prædestinatis bona opera nil valere nec ipsis obesse, si male viuant; si ad vitam prædesti-

Macedoniana hæresis.

Orosius.

Pelagiani.

Hengistus & Horstus Saxonum duces. A. 409.

nati ſint, CCCCXI. Hoc tempore Romani in Britannia regnare ceſſarunt. Murus VII. pedum in latum XII. in altum a mari ad mare, in loco vbi vallum primo fiebat, firmatur ad arcendum Gwannum & Melgam, cum Scotis & Norwagenſibus terram infeſtantes CCCCXX.

CAP. XXXVIII.

Neſtoriani.

Clodouæus R. Francorum. A. 493.

Arthurus R. Britanniæ.

Ida R. Brit.

HAereſis *Timothei* aſſeruit, diuinam naturam in humanam conuerſam CCCCXXVIII. Hæreſis *Neſtoriana* aſſeruit, purum hominem, non deum de Maria natum, CCCCXXXII. Saxones Britanniam intrant ſecundum quoſdam anno CCCCL. Clodouæus, rex Francorum, per S. Remigium conuertitur ad fidem CCCCXCIII. Caſſiodorus ſenator & monachus claruit, anno DXVIII. *Arthurus* apud Britones coronatur; Glaſtoniæ in valle Anallone ſepelitur. Priſcianus grammaticus floruit DXXVIII. *Ida* primo regnauit in Northumbria hoc eſt in illa regione quæ Berwicia dicebatur, vel a fluuio Tina vſque ad mare Scoticum, anno DXLVII. Sambucus arbor in Italia florens, grana & fructus vitis portauit, anno DL. In Gallia mons ſuper Rhodanum fluuium multis diebus dans mugitum, cum eccleſiis & domibus & hominibus & beſtiis in Rhodanum præcipitatur, anno DLVII. *Elle* incepit regnare in Deira hoc eſt fluuio Humbriæ vſque ad Tinam fluuium anno DLIX. Angli per S. Auguſtinum conuertuntur ad fidem, ab aduentu illorum in Britanniam anno circiter CL. & anno

Elle R. Brit.

Angli fiunt chriſtiani A. 596.

anno gratiæ DXCVI. *Sebertus* rex eſt Anglorum, per Mellitum epiſcopum conuertitur DCIV. Hic eccleſiam Weſtmonaſterii primo fundauit, ibidem ſepelitur, cuius manus dextra cum cute & vnguibus poſt annos DCC. iterum reperitur. *Edelbinus*, rex Northumbriæ, per Paulinum conuertitur ad fidem DCXXVII. *Sebertus R.* *Edelbinus R.*

CAP. XXXIX.

IEruſalem, occiſis chriſtianis, capitur a Perſis; crux domini aſportatur, ſed Heraclius imperator, occiſo Coſroe, crucem recuperauit & Ieruſalem reparauit, anno DCXVI. Machometus pſeudo-propheta Arabes & Perſas ſeducere cœpit, DCXXXII. Syria a paganis lacerata, crux Chriſti Conſtantinopoli, ab Heraclio, transfertur, annno DCXXXV. Sanctus *Oſwaldus* rex a Penda martyrizatur, anno DCXLIII. *Oſwinus*, rex Deirorum, iuſſu Oſwi regis martyrizatur DCL. Illis diebus Anna, rex orientalium Anglorum, occiditur a Penda. Illis etiam diebus Hilda abbatiſſa conſtruxit monaſterium apud *Strenhalk* vel *Whiteby*. Kunarus, rex Sarracenorum, in loco templi Ieroſolymis aliud conſtruxit templum, vbi Sarraceni adorant, DCLX. Facta eſt magna peſtis & clades in Anglia, incipiens a partibus auſtrinis anno DCLXX. Monaſterium in *Giwon* fundatur a Benedicto Biſcop abbate anno DCLXXIX. Illis diebus monaſterium *de Hely* fundatur a S. Ethelreda Monaſterium de Burgo conſtruitur ab Ethelredo rege anno DCLXXVI. Monaſterium *Glouerniæ* ab Oſrico ſubregulo conſtruitur, an. DCLXXIX. *Hieroſolyma capiuntur A. 610.* *Mahommed.* *Ethelredus R. Anglorum A. 676.*

Monasterium in *Wiramirtha* construitur a Benedicto Biscop DCLXXV.

CAP. XL.

DVo angeli bonus & malus in Papia apparuerunt, malus præcepto boni, quotiens cum venabulo in hostiis percussit, tot peste perierunt anno DCCXXXV. Hoc tempore floruit Beda. Pluuia sanguinea descendit in Britannia, anno DCLXXXVII. Constantinopoli CCC. millia hominum peste perierunt, anno DCC. Eodem anno Hispania, expulsis christianis hæreticis, occupatur a paganis. In Italia frumentum combustum, & ordeum & legumina quasi pluuia de cœlo ceciderunt, anno DCCXXII. Monasterium *Glastonum* construitur ab Yna, rege West Saxonum. Yne, rex West-Saxonum Scholam Saxonum siue Anglorum, Romæ construxit, & quod de singulis familiis sui regni vnus denarius ecclesiæ Romanæ mitteretur, instituit; vt Angli ibidem morantes inde viuere possent, anno DCCXXVII. Monasterium *Winchetoumbe* a Kenulpho rege construitur, anno DCCXXXXVII. Terræ motus vrbes de montanis ad campestria, cum muris & habitatoribus suis, integre & salue, vltra VI. milliaria transportauit. Et in Mesopotamia terra disrupta est vsque ad duo milliaria aliaque terra arenosa ascendit, & mulus ascendens, voce humana, dixit: *incussionem gentis ab heremo aduersus Arabes futuram*, anno DCCLIII. Ethelbertus rex est Anglorum, iussu

Venerabilis Beda.

Yna R. Brit.

Schola Anglorum Romæ.

Kenulphus R.

Ethelbertus rex

iussu coniugis regis Offæ, martyrizatus anno *Angl. A.*
DCCXCIII. *793.*

CAP. XLI.

CAROLVS *magnus* imperator consecratur *Carolus M.*
anno DCCC. Eodem anno Egber- *imp. A.*
tus, rex West-Saxonum, rege Vi- *800.*
ciorum subiugato, Saxones vocari Anglos *Egbertus*
& insulam iussit Angliam appellari. Paulus, *Angl. R.*
Longobardorum historiographus, floruit,
DCCCV. In pago Tullensi puella duoden-
nis post communionem per X. menses pane
deinde ab omni cibo & potu per triennium
abstinuit anno DCCCXXI. & post ad com-
munem hominum vitam rediit. Alfredus, *Alfredus*
rex West-Saxonum, Romæ coronatur a *rex A.*
Leone papa an. DCCCLIV. Iohannes, An- *854.*
glicus natione, Mauguntinus, sedit prope an *Iohanna*
nis II. mensibus V. hic fœmina fuit anno *papissa.*
DCCCLVIII. S. Edmundus a paganis martyri-
zatur, DCCCLX. Apud Brixiam tribus diebus
sanguis pluit de cœlo DCCCLXXII. Eodem
anno locustæ innumerabiles omnia viridia in
herbis & arboribus, in Gallia vastabant, per
spacium vnius dietæ volantes; solis radium
obfuscabant. Tandem, flatu ventorum, in
profundum maris submersæ & ad littus reie-
ctæ, aërem in tantum corruperunt, vt multi
perirent, & secuta est tanta fames vt tertia
pars hominum consumpta sit in Gallia. Flan-
dria inhabitari cepit, quæ prius a *forestariis* *Forestarii*
regis Franciæ regebatur DCCCLXXVIII. *regis Fran-*
Eodem tempore Hastingus cum Bierno & *ciæ.*
Danis Franciam infestauit. Neustria a Ca-
rolo rege Normannis conceditur, quæ po- *Normanni.*

Arnulphus imp. mori. tur A. 901. stea Normannia dicta est DCCCLXXXVIII. Arnulfus imperator post ægritudinem nulla arte liberari potuit, quin a pediculis consumeretur & sic mortuus est anno DCCCI.

CAP. XLII.

Edwardus R. ALfredo, regi West Saxonum, successit *Edwardus*, qui etiam Wintoniæ sepelitur. Monasterium *Cluniacense* construitur a Bernone abbate anno *Ethelstanus R.* DCCCCXII. *Ethelstanus* coronatur & Malmesbiry sepelitur, anno DCCCCXXIV. *Edmundus R. A. 940.* *Edmundus* frater Ethelstani, apud Kingestoum coronatur, Glastonæ sepelitur DCCCCXL. *Edredus R. 947.* *Edredus*, frater Edmundi, apud Kingestoum coronatur, Wintoniæ sepelitur, *Edwius R. A. 955.* DCCCCXLVII. *Edwius*, filius Edmundi, apud Kingestoum coronatur, Wintoum sepelitur DCCCCLV. *Edgarus R. A. 959.* *Edgarus*, frater Edwii, apud Kingestoum coronatur, Glastoniæ sepelitur, DCCCCLVIIII. *Edwardus R. 975.* *Edwardus*, filius Edgari, coronatur, martyrizatur, Septoniæ sepelitur, DCCCCLXXV. *Ethelredus R.* *Ethelredus*, frater Edwardi, apud Kingestoum coronatur, Londoni sepelitur. In istius coronatione fertur Dunstanus illi prædixisse: *quia*, inquit, *aspirasti ad regnum per mortem fratris tui, in cuius sanguine conspirauerunt Angli cum ignominiosa matre tua, non deficiet gladius de domo tua, sæuiens in te omnibus diebus vitæ tuæ; interficiens de semine tuo, quousque regnum tuum transferatur in regnum alienum, cuius ritum & linguam gens cui præsides, non nouit. Nec expiabitur nisi longa vindicta per necem tuum & matris tuæ & virorum, qui con-*

consilio illius nequam interfuere. Hic etiam dum baptizaretur a Dunstano, minxit in sacro fonte. Vnde & beatus Dunstanus prædixit: exterminium Anglorum tempore eius futurum. Hic etiam cum vastasset bona ecclesiæ Sti Andreæ Roffensis, misit ei Dunstanus, qui diceret: *velociter venient super te mala, qualia non fuerunt, ex quo gens Anglorum regnare cepit, vsque ad tempus illud. Attamen viuente me ista non erunt, quoniam & hoc locutus est Dominus.* Sedes episcopalis apud Dunelium constituitur, & corpus Sti Cuthberti illuc transfertur, DCCCCXCV.

CAP. XLIII.

EOdem anno Ricardus *sine timore*, dux Normanniæ, obiit. Hic cum nocte quadam ecclesiam, orandi gratia solus intraret, funus in feretro reperit, chirothecas dum oraret, super lectrinum posuit, & ecce defunctus cum magno strepitu ante hostium ecclesiæ, brachiis extensis duci se opposuit, quem dux in duas partes gladio secuit & regressus chyrothecas, quas dimiserat, asportauit. Exinde circa funera vigilare præcepit. Contigit quendam monachum Rothomagi, de nocte ad mulierem per pontem transire, & cadens in aquam suffocatur. Et cum fieret inter dæmones & angelos de anima contentio, in arbitrium ducis compromiserunt. Qui præcepit, quod anima in corpus restituta, super pontem, vbi cecidit poneretur & si ad peccatum tenderet, damnaretur, sin autem* saluaretur,

Richardus sine timore, dux Normanniæ.

Hoc

Hoc facto monachus ad ecclesiam fugit, ad quam dux mane accedens, vestes monachi adhuc madidas inuenit & factum abbati narrauit.

CAP. XLIV.

Otto imp. A. 1002.

OTto imperator vxorem suam, quæ militem, secum coire volentem, interfici fecerat, vxore militis mariti innocentiam super candens ferrum purgante, concremari iussit, an. MII. Monasterium *Burtoum* super *Trentam* construitur a Wirico Spote anno MIII. Cantuaria vastatur a Danis, monachis occisis & S. Elphegus martyrizatur, MX. *Swanus*, Danorum rex, a S. Edmundo apud Gaynesburgh occiditur. Gens Hungarorum ad fidem conuertitur per *Gillam*, sororem *Stephani* regis, qui positus, sanctus colebatur. Viri XV. & mulieres III. in Saxonia, nocte natalis Domini choream ducentes, per imprecationem cuiusdam sacerdotis, totum annum sine cibo & potu sic inquieti ducebant, donec per Heреberti episcopi preces liberarentur. Tremorem tum membrorum multi non euaserunt. EDMVNDVS *ferreum latus* Londoni coronatur & eodem anno proditiose occiditur & Glastoniæ sepelitur. Hic infra breue tempus per duas vices cum *Canuto* dimicauit & in Dorsetania apud Gillingham, cum parua manu, ita strenue pugnauit, vt per lassitudinem exercitus vterque ab inuicem discederet. Postera die Edmundus vsque ad noctis crepusculum cum eodem dimicans, ab inuicem exercitus sunt digressi. Tandem bello

Swanus rex Danorum.

Edmundus.

bello ſingulari, contra Canutum, illo pugnante, mutuo pacis fœdera inierunt, MXVII. Canutus, rex Daciæ, Londoni coronatur, Wintoniæ ſepelitur. Hic foſſa tum terræ Sti Edmundi* circumduxit. Edmundum & Edwardum, filios Edmundi ferrei lateris, regi Sueuorum & ille regi Hungariæ miſit feriendos. At Edmundus filiam regis illius duxit & cito poſt obiit. Edwardus Agatham, filiam imperatoris, duxit & Margaretham poſtea, reginam Scotiæ, Chriſpinam ſanctimonialem & Edgarum Adeling ex ea genuit.

CAP. XLV.

Circa hæc tempora quidam vir dei prædixit tunc Anglis, quod ex ſcelerum ſuorum immanitate, quia non ſolum cædi & proditioni inſiſtebant, ſed ebrietati & negligentiæ domus dei dediti erant, inſperatum eis a Francia aduenturum dominium, quod & eorum excellentiam deprimeret in perpetuum & honorem, ſine termino reſtitutionis, euentilaret. Prædixit etiam, quod non ſolum ea gens, ſed etiam gens Scotorum, quas Angli viliſſimas æſtimant, ad emeritam confuſionem Anglis damnaretur*. Prædixit etiam nihilominus adeo varium ſeculum aduenturum, vt varietas, quæ in mentibus hominum latebit, & in actibus patebit, multimoda veſtium variatione deſignaretur. Ricardus, dux Normanniæ, a fratre ſuo, *Roberto*, veneno extinctus eſt. Ob hoc Robertus, VIImo ducatus ſui anno corde compunctus, nudipes Ieruſalem peregrinus iuit & Bithiniæ obiit. Hic apud Phaleſiam Norman- *Robertus dux Normanniæ.*

manniæ vrbem, puellam quandam, nomine Arlet, Pellipatii filiam, adamauit. Quæ cum ad lectum suum duceretur, fregit camisiam a mento vsque ad pedes & requisita, cur sic fecisset? respondit: *non esse fas neque facetiam, vt ima pars camisiæ, qua pedes suos ambierat, iam nunc ad os domini sui verteretur.* Genuit ex illa dux *Willam*, postea Angliæ *conquestorem* anno MXXV. Siluester, post mortem, sub forma monstruosa cum cauda asinaria & capite vrsino afferens: *se taliter apparere, qualiter vixit*, anno MXXXI. In Apulia inuenta est statua marmorea circa caput circulum æneum habens in quo erat scrptum: *Kal. Maii oriente sole, habebo caput aureum;* vnde Sarracenus quidam Kalendis Maii oriente sole notato termino umbræ illius statuæ, infinitum thesaurum, effossa humo, repperit, quem pro sua redemptione domino suo dedit, anno MXXXV. *Gunnilda*, filia Canuti, vxor imperatoris Henrici, per puerum, quem secum de Anglia adduxerat, contra delatorem gigantem, super adulterio accusata, purgatur; deuictoque miraculose gigante & succiso eius poplite, ruentis in terram gigantis caput abscidit & dominæ suæ præsentauit: quæ nec minis nec blanditiis ex tunc viri thorum ascendit. Dicebatur puer ille mimetanus propter corporis breuitatem, qui solus contra gigantem pugnare ausus fuit. *Haraldus*, filius Canuti, apud Oxoniam coronatur, Westmonasterii sepelitur, anno MXXXVI. Henricus imperator, conferens clerico episcopatum, dixit: *accipe episcopatum & vide ne vlterius inequites*

Wilhelmus conquestor.

Gunnilda augusta, imp. Henrici III. vxor. A. 1035.

Haraldus R. Angliæ.

equites mulierem. Similiter dans abbatiam germanæ dixit: *esto abbatissa & vltra non patiaris clericum equitem.* Confusi illi a flagitio destiterunt. In aurora imperator forte minctum surgens, sororem suam clericum illum, qui nimias in cubiculo protelauerat vigilias, ne in niue vestigia deprehenderentur, in dorso suo baiulare vidit, an. MXL. In die pentecostes orto, in ecclesia Moguntinensi, iurgio & sanguine fuso, in vltimo sequentiæ versu dicto: *hunc diem gloriosum fecisti,* vox ab aëre lapsa est: *hunc diem bellicosum ego feci; tu,* inquit rex *omnis malitiæ incentor, diem bellicosum & arrogantibus luctuosum fecisti, sed nos, per dei gratiam, illum gloriosum reddemus.* Omnes dapes præparatas iussit imperator pauperibus distribui. Iste Henricus pro quadam fistula argentea cuidam clerico, in pueritia sua, episcopatum promisit & postea dedit. Morbo correptus per triduum dæmones, per eandem fistulam, in ipsum flammam ineffabilem iaculantes sensit, interim iuuenis semiustulatus cum calice aureo, aqua pleno, ipsum refrigerauit. Hic erat S. Laurentius, cui calicem pretiosum donauerat; accitum episcopum illum mox deponi iussit. *Henrici Imp. pro symonia pœna.*

CAP. XLVI.

HArdecanutus, frater Haraldi, Cantuariæ coronatur, Wintoni sepelitur, MXL. *Edwardus*, filius Ethelredi, Wintoni coronatur, Westmonasterio sepelitur. Hic senio fessus cum graui infirmitate detineretur, biduo raptus iacuit exanimis. Tandem oculos aperiens, dixit: *assistebant, mihi* *Hardecanutus. R. A. 1040. Edwardus. R.* *eius visio.*

mihi monachi duo, ante annos aliquot ad cœlestia translati, quos in adolescentia mea speciali deuinxeram mihi caritate; quid genti meæ, post obitum meum, sit futurum, ex dei mei mandato, referentes. Impletam dicunt Anglorum nequitiam & iniquitas consumata iram prouocat, accelerat vindictam. Sacerdotes præuaricati sunt pactum domini; polluto pectore & manibus inquinatis, sancta contrectant, exponunt lupis oues, non protegunt; lac & lanam quærunt non oues, vt detrusos ad inferos, mors & pastores depascat & oues. Sed & principes terræ infideles, socii furum, prædones patriæ, quibus nec deus timori, nec lex honori, quibus veritas oneri, ius contemptui, crudelitas delectationi. Itaque nec prælati iusticiam, nec seruant subditi disciplinam. Et ecce dominus gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit & parauit illum. Ostendet deinceps populo huic iram & indignationem, immissiones insuper per Angelos malos, quibus traditi sunt anno vno & die vno, igne simul & gladio puniendi. Quibus ego: si conuersi egerint pœnitentiam, numquid non ignoscet deus? pœnitentia certe in Niniuitis, suspendit sententiam & impiissimo Achab debitam distulit vltionem. Suadebo igitur illis vt de præteritis pœniteant & caueant de futuris, vt non inducat dominus malum hoc grande; sed qui punire præparauit auersos, conuersos solita pietate in gratiam recipiat. Nequaquam, inquiunt, hoc erit, quoniam induratum est cor populi huius & excæcati oculi & aures aggrauatæ, vt nec audiant corripientem nec, intelligant commonentem, nec terreantur minis, nec benefi-

ciis

tiis prouocentur. Quibus ego: num ita in perpetuum irascetur deus, quin tot tristibus læta succedant, aut tot aduersa qualis consolatio semperabit? quale sperandum est in his malis remedium; vt sicut terret & contristat futura correptio, ita aliquantulum mulceat diuinæ miserationis promissio. Ad hæc tale problema proponunt: arbor quælibet viridis a suo trunco decisa, ad trium iugerum spacium a radice propria separetur; quæ cum nulla hominis manu cogente, nulla vrgente necessitate ad suum reuersa truncum, in antiquam radicem sese receperit resumptoque succo rursum floruerit & fructum fecerit, tunc sperandum est aliquid in hac tribulatione, solatium & aduersitate remedium.

CAP. XLVII.

Benedictus papa apparuit cuidam in specie animalis, cuius aures & cauda asini erant, cetera vrsi. *Ego*, ait, *illo solo nomine benedictus fui, qui apostolicam sedem indignus obtinui, & quia bestialiter vixi, post mortem perferre bestiæ speciem merui. Vsque ad diem iudicii per pœnas sulphureas & fœtidas pertrahor & rapior; post iudicium vero corpus & animam olla gehennalis baratri deglutiet.* Semper enim luxuriæ & carnalibus illecebris deditus fuit, anno MXLVI. Corpus gigantis integrum Romæ repertum in medio pectore vulnus IV. pedum & semis habuit; lucerna ad caput eius ardens erat. Quæ cum nulla arte extingueretur, quidam subtus flammam foramen fecit &, introducto aëre ignis euanuit. Alti-

Benedicti papæ spectrum A. 1046.

Pallantis, Euandri filii, corpus Romæ reperitur.

tudinem muri corpus vincebat. Hic erat Pallas filius Euandri, quem Turnus occidit, ſicut litteræ inuentæ oſtendebant anno MLIII.

CAP. XLVIII.

Marianus Scotus.

MArianus Scotus iuxta Coloniam, in monaſterio Scotorum includitur. Hiſtoriographus inſignis. Godina comitiſſa pro liberatione ſeruitutis Couentris(*), nuda præter crines per vrbem, a nemine viſa, equitabat. Infeſta enim marito, Leofrito, tale reſponſum extorſit: quod niſi ſic faceret, tributum(*) non remitteret. In monaſterio Couentris eſt brachium S. Auguſtini doctoris, quod Egeluotus archiepiſcopus Papiæ pro CIX. talentis argenti emit. Hic Leofritus reparauit & ditauit monaſteria Wenlok, Wigorum, Euiſham & Leonenſe; vixit Herefordiæ, MLVIII. Godwini filius, *Haraldus*, apud Weſtmonaſterium coronatur, apud Ceſtriam heremitice aliquamdiu viuens, poſtquam deuictus fuit, in eccleſia S. Iohannis Ceſtriæ ſepelitur, anno MLXVI. *Willelmus*, dux Normanniæ, apud Weſtmonaſterium coronatur, Cadomo ſepelitur, anno MLXVII.

Haraldus rex.

Wilhelmus conqueſtor rex. A. 1067.

CAP. XLIX.

ILlis diebus Edgarus Adeling cum Margaretha, ſorore ſua, & matre in Scotiam fugiit, & Malcolmus rex Margaretham in vxorem duxit. Monaſterium Salopie conſtruitur a Warino comite, MLXXVIII. Vxor ducis Venetiarum tam delicate viuebat,

vt

vt de rore cœli se ablueret & balnearet, fuscinulis aureis cibum ori apponeret, cubiculum aromatibus redoleret; tandem corpus eius computruit & vix ancilla, sine specierum redolentium auxilio, eam tangere potuit. Diutius sic cruciata, diem clausit extremum. Ossa Sti Nicholai in oleo natantia vsque Bartensem vrbem transferuntur, MLXXXVI. Ecclesia Sti Pauli cum maiori parte Londoni igne combusta est, anno MLXXXVII. Willelmus *rufus* apud Westmonasterium coronatur, Wintoni sepelitur, MLXXXVIII. Vidit enim Ancelmus in visione nocturna, quod omnes sancti Angliæ conquererentur altissimo super tyrannide regis Willelmi, ecclesias suas destruentis, & ait Dominus: *accedat Anglorum protomartyr Albanus*, & tradidit ei vnam sagittam ignitam, dicens: *ecce mors illius, de quo querimoniam coram me reponitis.* & beatus Albanus eam accipiens, dixit: *& ego tradam eam spiritui nequam, vltori peccatorum*, & proiecit in terram volantem per aërem instar cometæ & intellexit Ancelmus in spiritu, quod rex sagitta illa interiret. Abbas quoque Hugo *Cluniacensis* vidit eundem regem, ante thronum dei accusatum, iudicatum sententiamque damnationis in eum promulgatam MLXXXVIII.

S. Nicolai reliquiæ.

Wilhelmus rufus R. Angliæ A. 1088.

CAP. L.

Ecclesia Lincolnensis construitur a Remigio episcopo, MXCIV. Cærleil a Willelmo *rufo* reædificatur & ex australibus Angliæ partibus coloni transmittun-

Malcolmus R Scotiæ. Ordo Cistercienſis. A. 1096.

tur. Malcolmas, rex Scotiæ, cum filio ſuo Edwardo, in Northumbria, occiditur. Ordo Ciſtercienſis incepit, anno MXCVI. Antiochia capitur a chriſtianis, anno MXCVII. Apud Filichamſtede in Barckſchirn fons quidam ſanguinem ebulliuit & cœlum per totam noctem ardere viſum eſt, MXCVIII. Herebertus, epiſcopus, Tedfordenſis, ſedem vſque Norwicum tranſtulit, Norwici monaſterium conſtruxit, monachos Cluniacenſes apud Tedfordium inſtituit. Hic magnus ſimoniæ fomes tandem peccata defleuit, Romam iuit & in ſenectute ſæpe dixit: errauimus iuuenes, emendemus ſenes.

CAP. LI.

Hieroſolyma a Xſtianis capiuntur. A. 1099.

IErusalem capitur per chriſtianos anno MXCIX. Sacratus ignis in vigilia paſcæ tardauit vſque ad mane reſurrectionis dominicæ. Accenſa autem diuinitus vna lampade ſepulcri domini, mox per omnem eccleſiam ceteræ lampades diuinitus accenduntur, MC. Illis quibus conſtruitur aula Weſtmonaſterienſis a Willelmo *rufo*. Eodem anno Henricus, frater Willelmi rufi, apud Weſtmonaſterium coronatur, Radingus ſepelitur. Sedes epiſcopalis apud Hely conſtituitur, MCX. Quidam potens ex aduerſariis Henrici imperatoris, dum in conuiuio ſederet, a muribus circumuallatur, nulla arte liberari potuit, quin a muribus totus laceratus ſit. Terræ motus magnus apud Salopiam factus eſt & fluuius Trente apud Notigham a mane vſque ad terciam ita exſiccatur, vt homines ſicco pede tranſirent, MCXI.

Henricus R. Angliæ.

MCXI. Hida monasterium construitur ab Henrico rege, anno MCXV. Apud Italiam terræ motus durauit XL. diebus, ita vt villa quædam prægrandis mota sit totaliter de loco suo & alibi transportata, anno MCXVIII. Ordo *præmonstratensis* incepit sub Nothberto MCXX. Willelmus & Ricardus, filii regis Henrici apud Barbeflete cum sua sorore & multis nobilibus submersi sunt, cum mare tranquillum ventis careret. Mulier quædam in Hispania monstrum enixa est; aduersis enim vultibus & corporibus sibi cohærens, ante effigies hominis, integro corporis membrorumque ordine distincta, retro facies canis similiter corporis & membrorum proprietate integra MCXXIV. *Norbertus auctor ordinis præmonstratensis. A. 1120.*

CAP. LII.

HEnricus IV. imperator pœnitentia ductus, Godescallum se vocans heremitice vixit, Cestriæ X. annis vixit. Cuius vxor Matildis in Angliam patri rediit & Calfrido Plantegenet, comiti Andegauiæsi, nupsit, MCCXXVI. Treueris corpus Sti Matthæi apostoli reperitur, tempore Constantini ex dono Helenæ illuc translatum, MCXXVII. Auctoritate apostolica confirmata est festiuitas conceptionis beatæ Mariæ, MCXXIX. Robertus, dux Normanniæ, quem frater suus Henricus, ignita pulue excœcauerat, obiit in vinculis apud Kerdif, MCXXIII. Stephanus, comes Bononiæ, nepos Willelmi conquestoris ex filia, apud Westmonasterium coronatur, apud Fauersheim sepelitur, MCXXXV. Stephanus *Henricus IV. imperat.* *Stephanus R. 1135.*

phanus rex capitur & a purificatione B. Mariæ vſque exaltationem ſanctæ crucis vinculatus cuſtoditur, MCXLI. Orid Sempingham incepit ſub Gilberto, MCXLVI. Gratianus monachus compilauit decreta in Bononia, cuius frater, Petrus Lumbardus, librum ſententiarum compilauit, MCLIII. Henricus, filius imperatricis, apud Weſtmonaſterium coronatur, apud fontem Ebraudi ſepelitur, MCLV. Adrianus papa conceſſit regi H. conquiſitionem Hiberniæ. Hic papa genere Anglus fuit. Rex H. recepit a Malcolmo, rege Sotiæ Cærleil, Nouum caſtrum & Bamburgh cum territorio adiacenti & contulit ei comitatum Huntigdonum, MCLVI. Tres lunæ viſæ ſunt & in medio ſignum crucis, MCLVIII.

Gratianus decreti collector. Petrus Lombardus. A. 1153. Henricus rex. Hibernia a papa Angliæ regi conceſſa.

CAP. LIII.

Terræ motus in Oriente.

IN partibus orientis & in terra promiſſionis terræ motus multas eccleſias & oppida ſubruit & innumera populorum millia hians terra deglutiuit. Hermannus quidam, cum iuxta Antiochiam eſſet in eccleſia & terra hians plus quam CLX. viuos deglutiſſet, ipſe vſque ad collum delapſus, B. Mariam de Rochuuadour inuocauit & vix a terra extractus, euaſit. In natali apoſtolorum Petri & Pauli in Sicilia terræ motu facto, epiſcopus cum abbate de Mileto & XL. monachis & circa XL. milla hominum morte perierunt repentina; plura caſtella cum innumerabili populo, hora ipſa, in Sicilia concuſſa ſunt, vrbes multæ ſubuertuntur & magna pars Antiochiæ & Ieruſalem valde contre-

tremuit, ſed non periit MCLXIX, Eodem anno mare littus ſuum excedens, meſſes, quæ prope erant, abſorbuit, alluuione eius oſſa cuiusdam gigantis in Anglia detecta ſunt cuius L. pedum erat corporis longitudo.

CAP. LIV.

MArtyrizato S. Thoma, ſucceſſit Ricardus, prior Douariæ, cui XI. pontificatus ſui anno Chriſtus apparens dixit: *Tu diſſipaſti bona eccleſiæ meæ & ego exſtirpabo te de terra.* Inde perterritus VIII. die obiit MCLXXII. Corpus Arthuri regis & Weueuere vxoris eius apud Glaſtonum reperitur in quercu concaua XVI. pedibus ſub terra. Os tibiæ eius tibiam & genu longiſſimi hominis III. digitis excedebat, MCLXXVII. Stus Albanus, viſibiliter apparens, quendam ipſum ſequi iusſit, locum ſepulturæ ſancti Amphibali oſtendit & vt omnia abbati & monachis denunciaret, admonuit, MCLXXVIII. Iohannes Salesbirienſis epiſcopus, floruit, qui policraticon compilauit, MCLXXXI. Propter diſcordiam chriſtianorum & peccata eorum quaſi tota terra ſancta capta eſt a paganis MCLXXXVII. *Terra ſancta a Saracenis occupatur.* Idibus Februarii paulo ante auroram, viſa eſt luna ſubito ad terras deſcendere & facta morula paulatim, ad locum ſuum aſcendere MCLXXXVIII.

CAP. LV.

IEſus CHriſtus viſibiliter apparuit in aëre cruce pendens, apud Dunſtapil in Anglia videntibus multis ab hora meridiana

 vſque

Ricardus R. Angliæ. vſque ad noctem. Ricardus, filius Henrici, apud Weſtmonaſterium coronatur, apud Fontem Ebraudi ſepelitur. Animam huius Ricardi & Stephani, Cantuarienſis archiepiſcopi, vidit ſanctus Edmundus archiepiſcopus, Cantici contemplationi deditus, oculis corporeis de purgatorio liberatas, cœleſtia regna penetrare MCLXXXIX. *Expeditioni in terram ſanctam inter eſt. A. 1191.* Per regem Franciæ & Ricardum, regem Angliæ Achon quæ & Ptholomaida capitur MCXCI. Viſa eſt in ſtrata publica apud Dunſtapil in Anglia, meridiana hora, imago crucifixi in aëre vexillo depicta, & cito poſt viſa eſt forma crucis per magnum ſpacium a vexillo diſcedere MCXC. In Vermondoſo miles, qui mortuus fuerat, reuixit, multa futura multis prædixit & poſt fine cibo & potu longo *Iohannes R. Angliæ.* tempore vixit, MCXCVIII. Iohannes, frater Ricardi, apud Weſtmonaſterium coronatur, Wigorni ſepelitur, anno MCC.

CAP. LVI.

Die XIII. Maii facto terræ motu, vox terribilis auditur, magna pars Achon cecidit; multus populus perit; Tyrus pene ſubuertitur; Tripolis magna pars ruit, plebe plurima ſuffocata MCCII. Hoc tempore Tartari, occiſo domino ſuo Dauid, filio regis Indiæ, orientem ſubiugare *Franci Conſtantinopolim capiunt.* cœperunt. Conſtantinopolis per Francos capitur & Baldewinus, comes Flandriæ, imperator efficitur. Prophetice prædictum fuit, hanc vrbem capi non poſſe niſi per angelum; ſed hoſtibus per murum vbi angelus depictus erat, intrantibus, in colæ per æquiuoca-

uocationem angeli se deceptos cognouerunt, MCCIV. Petrus, rex Arragoniæ, regnum suum ecclesiæ Romanæ, pro remedio animæ suæ & progenitorum suorum constituit censuale in perpetuum, reddendo annuatim CCL. marcas. Apud Sonthwalliam apparuit in somnis *magistro Mauricio* miles quidam, cum quo solebat alternis versibus, nunc incipiendo nunc finiendo colludere, qui & ait: *volo vt finias hunc versum; destruet hoc regnum rex regum.* Et ille: *immo finias tu, qui versum fere consumasti.* Et miles: *quia senex es & ebes, vt video, sic finies: destruet hoc regnum rex regum duplice plaga,* MCCVIII. *Interdictum* incepit in Anglia. Facies beati *Iohannis Baptistæ*, a Gwalone clerico, de Constantinopoli Ambianis adducitur. Helmandus monachus, historiarum compilator, floruit. Interdictum relaxatur in Anglia, MCCXIV.

Regnum Arragoniæ censuale pontifici.

Caput S. Iohannis bapt.

CAP. LVII.

ROmæ concilium *Lateranense* celebratur MCCXV. Prædicatorum ordo confirmatur ab Honorio papa, MCCXVI. Otto imperator super rebellione absolutionem cum lacrymis in extremis petiit & acccepit. Cum corpus Christi sibi allatum, videret, quia nihil retinere potuit, humiliter adorauit. Cumque brachiis extensis, nudato pectore, hostia approximaret, subito facta apertura, intrauit, de manibus sacerdotis prosiliens & recluso, absque vestigio, loco, decumbens spiritum reddidit deo. Bellus locus & Godestowe, a rege

Concilium Lateranense A. 1215. sub Innocentio III.

Otto IV. imp. moritur.

Iohanne, conſtruitur. Ludouicus iuxta Lincolnum victus eſt, & Gylbertus de *Clara* ibi captus, qui poſtea filiam comitis Glouernenſis duxit in vxorem. Henricus filius coronatur apud Glouerniam. In prouincia Bolomenſi, ſexta feria ante pentecoſten, triplex forma crucis apparuit in cœlo vna candida verſus aquilonem, alia verſus meridiem rubri coloris, tertia Indico colore colerata, habens crucis patibulum & figuram hominis in eo ſuſpenſam eleuatis brachiis & extenſis infixione clauorum, manibus & pedibus & capite inclinato MCCXVIII.

CAP. LVIII.

Hieroſolimas infideles capiunt. A. 1219.

IErusalem a paganis deſtructa eſt, muri in aceruos lapidum redacti, ſed in ſepulcrum domini nemo manus mittere præſumpſit, MCCXIX. Sedes epiſcopali de veteri *Sar.* ad nouam translatus eſt MCCXX. Prædicatores XIII. primo venerunt in Angliam MCCXXI. Magnates Angliæ conceſſerunt regi *Wardas* heredum ſuorum & terrarum MCCXXIII. Reimundus prædicator V. libros Decretalium compilauit MCCXXVI. Fratres heremitæ, in monte Carmeli habitantes, propter paganorum inſultus, compulſi ſunt a loco ſuo per varias mundi regiones, MCCXXVIII. Capta eſt inſula Malorica inter Hiſpaniam & regnum Marrochie per regem Arragonum MCCXXXIV. Corduba nobilis ciuitas per regem Hiſpaniæ, interfectis paganis, capitur MCCXXXV. Mortuo Iohanne Scoto, comite Ceſtriæ, datis aliis terris in *allocationem* ſororibus ſuis, rex comi-

Status Angliæ tutelam liberorum regi obtulerunt A. 1221.

Raimundus Decretales colligit.

Corduba Saracenis eripitur.

comitatum in manum suam recepit MCCXXXVI. Capta est Valentia magna & christiano cultui mancipata MCCXXXVIII. *& Valentia A. 1238.* Natus est Edwardus post conquestum primus MCCXXXIX. Symon *de Monteforti*, fugiens in Angliam graciose a rege receptus est, cui rex comitatum Leicestriæ cum sorore sua contulit. Alienora, soror Arthuri, moritur & apud Ambrisbir. sepelitur MCCXLI. Tartari vastari vastauerunt partes aquilonores seu Rusciam, Gazariam, Gothiam, Ziquiam, Alaniam & vtramque Comamam ceteraque regna in numero XXX. Hungariam & Poloniam pro magna parte destruxerunt. *Tartarorum in Russiam, Poloniam, Hungariam cet. irruptio. A. 1242.* Et cum Hungariam ingressuri essent, responsum a diis acceperunt, quod ante faciem eorum tres serpentes procederent, a facie quorum aduersarii non possent resistere. Serpentes illi fuerunt serpens *discordiæ*, *incredulitatis* & *timoris*. Plures tamen Tartari in Hungaria occisi sunt MCCXLII. Concilium apud *Lugdunum* celebratur MCCXLV. *Synodus Lugdunensis. 1245.* Eo tempore apud Toletum Hispaniæ, quidam Iudæus in orto fodiens lapidem ex omni parte integrum repperit, in cuius medio inuenit librum cum foliis ligneis, hebraice, græce & latine conscriptum ab Adam vsque ad Antichristum de triplici mundo loquentem, proprietates hominum exprimentem; principium tertii mundi in Christo sic posuit: *in tertio mundo filius dei nascetur de virgine Maria & pro salute hominum patietur*. Erat etiam in libro, quod tempore *Ferrandi*, regis Castellæ, debebat liber inueniri.

CAP.

CAP. LIX.

Hispalis capta. 1247. *Ludouicus sanctus R. Franciæ.*

CIuitas Sibilla quæ & *Hispalis*, a rege Hispaniæ, capta est MCCXLVII. Rex Franciæ Ludouicus in terra sancta a Saracenis capitur, pro Damiata vrbe & maximo thesauro postea redimitur MCCXLVIII. In Burgundia per terram solutam a montibus circiter V. millia hominum suffocantur. Nam vnus mons maximus se diuidens ab aliis montibus, per plurima milliaria cuiusdam vallis cadendo se extendens, ad alios montes se accessit, omnes in valle villas terra & lapidibus comprimendo MCCL. Papa Innocentius statuit, vt cardinales *capellis rubeis* vterentur MCCLII. Robertus *grossum caput*, episcopus Lincolnensis, obiit MCCLIII. *Ricardus*, frater regis Henrici, Aquisgrani in imperatorem coronatur MCCLVII. Rex Henricus per cartam suam pro certa summa pecuniæ & sub certis conditionibus, omnes terras suas in manu regis Franciæ existentes resignauit. MCCLIX. Die Maji XIV. comittitur bellum de Lewes & rex H. capitur MCCLXIV. Die IV. Augusti commissum est bellum de Euisham MCCLXV. Edwardus, filius Henrici, iter arripuit versus terram sanctam MCCLXX. Norwici monasterium per ciues vrbis combustum est. Concilium Lugdunense celebratur sub Gregorio MCCLXXIV. Edwardus, post conquestum primus apud Westmonasterium coronatur & sepelitur. Statutum contra *manum mortuam* editum est, MCCLXXVIII. Martinus papa *capas* fratrum Carmelitarum mutauit

Ribardus imp. fit. A. 1257.

Concilium Lugdunense IV. A. 1274. *Edwardus. I. R.*

tauit in album, quæ prius erant ſtragulatæ, radiatæ & birratæ, MCCLXXIX. Lewelinus, princeps Walliæ decollatur MCCLXXXII. Dauid, frater Lewelini diſtrahitur, ſuſpenditur, decapitatur, viſcera comburuntur; in quartas diuiditur & per vrbes diuiſim partes ſuſpenduntur. Et crux Neoti magnam de ligno crucis dominicæ continens portionem, per ſacerdotem, nomine Neotum, de terra ſancta antiquitus allata, Edwardo tradita eſt MCCLXXXIII. Edwardus, filius Edwardi, natus eſt MCCLXXXIV. Iudæi expelluntur ab Angiia MCCLXXXIX.

CAP. LX.

NIcholaus papa taxari fecit eccleſias Angliæ ſecundum verum valorem & ex tunc ceſſauit taxatio Norwici. Achon per Soldanum capitur, muri funditus euertuntur, paucis necem euadentibns MCCXCI. Mortuo rege Scotiæ, Alexandro Edwardus rex dominium Scotiæ in manu ſua ſuſcepit. Guerra inter reges Angliæ & Franciæ, propter naues in mari raptas, incepta eſt, MCCXCIII. Edwardus rex Walliam totam ſuo ſubiugauit dominio, MCCXCV. Vrbs Berewici capitur 30. die Martii & infra menſem ſequentem bellum de Dunbar & poſt duos menſes incarceratio Iohannis *de Baliolo* & multorum nobilium Scotiæ MCCXCVI. Edwardus transfretauit in Flandriam MCCXCVII. Bellum de Fouchirche commiſſum eſt 22. die Iulii MCCXCVIII. Frater

Eduardus Scotiæ rex efficitur.

ter regis Tartarorum, ex filia regis Armeniæ, genuit filium hiſpidum & piloſum velut vrſa. Quem cum pater cremare iuberet, mater ſibi dari petiit infantem. Quo baptizato, cecidit ſtatim tota villoſitas & leuis & pulcher apparuit; & credidit pater & domus eius tota. Edwardus deſponſauit Margaretham MCCXCIX. Papa Bonifacius omnibus vere pœnitentibus & confesſis, qui per anni huius ſpacium ac per quemlibet annum centenſimum futurum ad limina Apoſtolorum Petri & Pauli deuote acceſſerint, cunctorum ſuorum conceſſit indulgentiam peccatorum MCCC. Thomas de Brothirtoum natus eſt. Damnati ſunt Pollardi & Roſarii. Edmundus de Wodeſtok natus eſt MCCCI. Gallicos devicerunt Flandrenſes apud Cortunacum MCCCII. Willelmus Waleis, Londoni diſtrahitur, ſuſpenditur, decapitatur, corpus in quartas diuiſum, diuerſis vrbibus erigitur MCCCV. Antonius, Dunelmenſis epiſcopus, in patriarcham Hieroſolymitanum, per Clementem papam, creatur MCCCVI. Interfecto I. comyn IV. Kal. Febr. aſpirare cœpit ad regnum Scotiæ Robertus Brus. Edwardus, poſt conqueſtum, *ſecundus* apud Weſtmonaſterium coronatur, Glouerniæ ſepelitur MCCCVII. Petrus de Gauirſtoum iuxta Warewicum decollatur MCCCXI. Edwardus III. filius Edwardi II. die ſancti Bricii natus eſt & a quodam cardinali baptizatus MCCCXII. Edwardus apud Striuelin, multis nobilibus occiſis, a Scotis victus eſt, MCCCXIII. Edwardus Brus, mul-

Bonifacius VIII. primum annum iubilæum denunciat. A. 1300.

Eduardus II R. Angliæ.

multis suorum occisis, in Hibernia decollatur MCCCXIV.

CAP. LXI.

CArdinales in episcopatu Dunelmensi, per Gilbertum de Middeltoum & complices suos deprædati sunt MCCCXVIII. Gilbertus de Middeltoum distrahitur, suspenditur, decapitatur, viscera comburuntur, corpus diuisum diuersis locis suspenditur. Interitus pecorum & pestilentia per Angliam maximus factus est MCCCXIX. Concilium *Viennense* celebratum est, in quo ordo templariorum annihilatus est. *Concilium Viennense.* Villa Berewici per Scotos capitur MCCCXVII. Scoti episcopatum Dunelmensem & Northumbranam plagam mirabiliter lacerarunt MCCCXXI. Eodem anno Thomas, Lancastriæ comes, & alii multi nobiles morte turpissima, scil. in oculis domini vt ferebatur precosa condemnati sunt. Scoti partes boriales episcopatuum Dunelmensis & Eboracensis, prædis & incendiis multum vexarunt & regem vsque Scarburgh fugere compulerunt MCCCXXII. Eodem anno Andreas de Harkley distrahitut, suspenditur decapitatur & corpus diuisum per diuersas vrbes suspenditur. Non pleno anno post mortem comitis Thomæ. Ysabella regina, cum filio suo, Edwardo III. & quibusdam Hanoniensibus Angliam intrauit, & terra quasi vndique tranquilla, sine sanguine & strepitu, regem in Westwalliam insequuntur, capiunt & custodiæ demandant MCCCXXVI. Hugo dispen-

Eduardus III. R. Angliæ A. 1326.

dispensator pater Bristolliæ capitur in vigilia apostolorum Symonis & Iudæ, distrahitur, suspenditur, decollatur & caput Wintonum, vbi comes fuerat, defertur. In crastino S. Emundi episcopi comes de Arundel apud Herefordum decollatur. In vigilia Stæ Catherinæ Hugo dispensator filius apud Hereford distrahitur, suspenditur, decollatur & viscera comburuntur; caput Londonum defertur; corpus diuisum per IV. vrbes transmittitur. Eodem anno Edwardus post conquestum *tertius*, anno ætatis suæ XIV. apud Westmonasterium coronatur. Edwardus II. die S. Matthæi apostoli in castro de Berckley, vt dicebatur proditiose fuit interfectus, apud Glouerniam sepultus fuit MCCCXXVII. Edwardus III. Philippam comitis Hanoniæ filiam, duxit in vxorem MCCCXXVII. Dauid, filius Roberti Brus, Iohannam, sororem Edwardi III. duxit in vxorem MCCCXXIX. Robertus Brus lepra percussus obiit, VII. Idus Iunii MCCCXXX. Edmundus comes Cantiæ, in vigilia S. Cuthberti apud Wintonum decollatur. Rogerus de mortua mari, comes Marchiæ, in vigilia S. Andreæ apostoli Londonum tractus est & suspensus. Edwardus III. regi Franciæ Philippo pro terra *Vasconiæ* homagium fecit, & die lunæ post festum S. Matthæi apostoli, inter crucem & soperlane Londoni, XIII. milites hastiludia contra quoscunque venire volentes, per tres dies tenuerunt, MCCCXXXI. Edwardus *de Baliolo* cum Henrico *de Bellomonte*, Gilberto *Vmfreuile*, Dauid comite *Athels* & aliis qui-

Edwardus III. Vasconiam in feudum accipit a rege Franciæ.

quibusdam nobilibus XL. millia Scotorum in loco, qui *Galkniore* vocatur, deuicit: comites V. & multos barones & nobiles cum maxima multitudine plebis occidit MCCCXXXII. Vix enim in exercitu suo 2500. habuisse ferebatur. Edwardus *de Baliolo* eodem anno apud *Scone* rex Scotiæ coronatur V. Kalend. Octobr.

CAP. LVI.

VRbs Berewici per regem Angliæ & Edwardum *de Baliolo*, regem Scotiæ, tam per terram quam per mare obsidetur & XIV. Kalend. Augusti, interfecta maxima multitudine Scotorum, terga Scoti dederunt iuxta Berewicum & regi Angliæ vrbs redditur MCCCXXXIII. Edwardus de Baliolo XIV. Kal. Iulii, apud nouum castrum, pro regno Scotiæ regi Angliæ fecit *homagium*, MCCCXXXIV. Rex Angliæ in *parlamento* Londoni primogenitum suum Edwardum IV. ducem creauit Cornubiæ. Fecit etiam in eodem parlamento VI. comites, videlicet Henricum de *Lancaster*, iuniorem comitem de Derby; Willelmum de *Monteacuto*, comitem de *Sarisburi*; Hugonem de *Audeley*, comitem *Glouerniæ*; Willelmum de *Clintoum*, comitem de *Huntingdoum*; Willelmum de *Boun*, comitem *Northomtoum*; Robertum de *Vfford*, comitem Southfolk, MCCCXXXVI. Eodem anno rex Angliæ cum Ludouico de *Bauaria*, regnum Alamanniæ occupante, infructuosum iniit fœdus. Villa de Sout- ho-

Scotiæ regnum in feudum, ab Angliæ rege, recipitur.

Fœdus inter Ludouicum Bauarum & Angliæ regem.

homotum per quasdam galeas regis Franciæ quaſi totaliter combuſta eſt MCCCXXXVII. Rex Angliæ cum ſua militia Idibus Iulij mare tranſiit & apud Antewerp per tempus non modicum ſumptuoſam valde & parum fructuoſam traxit moram MCCCXXXVIII. Eodem anno a V. Kalend. Decembr. vſque ad IV. Iduum Febr. durauit in Anglia gelu maximum & niues nullæ. Eodem anno in multis locis Angliæ ſalices in Ianuario flores protulerunt, roſis in quantitate & colore perſimiles. Interpretetur, qui poterit, ſigni prodigium cuius ſimplex relator eſſe didici, non præſagus expoſitor. Rex Angliæ ſigillum ſuum & arma mutauit, regni Francorum & Anglorum more, tamen quadripartito ſigillum & arma aſſumpſit, regem *Franciæ* & *Angliæ* ſe vocari iuſſit & Flandrenſes ſibi attraxit MCCCXXXVIII.

Rex Angliæ titulum regis Franciæ aſſumſit. 1338.

CAP. LVII.

Bellum inter Angliæ & Galliæ reges.

EOdem anno, in vigilia Sti Matthæi apoſtoli, rex Angliæ, cum duce Brabantiæ ac militia magna, pagum Cameracenſem in Gallia intrauit, oppida nonnulla igni combuſſit & patriam deuaſtando incolis mala intulit. Rex Angliæ claſſem Gallicanam, quæ iuxta Scluſam quaſi mare operuerat, cum ſuo nauigio, in feſto S. Iohannis baptiſtæ, maxima multitudine ſubmerſa & occiſa, deuicit, & paucis vix fuga dilapſis cepit. Vrbes multas in Gallia combuſſit; prædas egit; ciuitatem Tornacenſem infructuoſa

ctuosa obsidione uallauit, MCCCXL. Ludouicus *de Bauaria* vicariatum citra Coloniam, a rege Angliæ, ut ferebatur, minus consulte susceptum, per suas litteras reuocauit, & spretis fœderibus, regi Angliæ sacramento firmatis, cum rege Francorum amicitias contraxit, MCCCXLII. Eodem anno inter reges Franciæ & Angliæ, per triennium & aliquot menses initæ sunt *treuga*, sed conditio nunciorum ad curiam Romanam, pro pace reformanda (ad curiam Romanam) mittendorum, in treuga inserta, finaliter ut condictum fuerat, obseruata non fuit. Clemens papa VI. in consistorio publico, dominum Ludouicum de Hispania insularum fortunatarum principem creauit, qui vnus de ambassiatoribus regis Franciæ tunc fuit. Et illo die assumpsit papa pro themate: *faciam principem super gentem magnam*; & prosequebatur materiam, qualiter ad illum huiusmodi creatio pertinebat. Et sunt insulæ illæ in mari mediterraneo fertiles valde, quarum incolæ nec sunt christiani nec de secta Machometi. Donum utique laude dignum fuisset, si possessionem pacificam contulisset, MCCCXLIV. Rex Angliæ, missis curiæ Romanæ litteris, per regem Franciæ Philippum complicesque suos nonnullis rationibus assignatis, treugas violatas asserens, in mense Iulii apud Hogges in Normannia cum suo exercitu, nauigio aduectus, Cadomum cepit & in magna parte igne deleuit. Spoliata ac combusta vndique patria apud Crescy in Pontumo cum rege Franciæ & Bœmiæ con-

Ludouicus Bauar. imp. fœdera cum Anglis rumpit.

Treugæ inter Gallos & Anglos.

Clemens VI. papa insulis fortunatis dat principem.

Bellum inter Gallos & Anglos renouatur.

Rex Bohemiæ Iohannes occiditur. flictum habuit, rege Bœmiæ cum multitudine magnatum & armatorum occiso, mirabilem reportauit triumphum VII. Kalend. Septembris.

CAP. LVIII.

EOdem anno rex Angliæ vrbem Calesii onerosa vallauit obsidione pridie nonas Septembris. Multi enim Anglorum tum corruptione cadauerum & intestinorum animalium, tum reliquis incommodis fluxu ventris, ibidem mortui sunt. Eodem anno Dauid Brus', cum Scotorum numeroso exercitu, per litteras regis Franciæ præcipue instigatus, Angliam intrans, iuxta Dunelmum per paucos septemtrionalis Angliæ plagæ nobiles in vigilia Sti Lucæ euangelistæ deuictus est, & occisa multitudine non parua, una cum multis nobilibus captus, carcerali custodiae mancipatur. Nisi enim fallor, ultimus dies rebellionis Scotorum obstinatæ tunc fuisset, si prædis & captiuis omnino neglectis, gentem ab antiquo rebellem, de terra viventium Angli persequentes tunc delessent. Eodem anno Thomas *de Dagword.* miles quidam, genere Anglus, cum LXXX. armatis & C. sagittariis, III. Nonas Iunii contra Carolum *de Blois* & magnates Britanniæ ceterosque extraneos vbique collectos, habito conflictu forti & valido, velut alter Machabeus, per duas vices præualuit die illa. Deletis autem in ore gladii nonnullis, multos cepit. Habuit enim idem Carolus in exercitu

Scoti Angliam inuadunt,

vincuntur ab Anglis prælio.

ercitu ſuo mille quingentos armatorum, octo millia baliſtariorum & XXX. millia peditum. Vrbs Caleſii, qui intus erant fame & inedia tabeſcentibus, ſaluis vita & membris, regi Angliæ reddita eſt MCCCXLVII. Eodem anno, Thomas de Dagword. prædictus cum CCC. armatis & quadringentis ſagittariis Carolum de Blois, in obſidione rupis Dirianæ laborantem, XII. Kalend. Iulii, in aurora diei ſuperueniens, aggreſſus eſt, multitudinem ad prœlium paratam, eius aduentum præſtolantem, proſtrauit, Carolum cum multis nobilibus cepit, triumphum futuris ſeculis merito commendabilem habere meruit. Erant autem in exercitu Caroli militum & ſcutiferorum mille ducenti & aliorum armatorum ſexcenti, ſagittariorum Britanniæ ſexcenti, baliſtariorum duo millia & peditum copia magna valde. *Caleſium Angli occupant 1347.*

LIBER III.
CODICILLVS LEGVM DANIAE REGNI AB ANNO CIↃCC.

NVM. I.

Conſtitutio WOLDEMARI regis, per THORDONEM *legiferum* articuli & correctiones legis, quas ille THORD DEGHN, *Dacie* legifer, compoſuit *ex conſenſu* meliorum regni, in *parlamento Danorum, in* NYPVRGH; Rex WOLDEMARVS *confirmauit.*

§. I.

Ne quis alueum aquæ immutet. Ne poſſeſſioni alterius damnum inferatur. Laicus poteſt clerici procurator eſſe in cauſſa rapinæ. HERREWERCK *idem quam rapina in alterius domo, fundo*

PRimo, quicunque aquam deduxerit extra antiquum curſum, reparet illud infra XV. dies & omnibus poſſeſſoribus ſoluat III. marcas & regi. Si vero aliquis poſſeſſionem alicuius, quæ dicitur *Mælledam* vel *fiskedam*, deſtruxerit, reddat eum in dampnem cum iure XL. marcarum & tantum ſoluat regi; pro hiis cauſis debet ſe defendere.

§. II. Iſta duo ſeruiunt ad c. ulti. primi lib. Item bene liceat, quod clericus laico, iuramento cognatorum, cauſam *rapine* committat proſequendam ſimiliter & cauſam *herrewerck*. Iſtud ad c. VIII. li. II. & XXIX. c. & LVIII. c. ibidem in eadem. Item non debet aliquis

aliquis ad *placitum* generale *veridicos* citare, nisi executor causæ vel aliquis alius ex parte sua ad hoc in placito constitutus, vel aliquis qui *veredicorum hesteleie* exsoluere sufficit, cum emenda, si conuincatur, quod suum *hesteleie* non exposuit legittimo tempore.

§. III. Istud seruit ad prima XXXV. c. II. li. Item de *wethrnwisthooth* qui morti alicuius interfuerit, soluat heredibus interfecti sex marcas & regi tres marcas.

§. IV. Istud servit ad c. VIII. II. li. & ad c. XXXV. III. libri. Item si aliquis aduocato furem suum tradiderit in placito, aduocatus ipsum contra iudicium placitantium liberum dimiserit, soluat *bondoni* XL. marcas & regi tantum.

§. V. Istud seruit ad c. XCII. li. II. Item si contentio fiat de piscatura, tunc quilibet licentiam piscandi habeat, sicut habet terram *rebdraghen* in suo *mark*. Item silua semel diuisa nunquam potest fune solari diuidi, licet campus diuidatur.

§. VI. Istud seruit ad c. XLIX. primi li. & IV. sequentibus. Item conquerens causas aliquas promulgauerit, super quibus denominati, qui dicuntur *stocke neffn* tenentur discernere & ille *stoke neffn* fecerit nominari & postea omnino non fuerit causam prosecutus, soluat *bondoni* tres marcas & regi sex, tamen antequam nominati fuerint, debet iniuriam passus contra iniuriantem eodem placito iuramentum suum exponere, & nisi iurauerit, non teneantur discernere *stocke neffn* & in

vel agro commissa siue etiam damnum ibi datum absque rapina, vid. infra §. XII.

VERIDICI *i. e. iudices adlecti ad caussam decidendam; Danice Saudtmannen.*

PLACITVM GENERALE *i. e. iudicium prouinciale, Danice Landesding.*

HESTELEIE *merces quæ dabatur veridicis.*

Wethernwisthooth, pœna, quam is rependit qui præsens fuit quum cædes fieret.

BONDO *idem ac herus qui familiam regit.*

STOCKE NEFFN *iudices adle-*

lecti, uti veridici; sed XII. requiruntur ad constituendum iudicium. uid. infr. § 38. Tertium placitum idem ac tertius terminus.

& in *tercio placito* debent per duos *fyllingh* moneri ad stocke nessend.

§. VII. Vide c. XLII. secundi li. Item prosecutio omnium causarum super quibus tenentur *Stocke nessnd* discernere, dicitur fieri per *tria placita.* Item clericus ordines habens & coronam, si vulnerauerit vel occiderit laycum vel e conuerso, super hoc non debent veridici discernere,

FYLLINGH, *i. e. Testes processus legitimi. Pace priuari idem ac in die Acht kommen.* IVS *hic significat das Gefälle.*

§. VIII. Ad c. VI. lib. II. infra mi. Item si aliquis *pace priuetur* per *Stocke nessnd* & ipsi conuincantur, & conuictus paci restituitur & iniuriam passus tenetur medietatem cum rege percipere *de iure* quod stocke nessnd persoluerunt pro iuramento suo.

NEFFN I KYN.

§. IX. Qui conuictus. c. LXVIII. secundi. lib. Item pro quacunque causa aliquis impetitur, quod ad illam causam consilium dederit vel mandauerit, pro qua causa aliquis priuari potest pace, si *iuramento cognatorum,* quod dicitur *neffn i kyn* se non defenderit, soluat bondoni XL. marcas & regi tantum; si autem impetitur, quod consilium vel mandatum dederit, quo aliquis vulneratus fuerit, si cognati ipsum non defenderint, soluat bondoni XII. marcas. Si autem accusatur quod propter consilium eius vel mandatum fracta sunt brachia vel tibie, & cognati cum non defenderint, tunc soluat bondoni XL marcas & regi tantum; pro hiis causis debet accusatus *citari ad placitum tempestiue.*

§. X. Si occi. c. VIII. li. II. & c. XXII. tertii libri, si quis alium occid. Item si aliquis episcopus vel eius officialis leges firmauerit

uerit & eas ſoluerit, ſit ipſe excuſatus & leges dare caſſam debeant. In qualibet villa forenſi ſint *veridici* & *neffningi* quilibet illorum, pro ſuo *boosloth*, ſoluat ſex marcas.

§. XI. Ad c. V. ſi probatum li. II. Item in quocunque hareth vel villa forenſi facta fuerit rapina in *placito* illius *ha. reth.* debent *neffningi* illius *heret* diſcernere & qui accuſatur pro cauſa rapine, debet in *placito* ſui *ha. reth* tempeſtiue citari ad illum placitum; quo *neffningi* debent diſcernere & ſi ille non habet *broſiel* tunc debet *citari in placito generali*.

§. XII. Ad c. XLVI. ſi vir vel mulier lib. III. Item ſi aliquis ſucciderit ſiluam alicuius & ſucciſam detulerit, tunc poſſit iniuriam paſſus pro illo ſequi cauſam *herrewerck* vel *rapine;* ſi vero ſiluam ſucciſam iacere permittit, tunc proſequatur cauſam *herrewerck,* tamen debet ſilua ſucciſa valere *tres marcas denariorum* & ſucciſor debet poſſeſſorem indampnem reddere & ſibi *emendare* XL. marcas & regi tantum, *veridici* debent ſuo *iuramento perſcribere* dampni ſui quantitatem. Si ſilua minus valuerit quam tres marcas, tunc defendet ſe iuramento cognatorum vel ſoluat tres marcas.

§. XIII. Ad c. LXXIV. ſi quis intrauerit lib. II. Item frater poſt fratrem *nauigii officium* hereditare debet, ſi eſt heres ſuus in aliis bonis, & non aliter.

§. XIV. Ad c. XX. lib. III. Item ſciendum eſt, quod *trynne ſlothrnmaal* intelligitur *ſpatium trium annorum.*

Neffningi ſunt qui iurato tenentur aſſerere aliquem deliquiſſe.

BOOSLOTH, *eſt portio rerum mobilium ex communione quadam præterquam ex hereditate paterna vel materna.*

HARETH, *ab hærd, focus, ein marckt flecken; qui pluribus componitur ædibus.*

BROFIEL, *domus ſiue propria ſiue conducta.*

Si quis alienam ſiluam conciderit.

EMENDA *idem quod Saxones vocant* BVSSE, *quæ ad actorem pertinet; emendare, buſſen.*

BLODWIDE, *vulnus quo sanguis elicitur;* LICZ, *cicatrix; alias etiam* LYDE *Dani vocant.*

§. XV. Ad c. vlt. lib. primo. Item si aliquis clericum leserit & conuictus fuerit, soluat regi ius suum; pro *blodwide licz* episcopo soluat ius suum; clericus autem si laicum leserit satisfaciat episcopo & non regi.

§. XVI. Ad c. XXII. si quis alium occiderit lib. III. Item iniusto iudicio si causa, de qua iudicatur, summam trium marcarum continet & non vltra, exactor emendet *bondoni* tres marcas, pro iniusto iudicio & regi tantum, si vero causa transcendit summam trium marcarum, soluat *bondoni* sex marcas & regi tantum.

Quomodo veridicorum iudicium possit rescindi? Pace priuatur aliquis ob episcopi testimonium, licet, a iudicibus, iam absolutus sit. Si in probatione adsit collisio.

§ XVII. Ad c. in quolibet *ha. reth* lib. II. Item si pace priuatus potest *testimonio episcopi* & aliorum fide dignorum *veridicos* conuincere, debet paci suæ restitui.

§. XVIII. Ad c. si discordauerint lib. II. Item potest aliquis pace priuari *testimonio eorundem*, licet veridici iurauerinr, quod pacem habeat & emendat; & illud tenendum est in omnibus causis, pro quibus aliquis conuincitur vel defenditur per placiti *veridicos*, *neffningos* & *denominatos*.

§. XIX. Item si aliquis pro quacunque causa *testimonium habet* & aduersarius suus *similiter habet illud testimonium*, tenendum est pro firmo in quo *episcopus* & *octo meliores* illius *hareth*, testimonio suo, consenserunt.

De parricidis.

§. XX. Ad c. XXXVIII. hoc testimonium lib. I. & ad c. VII. si discordauerint lib. II. Item si aliquis propriam vxorem occiderit vel occidi mandauerit & e conuerso, & ille negauerit, tunc nominati sunt XIII. de illo ha-

reth,

reth, quoſcunque principales illorum conuicerint, pro facto vel conſilio vel mandato ſint pace priuati & nunquam caſſetur eorum iuramentum & quilibet contra iurantium ſoluat *bondoni* tres marcas & regi tantum.

& qui defenderint eos.

§. XXI. Ad c. VIII. ſi occiſus lib. II. Item non debent *veridici* diſcernere, ad monitionem illorum *fylling*, qui ipſos ad diſcernendum inuocant ſine conſenſu *executoris* cauſe; & talium *fylling* quilibet ſoluat bondoni tres marcas & regi tantum.

Quinam teſtes legitimi vel non? veridici minime pronunciant.

§. XXII. Ad c. VI. infra minus & c. LI. e libro ſecundo c. neffningi & ad c. LXIV. ſi imputatum lib. III. Iuramentum veridicorum & neffningorum & denominatorum ſit ſtabile, ſi infra ſex ſeptimanas non impetitur ſuper ſuo iuramento.

Veridicorum iuramentum nequit impugnari, poſt decurſum ſex hebdomatum.

§. XXIII. Ad c. in quolibet ha. reth lib. II. Item quod *rex extra prouinciam ſuam* nullum *citet*, ſed aduocatus regis ipſum *infra prouinciam*, ex parte regis, impetat & conuincat.

Extra prouinciam cuiusque ius dicenti, impune non paretur.

§. XXIV. Ad c. XXXII. quicunque ſemel lib. I. Item ſi aliquis redditur *nimis decrepitus* vel ex toto *inſenſatus*, tunc habeant heredes ipſum cum omnibus bonis ſuis.

Senes decrepiti in heredum tutela ſunt pariter ac bona eorum.

§. XXV. Item quicunque in villis forenſibus interfectus fuerit vel alia morte ſubitanea moriatur, tunc bona ſua *ronne arnekΦb* non arreſtantur, niſi illa, quæ tunc inuenta fuerint in villa forenſi, qua morietur. Item ſi aliquis contra aliquem docuerit legaliter, quod *terras venditas venales in placito non exhibuit*, tunc conſideranda deterioratio illius *monete* iuxta bonitatem monete *regis*

Norma in moneta diuerſæ bonitatis æſtimanda, quænam?

regis Voldemari & iuxta illam bonitatem ematur qualibet marca auri.

§. XXVI. Ad c. VIII. si occisus lib. II. sed de arrestatione ad c. XI. Vbicunque li. II. Item si occisor dixerit, se *in lecto adulterii*, aliquem *occidisse*, habens ad hoc duos testes, tunc veridici debent super mortem interfecti discernere, distinguendo: vtrum interfectus fuit in lecto adulterii? & si erat interfectus, tunc cognatis intefecti, propter *mortem eius, nichil emendetur*.

Iuste cæsus est, qui in flagranti adulterio occiditur,

§. XXVII. Ad c. XXXVII. si quis vulnera lib. III. Item si aliquis aliquem, pro suo seruitio, recepit, qui pro aliqua causa legitime conuictus est, si iniuriam passus ad aduocatus illum in placito incausauerit, qui eum tenet, cum iuramento cognatorum suorum, *se defendat* vel *exponat* illum statim, vt *satisfaciat* pro eo.

Seruus, criminis reus vel defendendus a domino vel exhibendus.

§. XXVIII. Ad c. LXX. nullus debet legaliter conuicto lib. II. Item violentia que dicitur *woldfor* est talis, si aliquis aliquem violenter tulerit alicui, contra voluntatem, & est potens super eum, tanquam super captum.

WOLDFOR, *si quis hominem inuitum apud se detinuerit.*

§. XXIX. Ad. c. XVII. si mulier lib. II & ad c. III. lib. II. Item mulieres pro furto non debent *suspendi*, sed *humari* debeant, & si inuenitur, quod sint impregnate, tunc abscindentur sibi ambe aures.

Mulieres non puniuntur suspendio.

§. XXX. Ad c. XCI. si quis captiuauerit lib. II. Item habeat vir plenam potestatem in testamento suo quicunque voluerit, *exceptis heredibus*, terras & alias possessiones *male acquisitas* resignandi & postea *pro anima sua* legare

De bonis male partis heredes nihil possunt percipere.

legare medietatem porcionis ſue, tam in bonis immobilibus, quam in bonis mobilibus, & ſi contentio fuerit, diſcernant ſuper hoc veredici.

§. XXXI. Ad c. XLIII. mulier lib III Item ſi aliquis de aliquo ius, quod *naam* dicitur *receperit contra leges*, quæ in libro legali continentur, tunc habeant licentiam cauſam *herrewerck* vel *rapine* proſequendi contra illum; ita tamen quod aliis, pro quibus conuictus erat, primo ſatisfaciat.

NAAM *Eſt facultas, certis caſibus, ſibi ipſi ius dicendi.*

§. XXXII. Ad c. LIX. ſi ille, qui alium conuicerit lib. II. Item ſi *veridici neſſningi* vel *denominati* ex parte alicuius decreuerint aliquem conueniendo & non confitetur eis, quum ille conuictus erat in aliis partibus, propter hoc non debeat puniri in penam; ſi vero per ſufficiens teſtimonium doctum fuerit, quod conuictus erat; tunc non diſcernant, ſi *executor* falſum teſtimonium eſſe docuerit, *ſoluat* ipſi pro *falſo teſtimonio*, vt ſupra dictum eſt, & *executor* cauſam ſuam ex nouo promulget in *proximo placito* ſubſequenti, & pro falſo teſtimonio ſunt redarguti.

Si veridici &c aliquem falſo iudicauerint reum, puniantur.

§. XXXIII. Ad c. VII. ſi diſcordauerint lib. II. Item *aperte littere* que dantur, debent ſtabiles eſſe, niſi poſſeſſor ſigilli, *cognatorum iuramento,* quod dicitur *Kyns neſſn*, ſe poſſit defendere, quod littere tales nunquam ex conſenſu ſuo date erant.

KYNS NEFFN.

§. XXXIV. Item ſi aliquis *litteras regis* impetrauerit illegaliter, ſoluat *bondoni* pro *prima littera vnam marcam* & *regi tantum*, & *vnam* pro *ſecunda* & *regi tantum*, pro *tercia*

cia vnam & regi tantum, pro *quarta littera bondoni tres marcas* & *regi tantum.*

Bona, quorum alienatio interdicta, oppignorari ne queunt.

§. XXXV. Item non poteſt aliquis alicui terras illas *inpignorare*, quas non poteſt ſecundum leges *ſcotando* alienare.

SCOTARE, *judicialiter bona ſua reſignare.* SKIODE *enim Danis eſt reſignatio in iudicio facta.*

§. XXXVI. Ad c. XXXIV. quilibet poteſt terram propriam &c. lib. primo. Item *arff bedhern*, *arff* illud non eſt ſeruandum in terris nec in bonis immobilibus, que poſt patrem & matrem, auum & auiam, hereditario iure, percipiuntur, ſed in hereditate bonorum mobilium, que a latere accidens contingit iure hereditario, poſt auunculum vel in conſimilibus uſque ad quartam lineam.

Condemnati iudicare non poſſunt.

§. XXXVII. Ad c. XVII. Vna hereditas lib. I. Item ſi aliquis in *ſtocke neffnd* conuictus fuerit, poſtea ad *diſcernendum* non debet *nominari* nec cogi, quamdiu poteſt docere, aliquem in illo *hareth* eſſe, qui iuramento *ſtocke neffnd* non fuerat conuictus.

Stocke-neffnd tempeſtiue vocandi ſunt, alias ſuam abſentiam poſſunt excuſare.

§. XXXIII. Ad c. LXVIII. qui conuictus lib. II. Itum de *ſtockeneffnd* ſi in *placito* XII. non inueniuntur, tunc nominentur, qui in *placito* fuerunt & inde nominentur abſentes, donec XII. fuerint & *tempeſtiue debent* ſuper hoc *certificari*, ne executio abſentie fiat, ſicut *veridicorum.*

Teſtimonium placiti, ein gerichtliches atteſtat.

§. XXXIX. Ad c. LXIV. ſi quis imputatum lib. III. Item quicunque dixerit, quod terras ſuas *venales exhibuit*, docet hoc per *teſtimonium placiti* & aliter non teneat idem, quia contra teſtimonium placiti legibus ſe non defendat.

§ XL.

§. XL. Ad c. XXXIV. quilibet potest terram lib. primo. Item si aliquis pro aliquo *fideiusserit*, qui *vitam* vel *membra tenentur amittere*, *emendent delictum illius in pecunia*, vt exprimunt leges, & soluat *bodoni* XL. marcas & regi tantum, si ille fugam dederit pro quo fuit fideiussor.

Fideiussor pro delinquente in pœnam pecuniariam condemnandus.

§. XLI. Ad c. LXII. si quis fideiusserit lib. II. Item *bede brenne ker brenne sko wflar* si possessores vnius campi possessores vici nos super talibus causis impecierint, tunc qui impetuntur, *emendant* illud delictum & si *emendare* non sufficiunt, tunc possessores illos sine culpa ad *placitum* deferant, & aduocatus faciat eos perfecto *excoriari*; si vero fugam dederint, vbicunque deprehensi fuerint per quoscunque, ferantur sine culpa ad *placitum*.

HEDEBRENNE, *qui filiam incendit.*

EXCORIARI, *den staub-besen bekommen.*

§. XLII. Ad c. penult lib. III. si suppofuerit. Item quicunque in villis forensibus, que dicuntur *axel kφbing lagena ceruisie* carius emere presumserit, quam pro *x Φris*, soluat *tres marcas* de qualibet, dimidietatem recipiat aduocatus & aliam dimidietatem recipiant ciues; in villis autem forensibus portum habentibus, ematur pro *una marca*.

Cereuisia nimis carei emi non debet.

§. XLIII. Item *sepes* que dicuntur *rogh wongs gerde* debent sepiri ante festum beati Martini. Sepes autem que dicuntur *woorsede gerde*, debent ante festum beate Walburgis sepiri.

§. XLIV. Ad c. LIX. seps que fit pro filigine lib. III. Item notum sit quod *igildh* est tantum, quantum *fur abstulit bondoni* & *thwigild* est in *dupio tantum*.

IGILDH. THWIGILD.

§. XLV.

§. XLV. Ad c. XC. ſi fur furatus lib. II. Item *tutor alienus*, qui eius propinquior ſit cognatus, non obſtante, ſi non ſit ſufficiens in bonis immobilibus ſiue aliis bonis, nichilominus maneat tutor, dummodo pro ipſo fecerat *cautionem*.

STABELLVM PLACITI locus vbi iudicium habetur.

§. XLVI. Ad c. XXX. Vitricus lib. I. Item delictum *herrewerck* ſit illud, ſi aliquis communem pontem vel *ſtabella placiti* fregerit, & illi, qui pontem reparare conſueuerunt, conſtituant executorem huius cauſe; ſi vero *ſtabella placiti* fracta fuerint, conſtituatur *executor* ex parte *communitatis*, qui illud placitum viſitare.

Eorum, qui pace priuati ſunt, quotannis aliquoties recitanda ſunt nomina.

§. XLVII. Ad c. XX. ſi quis intrauerit li. II. Item ſcribenda ſunt nomina eorum, qui *pace priuantur* & placito, quo pace priuantur, debent dicta nomina *omni anno ter* vel *quater*, quum maior congregatio populi affuerit, *promulgari* & cunctis pateat, quod pace ſunt priuati.

Thelonia rex nequit exigere absque ſtatuum conſenſu.

§. XLVIII. Ad c. XXII. ſi quis pace priua. lib. II. Item *nulla noua theolonia, ſine conſenſu Danorum, imponantur*. Item generale conſilium ſemel in anno Vibergis celebretur.

Quænam leges debeant obſeruari.

§. XLIX. Ad c. I. quando expeditio lib. III. Item ut leges *Voldemari* regis, exceptis illis que in hiis ſcriptis ſunt correcte, obſeruentur.

§. L. Item leges *Erici* regis bone memorie, que *handfeſte* dicuntur, ſeruentur. Item iſte correctiones, que per regem *Voldemarum* ſunt confirmate tanquam leges inuiolabiliter obſeruentur.

§. LI.

§. LI. Ad c. XII. si filius existens & c. XIX. si pueri lib. I. Item *tacita communitas* est, si *mortuo viro*, mulier cum pueris resi det & ipsorum patrimonio, per cognatos in placito non promulgato, virum receperit le gitimum, tunc omnes sint in *tacita commu nitate;* idem est, si mortua mulier est, & vir vxorem receperit, tunc sunt omnes in *tacita communitate*, & si vir pueros habet & bona materna non sunt in placito promulga ta, ex tunc ipse & ipsa & pueri viri & mulieris inuenta sunt in *vna tacita communitate bonorum* MOBILIVM.

Post mortem patris liberi in communione sunt cum matre eorum, quæ etiam inter illos liberos habet locum qui ex diuersis matrimoniis pregnati sunt; sed in mobilibus tantum bonis.

§. LII. Item notandum, quod in istis nouis legibus omne iuramentum cognatorum sit iuramentum *neffn i kyn* & in eisdem legi bus iuramentum, quod dicitur *stockeneffn* con tinet XIII. denominatos & quidquid plures illorum iurauerint, hoc ita ratum sit, quod ipsorum iuramentum nunquam possit in ir ritum reuocari, sicut supra dictum est.

Iuramentum cognatorum NEFFN I KYN.

§ LIII. Item quicunque, *per multitudi nem populi*, ad bona alicuius* & ibi iniurias bondoni intulerit, per modum qui dicitur *stφflingh:* tunc iniuriam passus executione sui nunquam careat antequam rex ad *placitum generale* peruenerit & XIII. *meliores* tunc in *pla cito* existentes nominari fecerit & ad discer nendum super hoc mandauerit, & denomi nati debent eodem *placito* discernere super quantitatem dampni sui & quotquot iuramen to ipsorum conuicti fuerint, sint pace priuati & iniuriam passi ex bonis ipsorum reddentur indampnes & eisdem bonis emendetur regi ius XL. marcarum propter violentiam, que in

STOFFLING, i. e. vi bonorum raptorum delictum; comprehendit quoque iniuriam vel damnum IN TVRBA *datum. pœna eius.*

in regno regis infertur vindicando se & regem iudicem contempnendo.

Merces carnificis. SAAL est quantitas pecuniæ, XXX marcas comprehendens, vid. infr. §. 71.

§. LIV. Item quicunque fuerit *executor homicidii*, habeat de quolibet *saal* tres marcas pro *executione* & labore suo.

§. LV. Ad c. X. si rex dederit lib. II. Item non potest *aduocatus* assumere sibi *executionem causarum* in illo vel forensi villa, vbi aduocatus est, nisi nullus executionem illam voluerit acceptare.

Qui confitetur vxorem se alterius corrupisse, capite plectendus est. Inficians vero vel cognatorum iureiurando se purgat vel, pro abolitione, XL. marcas his soluit.

§. LVI. Ad c. X. si rex dederit ali. lib. II. Item si in *placito* aliquis fatetur, se legitimam alterius vxorem carnaliter cognouisse, capiatur & *decolletur;* si autem per maritum vxoris accusatur in placito pro dicto facto, si negat, defendat se iuramento cognatorum quod dicitur *neffn i kyn* aut soluat XL. marcas & regi tantum.

Si quis hospiti non satisfecerit pro expensis.

§. LVII. Ad c. XXXVII. si quis vulneratus fuerit in lecto lib. III. Item liceat quilibet sine omni scandalo hospitibus expensas receptas non soluerit & domesticus contradixerit, tunc contra hospitem super expensas sic receptas causam rapine prosequatur, si expense adhuc minus, quam dimidiam marcam valuerint; qui sic fecerit, sit honor coram omni populo & hospitanti indiscrete sit *scandalum* in regno vniuerso; *religiosis* & *sacerdotibus* liceat talem causam prosequi per *executorem* constitutum.

Egregia deriuatio vocis: FOEDUS.

§. LVIII. Ad c. XLIV. Pro vna cyroteca lib. II. Differentia inter *pax* & *treuga* & *fedus* pugnantes & dicitur a *fœdus, da, dum,* fuit etenim olim consuetudo, quod cum aliquis vellet inire *fedus*, quedam *porca sacrificaretur*

coretur in hunc modum; maior ex ista parte & minor ex alia siue esset imperator siue rex siue alius princeps, tenebat porcam illam & ipsam percutiebant & turpiter occidebant, quod sic occidatur ille, qui a pace resilierit, & inde dictum est *fedus* a porca feda id est turpiter occisa cuius mors aptabatur ei, qui a fide resiliret, vel dicitur *fedus* a *fide*, vel dicitur ab *hirco* & *edo*, f. littera addita vel potius posita *ph*. que habetur pro nomine hircus & dicitur fedus sic, quia *hircus* & *edus* cum *porca* *immolabatur* in federe faciendo & secus preuenit pacem, sed federis partes sunt inducie dicte, quasi *in dies ocia* vel *induciamenta*. Hec catholicon. Nota *pax* a *pactum* de riuatur, hæc *pax, pacis*, quia posterior pax accipitur & fedus primum initur & dicitur, *pax* quasi *prelium arcens* & est ethimologia. Item *treuga, ge*, est scriptio regalis vel securitas. Item *fedus, federis*, id est *pactum* vel *pax*, que fit inter dimicantes. Item si quis delictum *huffredh* in villa forensi commiserit, tunc fiat in placito illius ville executio *huffredh* per villanos ibidem habitantes consimili modo sicut in rure. *Vnde* INDVCIARVM, *nomen.* PACIS *etymologia.* TREVGA *quid?* HVFFRED

§. LIX. Ad c. XXXVIII. Si quis fregerit & XI. c. Vbicunque homo fuerit lib. II Item firmandum est semper iuramentum plurimorum *veridicorum*, *nessningorum* & *denominatorum*, nec improbatur; ille autem cum quo pauciores iurauerint tenetur litteras inquisitoris recipere & non alter & semper ille recipiat litteras inquisitoris, qui se sentit indebite pregrauari & non alter. *In iudicio illud est respiciendum, quod pluri um sacramento assertum.*

Vindicta priuata licita quidem in delinquentis cognatos, sed illos tantum, qui criminis conscii fuerunt.

§. LX· Ad c. LV. si quatuor vnum & reliqui quatuor aliud & ad c. XV. De quolibet affhogh lib. II. Item quicunque *vindictam* in aliquem intulerit *propter excessus cognati* vel amici sui, discernantur qui *vindictam* intulit *innocenti.*

§. LXI. Ad c. VIII. si quis occisus fuerit quinta feria ante nonam libro II. Item si *veridica* vel *neffninga* vocauerit tertio placito, quo *veridi* vel *neffningi* discernere teneantur, ex tunc *veridici* vel *neffningi*, qui primo post instituantur super causis prius promulgatis non primo placito postquam instituti fuerint, discernant, sed secundo placito vtantur *fyllingh* prius pro iuramento ipsorum testificantibus vel testantibus & ex nouo non debent veridici pro eisdem vocari ad *placitum generale.*

Veridici qui iudicium subterfugiunt. Eorum pœna.

§. LXII. Ad c. LI. quicunque compossessor est lib. III. Item seruetur idem si *veridici* vel *neffningi* vel *denominati* sub silentio transierunt illegaliter de placito & tunc soluat quilibet illorum *bondi* & *conquerenti tres marcas* quia sibi ius suum, silendo, abstulit illa vice.

§. LXIII. Ad c. LXXXI. neffningi debent iurare lib. II. Item seruetur idem, si violenter impediti fuerint, quod ad *tercium placitum* venire non possint; ita tamen quod sex fidedignos de suo *hæreth* in testimonium habeant, quod erant violenter impediti.

Si quis infra TREVGAS occiderit aliquem

§. LXIV. Ad c. XII. si discordauerint §. IV. Item quicunque alium infra *treugas* occiderit vel vulnerauerit, sit ex ipso facto pace priuatus, & vtrum infra treugas factum fuerit an non? super hoc debent veridici suo dis-

discernere iuramento; pro vulneribus tamen factis de bonis læso satisfaciat.

§. LXV. Ad c XXIII. si quis primo recipit lib. II. Item si *homo regis hominem regis* leserit, emendet sibi vltra ius commune XL. marcas & tantum regi; nisi, qui lesus fuerit, insultum fecerit quod dicitur *aarath*.

§ LXVI. Ad c. XXV. lib II. Nota *homo regis* id est *nobilis*, leserit *hominem regis* id est *nobilem*. Item pro omnibus delictis pro quibus debent XL. marce emendari vltra ius commune, si lesus dixerit, aliquem se lesisse & in ledendo sibi fecisse insultum, quod dicitur *aarath*, debent veridici distinguere iuramento, distinguendo tamen super dicta lesione iurauerit quis illorum, quod alteri fecit insultum; similiter debent veridici distinguere suo iuramento :- vtrum vulnus factum sit cum *cultello*, aut *non*? *Homo regis, qui?*

§. LXVII. Ad c. XXII. si quis alium occiderit lib. III. Item statuendum est, quod quilibet pro quacunque causa *pacem secure veniendi;* vel *denominati* discernere debeant pacem habeat, & si pace priuatus fuerit, deinde ad *tres dies & noctes fugam dandi quo voluerit*, securitatem habeat pro cognatis, & si cognati ipsum infra ipsas *treugas* preter regem, ex consensu *lutensium, Fyonensium* acceptas vulnerauerint, vel occiderint: sit ipso facto pace priuatus & vtrum inter treugas istas factum fuerit an non, super hoc veridici suo distinguunt iuramento, non obstante quod ille pace priuatus fuerit quia per *Danos* acceptas & per regem confirmatas erat interfectus vel vulneratus. *Inferiores iudices possunt saluum conductum dare.*

 §. LXVIII.

Si quis accusatus de homicidio absolutus fuerit,

§. LXVIII. Ad c. XXII. lib. II. Item corrigendum est capitulum de *homicidio* ita videlicet; quicunque pro morte alicuius impetierit, quod tunc veridici eundem & non alium, pro dicta morte, conueniunt vel defendunt, si ille qui impetitur, *fatetur se fecisse;* tunc veridici, *iuramento suo*, distinguant: vtrum debet pace carere aut non? Si vero negauerit & veridici ipsum defenderint, & postea, *testimonio episcopi & aliorum fide dignorum*, in prouincia doctum fuerit, quod reum defenderunt, extunc sit ille *pace priuatus*, quia homicida erat & negauit se fecisse & pace merito priuabitur, quia erat crudelis occisor qui dicitur *mordhern*, quia factum suum negauit. Si vero veridici illum, qui impetitur pro morte, conuincunt & postea *testimonio episcopi & aliorum fide dignorum* de prouincia doctum fuerit, quod innocentem conuicerunt; ex tunc ille, si pace *illegaliter* priuatus fuit, per veridicos paci sue, conuictis veridicis *restituatur*, & si ex toto innocens fuerit, ex tunc iuxta ipsorum testimonium iudicetur pro dicta morte excusatus & excusator cause hoc sibi imputabit & non legi, quia innocentem impetebat.

postea vero conuictus.

Pœna eius.

MORDHERN

Si quis insons fuerit damnatus restituendus in integrum, innocentia eius comperta.

Si quis ad iudicium eunti nocuerit, committit delictum quod Dani THINGFRED *vocant,* SYSEL *est iudicium inferius*

§. LXIX. Ad c. VII. & VIII. & IX. Item sciendum est, quod quicunque ad placitum accesserit & *in via aliquis contra* eum deliquerit ad distantiam a loco placiti, quo a placito videri potest illud delictum, sit *thingfred* delictum, per totum diem integrum, quo placitum *ha. reth* vel *sysel* tenetur, si aliquis contra aliquem in recessu a placito deliquerit. Si vero in *recessu a placito generali* contingat

tingat, tantum pax illa per totum diem & sequentem durabit; si in placito contingat tunc eodem placito promulget delictum illud & in secundo placito ad discernendum super hoc faciat XII. fide dignos nominari & tercio placito discernant & in recessu a placito, si lesus fuerit, tunc sequenti placito promulget delictum.

§. LXX. Ad c. XCI. Si quis captiuauerit. Item si aliquis bona sua in *placito* alienauerit & ad annum bona eadem quiete tenuerit, defendat ea sibi iuramento cognatorum & *precium receptum exponat.*

Bona in iudicio alienata neque tradita emptori intra annum, possunt retineri; restituendum tamen precium.

§. LXXI. Ad c. XXXVII. primi lib. Item statuendum est, quod in quolibet *saal* sit *summa XXX. marcarum* in prompta pecunia & nullus cognatus emendare cum cognato suo cognatum; tamen si pace priuatus fuerit, tunc soluant cognati duo etthesaal semel & non sepius.

§. LXXII. Ad c. XXVI. lib. II. Item si *nominatus* ad nominandum, *denominatos* non inuocauerit, soluat *bondoni* & regi XL. marcas & si *aduocatus* illum nominare noluerit, qui denominandos debet nominare, soluat tantum & tunc iniuriam passus nominet ad nominandum, quem voluerit. Similiter sic faciet, si *aduocatus* vel eius *officialis* non sit in *placito* vel aliquis illorum impetitur, pro causa principali.

Si quis iudices non nominauerit cui facultas nominandi competiit. OFFICIALIS, *des aduocatem Geuollmächtigter.*

§. LXXIII. Ad c. LII. lib. II. Item quicunque *vulnus in placito promulgauerit* & cum ueridicis non fuerit *prosecutus*, *soluat regi tres marcas.* Si vero aliquis alteri iniuriatur vulnerando vel alio modo, si aduocatus, *pro*

Si accusator, in criminali caussa ERE MODICIVM *fecerit.*

In caussis huiusmodi aduocato regio agendi competit facultas.

iure regio, voluerit, impetat iniuriantem & satisfaciat sibi vel manu duodena se defendat, iniuriam autem passum non impetat quocunque modo.

THINGHORINGE, testes iudiciales, qui audiunt, quod agitur inter partes.

§. LXXIV. Ad c. XXIX. lib. II. Item si aliquis alteri *in placito leges firmauerit*, tunc quilibet illorum nominet sibi duos *thinghoringe* & aduocatus & alii meliores nominent eis tres *thinghoringe* & quicunque illorum, sine occasione legitima se absentando, interfuerit cum *leges dantur*, soluat conquerenti III. marcas & regi tantum.

§. LXXV. Ad c. XVIII. lib. II. Ille autem qui *leges firmauit*, debet *conquerentem* expectare ab ortu solis vsque ad meridiem. Vtrum autem *leges dantur* vel *soluuntur* & vtrum affuerit & expectauerit *dando leges*, quum *conquerens* illos petit, super hoc illi septem debent testimonium perhibere; quod principales illorum testantur, hoc sit irritum & quilibet illorum soluat bondoni tres marcas & regi tantum, pro falso testimonio. Quicunque tunc in illa *congregatione* alium *vulnerauerit*, *verberauerit* vel *occiderit*, soluat bondone vltra ius commune XL. marcas & regi tantum, si conuictus fuerit. Item homo legaliter conuictus pro quacunque causa non debet recipi in *neffningum* vel *veridicum* siue in *denominatum*.

Si quis infirmitate detentus illatam sibi iniuriam non potuerit persequi.

§. LXXVI. Ad c. I. lib. II. Item si iniuriam passus infirmatur, non valens venire ad *placitum* quo executio causae sue, per *veridicos* vel *neffningos* siue *denominatos*, aut quocunque alio modo debeat determinari, cum restitutus fuerit sanitati, veniat ad *placitum*

& ha-

& habeat per se vicinos suos sex testantes, quod in infirmitate sua fuit impeditus & tunc per *duos testes* ex nouo citentur ad discernendum proximo placito subsequenti; & idem possent facere heredes, si infirmus moriatur.

§. LXXVII. Ad c. LXXV. lib. II. & ad c. CX. si ille lib. II. Item si terre bondoni vel regi pro iure suno* fuerint estimate, tunc ille, qui eas possidet, posset eas redimere, vel cognati sui infra terminum, & si sic redimerint ex tunc cedunt ipsis perpetuo.

§. LXXVIII. Ad c. VII. lib. II. Item si pro *causis trium marcarum* conuictus fuerit aliquis, excepta executione *manhelleth maal*, si appellare voluerit vel aliquis, nomine suo, ad iudicium regis appellet, *in eo debet d e in placito*, quo *conuictus fuit*, & iter recedendi arripiat *infra quindenam; si appellauerit* & non fuerit *prosecutus*, tunc soluat bondoni tres marcas & regi tantum. Sed si non appellauerit, tunc teneatur aduocatus, sub pœna trium marcarum, assumptis secum quatuor fide dignis, ad domicilium conuicti accedere & *bondoni* iusticiam facere & regi; ita tamen quod prius seruauerint ibi tria *lagdage*. Si quis aduocatus ad primam monitionem non fecerit bondoni iusticiam, soluat sibi sicut dictum est, pro contumacia tres marcas & tantum pro secunda admonitione & tantum pro tercia admonitione & tantum pro quarta. Si tunc non fecerit sibi iusticiam, exinde possit eum cogere per *litteras regis* ad faciendum sibi iusticiam & ad satisfaciendum ei pro contumacia. Aduocato autem & se-

Manhelleth maal si quis, tribus terminis, ob contumaciam, condemnatur: Appellatio statim interponenda & intra spacium XV. dierum apud regem prosequenda. Lagdag, Est terminus peremptorius, comparitionis vel solutionis.

quacibus suis, si bondoni iusticiam (*) fecerit, tunc debet imponi causa *herrewerck* vel rapine.

Citatio rei fieri in ecclesia debet.

§. LXXIX. Ad c. LXXVII. lib. II. Item homo citandus ad *placitum* citari debet apud *ecclesiam* suam coram parochianis, *dominica proxima ante placitum*, per duos testes.

Rex neminem restituat extelem, nisi satisfecerit leso.

§. LXXX. Ad c. L. quicunque lib. I. Item quacunque causa aliquis pace priuatus fuerit, rex non restituet eum paci, antequam satisfecerat iniuriam passo.

§. LXXXI. Ad c. XXII. lib. II. Item quicunque promiserit in placito alicui bona sua vendere, ad implendum hoc tenetur obligatus. Si vero bona alterius vendere promiserit & non impleuerit, soluat bondoni tres marcas & regi tantum.

§. LXXXII. Ad c. XLII. lib. II. Item si aliquis aliquem de curia sua vel ecclesia expulerit & fugauerit, vel traxerit extra curiam suam vel ecclesiam, & postea eum in fuga existentem extra curiam leserit, hoc delictum sit *huffred brode*.

Huffred brode, ein hoffriedensbruch oder des Gotteshausfriedens.

§. LXXXIII. Ad c. XXV. lib. II. Item quicunque aliquem in taberna que dicitur *rissboth*, loco aggere circumdato, vel in *naui* vel in *cimiterio*, per insultum, quod dicitur *rathin raath*, leserit vel hiis locis fugauerit vel traxerit, & postea ipsum, in fuga existentem, leserit, hoc delictum sit *huffred brode*.

Si quis alterum de aratro suo fugauerit

§. LXXXIV. Ad c. XXXII. lib. II. Item si aliquis aliquem fugauerit & expulerit de *aratro*

(*) *hic negationem puto abesse.*

tra suo, hoc delictum sit *herrewerck*, si ipsum leserit.

§. LXXXV. Ad c. XXX. lib. II. Item *legalis est exhibitio.* Si puella vel vidua in placito *ha. ret*, in quo habitat vel *sysel* vel *placito generali*, cum se exhibuerit cognatis vt ipsam *maritent* in eodem placito, quo se primo exhibuerit, debet exhibitionem suam prosequi. Ad c. VIII. primi lib. Item *leges* que debent *solui* decima die, & decima dies si fuerit festiua, tunc *soluantur in profesto.* Si profestum fuerit *festiuum*, tunc soluantur in *profesto profesti.* Et plane intelligendum est, quod semper soluantur *leges* pro quacunque causa, excepto *manhellet maal*, in die proxima ante festum & dies quo leges firmantur *non debent computari.*

Puella agnatos in iudicio conuenire potest, vt illam viro despondeant.

Leges debent solui h. e. legibus satisfieri debet.

§. LXXXVI. Fa per argumentum ad c. L. primi lib. Item fa per argum. ad c. LXXXI. lib. II. in fine capituli in versu: debent iurare. Item quicunque alicui infra quintam lineam attinet, ipse potest cum eo *leges dare.* Item quicunque cognatos non habet, infra regnum iuret solus *per sanctos*, quod cognatos non habet infra regnum & postea defendat se manu *duodena hominum*, qui dicuntur *lag feste men.*

§. LXXXVII. Fa ad i primi libri vbi dicitur de tercia linea. Item si rex duxerit expeditionem naualem redimendam tunc; de qualibet *haffne*, soluantur tres marce denariorum.

Haffne, societas hominum, qui tenentur seruire nauibus.

§. LXXXVIII. Ad c. XIX. lib. II. Item pro *falso testimonio in placito* prestito, soluat testis

Pœna falsi testimonii

testis ad minus III. marcas bondoni & regi tantum.

Reo spacium deliberandi concedendum est.

§. LXXXIX. Ad c. primi libri in glossa. Item si aliquis aliquem *in placito*, pro aliqua causa *incusauerit* pro qua *non est citatus* ad placitum, habeat spacium deliberandi, quid respondeat, vsque ad proximum. Item quicunque *vxorem alicuius carnaliter cognouerit* & ipsam marito abstulerit occulte vel aperte, sit pace priuatus, si in recenti opere fuerit deprehensus.

Pœna adulterii.

PROCESSVS *in hoc crimine.*

§. XC. Ad c. LI. neffningi lib. II. Si vero maritus ipsum accusauerit pro tali delicto, tunc debet iuramento *stocke neffnd* de illo *ha. reth* defendi vel conuinci, si fuerat conuictus, sit pace priuatus.

Si quis inuitam stuprauerit.

§. XCI. Ad c. XXXVII. lib. III. Si aliquis alicui abstulerit filiam, sororem vel aliam cognatarum & ipsam carnaliter cognouerit per nupcias vel sine nupciis, destinguant veridici iuramento suo: vtrum *prima vice oppressa fuit vi* vel non, licet ipsa postea consenserit, & *si iurauerint, quod ipsa oppressa fuit vi*, sit ipse pace priuatus. Sed si ipsa oppressa fuit vi vel non, tamen super hoc veridici distinguant: vtrum fuit sibi ablata vel non? vel si ad hoc conuincitur, soluat bondoni XL. marcas & regi tantum & preter hoc potest causam *herrewerck* prosequi, si sibi factum fuerit tempore quo ablata fuit cognata, de ista scriptura & correctione nolo argui, quia breuitas temporis in illa studere & meditari non permisit.

§. XCII. Ad c. XVI. & VII. libri II. *Item quamdiu homo viuit, semper ignorat, ergo omni tempore vite sue addiscere debet, vbi est terminus vite, ibi est terminus addiscendi.*

Nota

Nota: istam constitutionem dedit VOLDEMARVS *rex* ex parte filii sui CHRISTOPHERI. Constitutio *regis* VOLDEMARI, patris MARGARETHE *regine*.

§. I.

IN *nomine domini amen.* Nos *Voldemarus*, dei gracia *Danorum*, *Slauorum* rex & *Christoferus filius noster dilectus*, *dux Lalande*, propter ingentem penuriam & innumera, exorti discriminis incommodo, in regno nostro *Dacie* hucusque, prohdolor! illata, subueniendi salubrius & delenda quoddam parlamentum, sub *anno domini* MCCCLX. *die pentecostes*, cum dilectis *hominibus & vasallis*, *nostris militibus*, *principibus*, *inclitis dominis*, *Voldemaro*, eadem gracia & *Henrico filio suo*, *ducibus Iutie*, *venerabilibus patribus ac dominis episcopis*, *militibus*, *militaribus ceterisque regni nostri Dacie communitati & incolis* infra scriptis specialiter in *kalingburg* celebrauimus, & regnum nostrum *Dacie* vigori & reformationi meliori subsistat, cooperante gratia spiritus septiformis, quod ipsius S. festo huiusmodi statuta *handfestungh* & decreta composita & facta. In primis *promittimus sub fide nostra regia* & filius noster *Christoferus* perdilectus *omnes articulos infra scriptos firmos & inuiolabiles obseruare*.

Constitutio VOLDEMARI *regis &* CHRISTOPHORI *filii eius anno* 1360.

Dieta KALINBVRGI *habita cum primoribus & statibus* DANIAE *regni. Rex suam fidem obstringit cum filio, ad sequentia obseruandum*

§. II. Primo omnes terre regno *Dacie* nunc adiacentes & inposterum, deo dante, acquirende legibus & iuribus suis, prout in *veris*

Antiqua iura firmantur subditis.

veris antiquis libris legalibus continetur, libere vti debeant, prout tempore regis *Voldemari* & aliorum progenitornm nostrorum felicis recordationis liberius & melius perfrui consueuerint.

Idem speciatim fit ducibus IVCIAE.

§. III. Item dominus *Volderrarus* & *filius suus Henricus*, predicti *duces Iucie*, & eorum heredes omnibus iuribus suis libere & bene vti debeant, prout aliqui ducum *Iucie* eis vsi liberius & melius fuerunt ab antiquo.

Duces hi econtrario promittunt conseruare pristina suorum subditorum iura.

Item eidem domini duces promittunt bona fide; vt permittant homines suos & incolas sui dominii vniuersos libere & bene omnibus suis iuribus vti, sicut antiquis progenitorum suorum *hominibus suis* & *incolis* liberius & melius vti permiserant & gaudere ac homines eorundem ducum, ad hoc sint coadiutores efficaces quod eidem duces & eorum heredes suis iuribus libere & bene gaudeant, sicuti progenitores eorundem ducum melius liberius vti consueuerant ab antiquo.

EPISCOPORVM *consulitur libertati ac priuilegiis*

§. V. Item quilibet *episcoporum* in regno *Dacie iuribus & libertatibus suis libere & bene gaudebit*, prout eorum predecessores suis iuribus & libertatibus usi liberius & melius fuerant ab antiquo.

Etiam ab ABSENTIBVS *præsens conuentio debet signari.*

§. VI. Item si aliquis episcoporum *regni Dacie*, pro nunc non presens, huiusmodi statutis, & liberius vti voluerit, ipsa statuta & *handfestungh* ratificare debeat & suo sigillo vna nobiscum roborare.

Nec non ab illis qui ditionibus regni in futurum accessuri sunt.

§. VII. Item si aliquid terre siue domum a regno & corone Dacie in posterum acquiri poterit, quo quando & si ipsarum terrarum & domorum incole ipsis statutis *handfestungh* iuri-

iuribus & libertatibus libere & perfecte vti decreuerint, ex tunc ipsa statuta & *handfestungh vna nobiscum suorum sigillorum appositione roborabunt.*

§. VIII. Item *capella, monasteria, ecclesie & ecclesiastice persone ad sacros ordines tam minores quam maiores ordinate*, iuribus & libertatibus suis libere & bene gaudebunt, prout liberius & melius vti consueuerunt ab antiquo. *Firmantur monasteriis, ecclesiis & clericis sua iura.*

§. IX. Item *milites, militares domine, virgines, mercatores, hospites, bondones & rustici* antiquis suis iuribus libere & bene vtantur, sicut liberius & melius vsi fuerant ab antiquo, *vt & reliquis Daniæ regni incolis & subditis.*

§. X. Item nullus in regno nostro *Dacie captiuabitur, nisi in recenti facinore raptus* vel super hoc *legaliter conuictus* vel *in iure confessus.* *Nemo tradendus custodiæ, nisi in flagranti delicto comprehensus vel confessus aut conuictus.*

§. XI. Item *de concordi consilio & vnanimi consensu pociorum regni nostri Dacie ordinauimus*, quod *parlamentum*, quod dane *hoff* dicitur, in primis tribus annis proximis & proxime subsequentibus in *Kalingburgh* celebretur, & illis tribus annis elapsis ipsum *parlamentum* in *Nyburgh* annuatim, in die *natiuitatis beati Iohannis baptiste* celebretur, prout antiquitus est consuetum. *PARLAMENTVM siue dieta Daniæ ordinarium, vbi & quando habendum;*

§. XII. Item si quis aliquem in ipso parlamento, dane *hoff, conuenire vel incusare* voluerit, eum prius in placito pronunciati sue *ha. reth premoneat & legaliter citet*, vt ad ipsum *parlamentum* veniat pro se ad obiicienda legittime responsurus, nisi legittimis impedimentis fuisse docuerit impeditus. *Conuenieudus ibi, ab actore, citari debet.*

§ XIII.

Spondent status legum subsequentium obseruantiam.

§. XIII. Nos *duces, episcopi, milites, militares totaque communitas Dacie* & quilibet, propter magnam graciam & internam beniuolentiam, nobis per dilectum dominum nostrum, regem *Voldemarum* predictum, quantociens & pluribus antea, sed nunc specialiter impensam etiam de cetero vt speramus, per dei gratiam, impendendam vnanimiter conuenimus & nos & quemlibet nostrum pro se, *ad tenendum statuta omnia handsestungh & articulos infra scriptos*, sub fide nostra *promittimus & firmiter obligamus* recognoscentes hoc speciali spiritus S gratia, cuius festo hec acta sunt nobis accidisse.

Tenentur omnes hæc CONVENTA *subsignare; nisi horum iurium expertes esse voluerint: Promittunt status operam suam aduersus transgressores.*

§. XIV. Primo quicunque infra scriptorum hiis statutis *handsestungh*, iuribus & libertatibus vti & gaudere voluerit, has presentes litteras, *horum sigillorum appositione*, roborabunt; & si *apponere sigilla sua noluerint* hiis *handsestungh* & iuribus nobiscum non vtantur.

§. XV. Item si aliquis infra scriptorum vel quicunque alius, in *regno Dacie* existens, huius *statutis* & *handsestungh* contrarie voluerit vel oppositum fecerit, ad hoc nos omnes cooperari efficaciter debemus, vt huiusmodi transgressor statutorum, secundum exigentiam legis terre, iudicetur & debita pœna punietur specialiter contra illos, qui infra *regnum Dacie rapinam, incendium* & *captiuationem* faciunt ex auxilio, & consilio dominos extraneos & homines inducunt, qui *regno Dacie* officere poterint vel nocere.

Quibus minatur, præter bono-

§. XVI. Quicunque autem huiusmodi statuti ingressor in recenti facinore deprehensus

vel

vel legaliter conuictus fuerit, *pace & bonis priuabitur atque vita.*

rum amissionem, supplicium.

§. XVII. Item quicunque *subscriptorum transgressor* vel aliorum, cuiuscunque status aut conditionis existat, contra *dominum regem vel filium eius coronamque Dacie* notabiliter deliquerit, secundum exigentiam legis terre iudicetur & debite punietur & ad* omnes communiter & singulariter cooperabimur toto posse.

Præsens & subscriptorum est pœna, si hæc violauerint temere.

§. XVIII. Item promittimus omnes & singuli & quilibet pro se sub fide bona sicut prius, ne quis nostrum apud aliquem *sine libera licentia hospitis, iniuste & irrationabiliter hospitetur.*

Alterius hospitio non vtendum eo inuito.

§. XIX. Si quis autem nostrum infra scriptorum vel alii quicunque in *regno Dacie*, quod absit, oppositum fecerint & si in recenti facinore deprehensi vel legaliter conuicti fuerint, tanquam *publici latrones* iudicentur & secundum leges terre debite punientur & ad hoc coadiuuare debemus toto posse.

Manifesti violatores borum, vt latrones, puniendi.

§. XX. Si autem aliquis ipsum *parlamentum* visitare noluerit*, mera & perfecta & bona securitate ad quindenam ante & quindenam post dictum diem beati Iohannis plenarie perfruatur, quam quidem securitatem infringere nolumus, & si aliquis nostrum vel alter quicunque ipsam securitatem aliqualiter infregerit, eo ipso penam *orbote maal* sciat se passurum.

XXX. dierum securitas sancitur, omnibus ad dietam, venire volentibus

Si quis grande delictum, puta sacrilegium, ce- dem in dieta vel loco sacro, committit, quod orbotemal vocant.

§. XXI. Si quis in ipsam penam *orbote-maal* inciderit per dominum nostrum regem & aduocatos & officiales suos, secundum leges

ges terre, debite punietur & ad hoc coopérabimur toto nisu.

Nemo in iure inferiorem supprimat.

§. XXII. Item nullus cuiuscunque status aut conditionis existat, alium inferiorem se vel minus potentem supprimat vel compellat ad hoc, quod ius suum in placitis vel iudiciis prosequi non valeat; quod si fecerit & hoc contra eum rationabiliter edoctum vel probatum fuerit: illud, *pro quo agitur, primo perdat* & *postea* domino regi, tanquam in lite legaliter succubuisset, secundum leges terre *penitus emendabit.*

Si affecerit quis aliquem verborum contumelia. MANNIGH, IN IVRIA *illata in publico loco.* *Forefactum delictum extra regni prouincias admissum.*

§. XXIII. Item quicunque verbis malis aliquem & contumeliosis, que *mammgh* dicuntur, coram predicto domino nostro *rege* vel in *curia sua*, seu coram *dapifero* suo vel *marscalco, in iudiciis existentibus, in parlamentis, in placitis, iusticiariis generalibus* vel *spiritualibus* terrarum *Dacie* allocutus fuerit vel infestauerit: *super quibus & pro quibus loquimur, primo perdat* & cum hoc secundum leges terre emendabit.

Integrum cuique est de iniuria vel ab officialibus regis vel ab ipso rege passa iniuriam queri.

§. XXIV. Item si dominus noster prefatus, aduocati & officiales sui, super aliquo *forefacto* iuste & secundum leges terre vindicauerint, sibi vel suis a nemine per modum inimicitie vel odii aliqualiter imputetur.

§. XXV. Item si quis *iniuriam ex domino nostro rege*, suis *aduocatis* vel *officialibus passus fuerit*, quod absit, & si super hoc iuste conquestus vel prosecutus fuerit: a domino nostro rege vel suis propter hoc *nullam vindictam patiatur.*

Status promittunt conseruationem iurium & regis & regni.

§. XXVI. Item Nos infra scripti & quilibet nostrum pro se totaque communitas regni

Dacie

Dacie promittimus, vt prius, bona fide: quod *dominus noster rex*, *filius suus Christoferus coronaque Dacie* omnibus iuribus suis perfecte vti debeant & ad hoc communiter & singulariter coadiuuare & fideliter cooperari debemus, secundum quod leges terre requirunt, toto conamine atque posse.

§ XXVII. Insuper *ecclesie*, *monasteria*, *virgines*, *vidue*, *pupilli & orphani* ac alii, tutores legittimos non habentes, *villani*, *ciuitatenses*, *bondones*, *mercatores*, *hospites*, *rustici*, *homines trium marcarum*, *tota familia regia* omnes pro quibus dominus rex respondere habet & tenetur; omni iure suo, legibus terre & libertatibus vti liberius & melius permittuntur, & ad hoc omnes & singuli infra scripti & quilibet pro se cooperari debemus consilio & auxilio & toto posse. *Rex omnium tutor qui tali carent.* HOMINES TRIVM MARCARVM *sunt infimi de plebe & pauperrimi.*

§. XXVIII. Et nos *Voldemarus* rex prefatus & filius noster *Christoferus* omnibus hominibus nostris subscriptis & cuilibet subscriptorum ceterisque regni nostri incolis, hec *statuta* & *handfestumgh* & omnia alia, in melius vertere volumus & debemus. *Rex promittit obseruationem omnium.*

§. XXIX. Et nos *duces*, *episcopi*, *milites*, *militares subscripti*, *totaque communitas regni Dacie*, domino nostro regi *Voldemaro*, filio suo *Christofero* & *corone Dacie* omnia *statuta & handfestumgh*, supra scripta & omnia alia vertere volumus & debemus. *vt & status demo.*

§. XXX. Vt autem hec omnia & singula promissa perpetui roboris obtineant firmitatem & pleniorem sorciantur effectum, nec non & per omnes nos & singulos infra scriptos & quemlibet nostrum firmius teneantur.

N 2 §.XXXI.

Signatorum nomina.

§. XXXI. Nos *Voldemarus*, dei gracia rex *Dacie*, *Christoferus* dux *Lalandie*, *Voldemarus & Henricus* duces *Iucie* prefati, *Nicolaus Ottoniensis*, *Petrus Vibergensis*, *Petrus Ripensis*, *Henricus Roskyldensis*, *Paulus Arusiensis & Magnus Burglanensis*, diuina miseratione, ecclesiarum episcopi. *Stigotus Anderson*, *Nicolaus Lembeck*, *Henningus Podbusk*, *Ericus Barnumson*, *Benedictus Anneueld senior*, *Boëcius Falk*, *Ericus Nielson*, *Petrus Laurenson*, *Palno Ionson*: *Euerhardas Molthingh*, *Ficko Molthingh*, *Petrus Grubbe*, *Nicolaus Knutson*, *Iacobus Bekere*, *Petrus Bekere*, *Olauus Ionson*, *Petrus Nielson*, *Andreas Frosth*, *Esgerus Kroogh*, *Iacobus Olefsson*; *Iohannes Hwmmersbutle*, *Heyno Capolt*, *Benedictus Anneueldh iunior*, *Otto de hoo*, *Vffo Peterson*, *Petrus Lodwigson*, *Arnoldus Molthingh*, *Cristiernus Kyle*, *Lyderus Lembeck*, *Iohannes Mikelson*, *Nicolaus Offeson*, *Erlandus Kalff*, *Petrus Mwnck*, *Nicolaus Gloob*, *Ago Steegh*, *Iohannes Absolonson*, *Petrus Albritson*, *Iacobus Spliidh*, *Laurencius Hwas*, *Iohannes Vendelbo*, *Nicolaus Hase & Nicolaus Vind* milites.

§. XXXII. *Nicolaus Erickson de linde*, *Iohannes Laurenson*, *Nicolaus Ienson de Koldbeck*, *Kanutus Buggi*, *Paulus Gloob*, *Nicolaus Eyson*, *Voldemarus Sappi*, *Iohannes Laas*, *Nicolaus Tymmeson*, *Strango Ebbison*, *Boëcius Hoogh*, *Thomas Nielson*, *Lago Offesom*, *Petrus Iwerson*, *Cristiernus Kaas*, *Olauus Peterson de Nytorp*, *Olauus Petri Lwnge*, *Olauus Olefsson Lwnge*, *Mathias Fasthnr*, *Nicolaus Karlson*, *Petrus Hwid & Kanutus Haringh* armigeri,

migeri, presentibus litteris, *sigilla nostra duximus apponenda.* Datum *anno, die & loco supra dictis* §. XXXII.

Alia constitutio VOLDEMARI regis, patris MARGARETE *regine trium regnorum* scilicet *Dacie* &c.

§. I.

IN *nomine domini amen.* Nos VOLDEMARVS, dei gracie, *Danorum, Slauorum* rex, in *parlamento generali Danorum,* dane *hoff* dicto; sub anno domini MCCCLIV. octaua beati Iohannis baptiste *Nyburgh* celebrato, ex *consilio & consensu* venerabilium patrum & dominorum *episcoporum* videlicet *Nicolai Ottoniensis, Petri Ripensis, Petri Vibergensis, Henrici Roskyldensis & Pauli Arusiensis, Nicolai Limbeck,* dapiferi nostri, *Palnonis Ienson,* marscalci nostri ceterorumque consiliatorum nostrorum & hominum statuimus, omnes articulos infra scriptos inuiolabiliter obseruandos. Primo, quod *tota communitas regni Dacie* debeat legibus & libertatibus domini regis *Voldemari* & aliorum regum *Dacie,* predecessorum nostrorum, vti libere & gaudere. Item quod omnes *bone consuetudines,* quas habuerunt ab antiquo, rate esse debeant atque firme.

DIETA anno 1354 habita NYBVRGI, a VOLDEMARO III. rege.

Leges & priuilegia WOLDEMARI *senioris firmantur. & consuetudines antiquæ.*

§. II. Item pro nimio defectu populi regni *Dacie* & aliis quam plurimis defectibus & periculis, ipsi regno incumbentibus, omnia *fore facta* tam hominis, quam mutilationem

FOREFACTIS omnibus datur venia.

membrorum tangentia, in hunc diem perpetrata, ex rogatu & consilio eorundam dominorum episcoporum & hominum nostrorum fauorabiliter indulgemus; ita tamen, quod cuicunque leso satisfaciat, secundum exigentiam legis terre, in qua ipsum *forefactum* fuit perpetratum.

DAPIFER *iuri, in Dania, praest.*

§. III. Item quicunque *equos, boues, iumenta* seu *alias res iniuste amiserat*, ius suum coram *nobis* seu *dapifero nostro vel iusticiario nostro aut aduocato nostro* tunc presente, *legaliter prosequatur*.

Domus portatiles ergo tunc.

§. IV. Item si aliquis *domos suas violenter ablatas*, in *fundo alterius positas*, illegaliter constructas inuenerit, eas legaliter *arrestet*, ius suum secundum leges terre, legaliter prosequendo.

§. V. Si vero reus infra diem beati Martini proximum emendare non curauerit, *bondoni* & *nobis* satisfaciat, prout exigunt leges terre; & sic notandum est de omnibus excessibus quibuscunque.

HARET, SYSEL & LANDESTHING, *tria Danorum iudicia.*

§. VI. Item si aliquis aliquem super bonis siue terris, violenter sibi ablatis, incusare voluerit, ipsa causa debito processu videlicet placito sui *ha.reth*, *sysel* & *terre*, quod *landesthing* dicitur, coram *dapifero*, nostro *iusticiario* seu *nobis*, si iusticiam prius consequi non valuerit, ventilari debeat & finiri; quod si nullatenus iusticiam obtineri poterit, ex tunc aduersarium suum, in placito sui *ha. reth*, ad decem septimanas ante premoneat & ad generale *parlamentum*, proximo celebrandum, manifeste citet, vbi dicta causa, fauente deo, debite terminetur.

Generale PARLAMENTUM *siue regni comitia supremum iudicium.*

§. VII.

§. VII Item, nullus cuiuscunque conditionis exiftens, cum aliquo *clerico* feu *laico*, *fine domeftici voluntate*, *hofpitetur*; quod fi aliquis fecerit, domefticus eum cum fua familia, fi fufficerit fui, aut cum vicinis & noftro *aduocato* tunc prefente, feu noftro *dapifero*, *tanquam publicum raptorem*, profequi & impedire poterit, nullo fibi delicto, ratione illius aduerfando.

Priuata hofpitia cunctis interdicuntur, inuito altero, fub pœna publici raptus.

§. VIII. Infuper mandamus firmiter & difcrete ne quis, cuiuscunque conditionis exiftat, de fe *bonis facerdotum* feu *clericorum decedentium*, nifi veri heredes aliqualiter intromittere prefumat, *noftre gracie fub obtentu*.

Nemo bona defunctorum clericorum inuolare debet.

§. IX. Item, *parlamentum* noftrum, *danehoff* dictum, femel in anno, videlicet die beati Iohannis baptifte *Nyburgh*, fecundum antiquam confuetudinem regni *Dacie* celebretur.

Semel quotannis habenda comitia NYBVRGI.

§. X. Item, quod omnes diffentiones & inimicitie inter quoscunque ad *quindenam* ante dictum feftum beati Iohannis baptifte vfque ad feftum beati Iacobi apoftoli proximo futurum, fub mera fecuritate, in fufpenfo habeantur, fub pena *orbotemaal* vulgariter nuncupata.

Quo tempore omnibus publica fecuritas datur.

§. XI. Item, fub obtentu gracie noftre firmiter inhibemus: ne quis *aduocatorum noftrorum* feu *officialium*, contra premiffos articulos, aliquid prefumat attemptare: quod fi aliquis attemptauerit, nobis nolumus imputari, fi ipfe aduocatus, fuper propriis factis, ftabit iure fuo.

Nemo miniftrorum regiorum hæc infringat.

Constitutio CRISTOFERI *regis*, filii VOLDEMARI *regis*.

Comitia VIBERGAE *habita anno* 1320. DECIMAE *non petendæ i e. a laicis vel alia ecclesia extra eius parochiam.*

IN *nomine domini amen.* Anno domini MCCCXX. In die conuersionis S. Pauli conuenientibus *Vibergis regni melioribus* vna cum *popularibus*, *ad electionem noui regis*, plantatum fuit & concorditer ordinatum. In primis quod episcopi ac persone ecclesiastice iuribus, iurisdictionibus ac libertatibus suis bonorum ipsorum & familie gaudere debeant libere prout ex antiquo consueuerunt.

Forum clericus non sortitur, præter quam coram ecclesiastico iudice

§. I. Item, quod *decime ecclesiarum* non petantur nec recipiantur, nisi sufficiens cautio facta fuerit, *prelatis ecclesiarum* & *parochianis*, de qua contenti fuerint & certificati sufficienter.

Extranei arcentur a sacro, in parochialibus ecclesiis ministerio.

§. II. Item, *non citentur clerici* ad *placitum seculare* vel coram *iudice seculari*, sed coram *iudice ecclesiastico*, pro quacunque causa citentur & ibidem legittime conuincantur.

§. III. Item, quod nullus extraneus *ignote lingue* vel *imperfecte etatis*, ad aliquam ecclesiam presentetur.

TALIO *non cadit in clericos.*

§. IV. Item, vt non *talienter clerici* vel *ecclesiastice persone*, nec per litteras regis aliquatenus aggrauentur.

Parochi IMMVNITATE *gaudent, a seruitiis regiis,*

§. V Item, a *sacerdotibus parochialibus* de terris vni curie sue, in qua personaliter residet, adiacentibus, nullum seruitium regium exigatur.

non sunt præsentandi, nisi patronis.

§. VI. Item, vt nullus clericum ad aliquam ecclesiam *presentet*, nisi in qua *merum ius patronatus* habuerat ex antiquo.

§. VII.

§. VII. Item, vt *nullus episcopus* seu *ecclesiastica persona capiatur*, *exulet* vel *bonis suis priuetur*, nisi ad *mandatum summi pontificis speciale*, si fuerit *episcopus*. Sed si *inferior clericus* quicunque, ad *mandatum sui ordinarii iudicis spiritualis*, dummodo coram eo canonice fuerit conuictus.

EPISCOPVS puniendus ad iussa PAPAE, inferior vero clericus ad sui ordinarii iudicis mandatum.

§. VIII. Item, non grauentur *claustra* per *equos* & *canes pascendo*.

Monasteria ab equorum & canum pastura liberantur.

§. IX. Item, bona *archiepiscopi*, *castrum & terram*, quantum in ipsa est, *deliberet & deliberata* restituet.

Archiepiscopo restituenda bona.

§. X. Item, quod omnes milites & armigeri de propria familia emendam trium marcarum vel IX. secundum consuetudinem cuiuslibet terre & vltra*, si ad hoc exstiterint priuilegiati.

§. XI. Item, non coguntur ire in exercitum *extra regnum* & quocunque ad mandatum regis. Siue *intra regnum*, siue *extra*, *bellandi causa meruit rex*, ipsos, si capti fuerint, *de captiuitate redimat* expedite, saltem infra annum & super predictis satisfaciat, antequam secundario secum ire in exercitum iubeantur, libertatibus suis pristinis, etiam si non inierint, nichilominus conseruatis.

Clericos bello captos rex debet redimere.

§. XII. Item, vt *guerras* contra aliquem *rex inchoare non debeat*, nisi cum *consilio & consensu prelatorum* ac *regni pociorum*.

BELLA suscipienda ex procerum regni CONSILIO.

§. XIII. Item, expulsis & eorum heredibus in quibuscunque *iniuste bonis suis priuatis*, bona eorum, vti inuenta fuerint, *restituantur*.

Iniuste bonis exuti restituendi.

§. XIV. Item, vt nulli laico siue clerico aliqualiter imputetur, quod in *seruitio regis*,

nunc mortui, *fideliter se habuit* & si quas inimicitias propter mandatum regis immunisse incurrit, per futurum regem totaliter liberetur, excepto enim N. *Olefsson* quondam *dapifero* & excluso.

Incolæ in pacem reducendi secum inuicem.

§. XV. Item, *inimicitias* & *dissentiones* quascunque inter *regni incolas* pro posse sedare debeat & sopire.

§. XVI. Item, omnes *fideiussores* pro *rege nunc mortuo & captiuos, causa ipsius, liberet* cum consilio & auxilio pociorum regni proximo *parlamento* inueniendo, & laboret ad hoc, vt *inducias* obtinere poterint longiores.

Ciuitatium iuri consulitur ac mercaturæ.

§. XVII. Item, vt *burgenses* libere vtantur suis *mercaturis*, absque aliquibus grauaminibus nouis & *theolonea* imponendis & absque quacunque quota mercimoniorum suorum, ducant extra regnum, qui vendenda habuerint vel emenda, nisi ex rationabili causa & vrgente necessitate, rex de communi consensu meliorum super aliquibus non deducendam inhibitionem duxerit faciendam.

Vt & creditoribus regis ac aulicorum.

§. XVIII. Item, vt rex & sui officiales si qua *mutua* a *mercatoribus receperint*, eisdem satisfaciant.

Mercatoribus talionis pœna non infligenda.

§. XIX. Item, vt non *talientur* sine misericordia sicut huc vsque noscitur esse factum.

§. XX. Item vt bondones non grauentur per aduocatos regis, contra leges & iura terre.

§. XXI. Item, vt non cogantur expensas regis ducere extra suum *ha. ret* in quo resident.

§. XXII.

§. XXII. Item, per aduocatos regis, *talie* & grauamina inconſueta eis minime imponantur.

§. XXIII. Item ſemel in anno celebretur *parlamentum Nyburgh.*

§. XXIV. Item vt omnes *conſeruent* leges *Voldemari* regis, & ſi quis in eis inueniatur defectus, per diſcretos regni ſuppleatur.

§. XXV. Item, nullus citetur ad *placitum* regis immediate, ſed primo ad placitum ſui *ha.reth*, & ſi inde *prouocauerit*, *placitum generale* ſub pena conſueta, & ſi ibi iuri *ſtare noluerit*, coram rege prouocando, examinetur ſua cauſa ibidem vbi, *ſi iuſticiam non habuerit*, prouocetur ad *parlamentum* generale.

§. XXVI. Item, vt nullus *capi* debeat nec ad *mortem dampnari* vel *bonis priuari*, niſi prius *iuſte* & *ſecure vocatus* publice incuſatus & legaliter conuictus, prout exigunt leges terre.

§. XXVII. Item, quod rex non offendatur alicui pro eo, quod pro *iure terre & regni loquatur*, nec ob hoc ipſum aut ſuos perſequatur.

§ XXVIII. Item, vt omnia & ſingula grauamina nouiter impoſita a modo non petantur, videlicet *ploghs penninge*, *kulkorn*, *theolonea* aut alia, quecunque poſt mortem Voldemari regis impoſita & inuenta.

§. XXIX. Item ſpoliantes naufragantes, tanquam pro *ſtiigh roff* conuincantur & eodem modo puniantur.

§. XXX. Item vt aduocatus vndecunque oriundus bondonem illius ha.reth ſuum obſtituat officialem.

Leges VOL*DEMARI ſtabiliuntur. Prima reorum inſtancia eſt iudicium ſui hareth; altera placitum generale ſiue* LANDESDING; *III. coram rege & IV. denique in comitiis regni. Nemo inauditus puniendus. Linguæ libertas adſeritur pro publico bono loquenti. Plogs pennige. Kulkorn.* STIIGH- ROFF, *Latrocinium in via publica commiſſum*

DEBITA defuncti regis soluenda a successore.

§. XXXI. Item, *omnia debita* notoria & rationabiliter probabilia, in quibus rex nunc mortuus regnicolis tenebatur, omnia *persoluat rex futurus* & cautiones pro hiis interposite, donec totaliter soluta fuerint, teneantur, exceptis castris destruendis.

§. XXXII. Item, vbicunque *parlamentum* regis teneatur incausandi, vtantur legibus illius terre.

Extra prouinciam nemo in ius vocandus.

§ XXXIII. Item vt *nullus citetur extra terminum sue terre.*

Leges condendæ non nisi in comitiis. Formulam ANTIQVAE Daniæ obserua in rege adsciscendo.

XXXIV. Item vt non *inueniantur noue leges*, nisi *de consensu totius regni* in parlamento generali, in proximo celebrando; in quo videlicet placito *liceat regi futuro*, de *consilio prelatorum* & *meliorum regni* super dictos articulos immutare, diminuere vel augere, grauare vel etiam alleuiare secundum* profectui vel honori corone regni ac vtilitati viderit expedire.

Notandum SIGILLIS tantum præsenti. um statum hæc talia firmata fuisse, non subscriptionibus. Quod & in Cardinalium & Episcoporum diplomatibus deprehendi, nec non literis inuestiturœ, ab bisce datis.

§. XXXV. Nos igitur *Cristoferus*, dei gracia, *Danorum dux*, promittimus in hiis scriptis nos, si deo volente ac *populi accedente consensu*, ad *regni regimen assumpti fuerimus*, predictos articulos secundum modum pretactum inuiolabiliter obseruaturos

§. XXXI. In cuius rei testimonium *sigilla* venerabilium patrum, dominorum *Petri*, *Vibergensis*; *Nicolai*, *Burglanensis*; *Esgeri*, *Arausiensis*; *Iohannis*, *Ripensis*; *Nicolai*, *Carbathensis episcoporum* ac dominorum *Lodwici*, *Marscalci*; *Lagonis*, quondam *Marscalci*; *Petri Mwle de Bagh*; *Nicolai Hee*; *Laurencii Ienson*; *Iohannis Nielson de Kaas*; *Iohannis Person*; *Iohannis Kaan*; *Petri Nielson*

son de Allerut; Nicolai Holgherson; Nicolai Stamig; Alberti Albritson; Iohannis Offeson; Iohannis Olesson & Absolonis Ienson, militum vna cum *nostro sigillo* presentibus est appensum.

Constitutio ERICI *regis.*

§. I.

Recessus comitialis de anno 1269. factus tempore ERICI *regis.*

ANno domini MCCLXIX. Marcii in *Helsingborgh*, in *parlamento*, per dominum regem *Ericum*, de *consilio meliorum regni Dacie*, celebrato, statutum est: vt nullus portat *vestes immunitas partes incisas*, sed integras vel bipartitas. Nullus etiam *vestes suas ornet auro* vel *argento, nisi rex solum cum liberis suis*; incisas etiam vestes *non liceat domino regi portare.*

§. II. Quicunque autem per annum vel amplius vestes suas portare voluerit, hoc sibi nequaquam ad verecundiam imputetur.

§. III. Item, nullus *theotunicum potum*, scilicet *ceruisiam*, ferat, vendat vel bibat post lapsam proximam pentecosten; quicunque contra hoc statutum venire præsumserit, pro qualibet lagena soluat LX. marcas in penam.

CEREVISIAE vsu interdicuntur Dani.

§. IV. Item, quicunque bonam ceruisiam braxare voluerit, habeat licentiam vendendi quanto carius potest.

§. V. Item, quod nullus petat *hospicium* a *clericis* vel *laicis quibuscunque, regularibus* seu *secularibus*, sed *taberne sufficientes* pro transeuntibus ordinentur, in quibus necessaria habeantur.

Sumenda in diuersoriis tantum hospitia.

§. VI

Non parentium pœna,

§. VI. Si vero domum alicuius aliquis *inuaserit* & *fregerit* vel aliquid *abstulerit*, soluat domino regi XL. marcas & læso tantum. Si vero *pacifice tabernam intrauerit & pro receptis soluere noluerit*, licitum sit *eum detinere*. Si vero violenter recedere voluerit, aduocet auxilium vicinorum, & si eum deprehendere nequiuerit hospes, cum duobus vicinis suis accedat ad placitum suum, citando eum: vt redeat satisfacturus, secundum consuetudinem loci; quod si noluerit, conuincat eum vbi dinoscitur eum deliquisse.

item homicidarum. ATTESAAL *vel etiam* ETTEBOD, *duo trientes sunt einer mannbusse vid. lib. III. leg. Cimbric. c.* 23. STVTH *vocatur ista pecunia, quam cognati conferunt ad hanc pœnam.*

§. VII. Item, quicunque *aliquem interfecerit, satisfaciat consanguineis interfecti* cum ceteris, vel presenti prestita pecunia & non cum aliis rebus, nec cognati compellantur per dominum regem contribuere cum homicidis, nisi forte pace priuati fugerint, tunc propinquiores soluant duo *attesaal* &, secundum antiquam terre consuetudinem, recipiunt suum *stuth* de cognatis.

§. VIII. Nec licitum sit alicui cognatorum interfecti in quemquam consanguineum interficientis vindicare, quamdiu vixerit, qui occidit.

§. IX. Quicunque contra hec fecerit, puniatur, tanquam si occidisset aliquem innocentem.

§. X. Item si aliquis in domo propria vel ecclesia occiderit, hoc est *orbotemaal*. *Orbotemaal* sic intelligitur, quod occisor ad emendam venire non poterit, nisi prius pro eo intercesserint consanguinei interfecti.

Quid ORBOTEMAAL?

Con-

Constitutio, ERICI *regis Daciæ.*

ERICVS, dei gratia, *Danorum, Slauorumque rex,* omnibus hoc scriptum cernentibus, ad perpetuam rei memoriam, constare volumus præsentibus & futuris, quod anno domini MCCLXXXII. in die beati Olaui, *Nyburgh;* de *consilio meliorum regni,* ordinauimus, cum in consilio *Vortingburg* de eorum consilio promisimus semel in anno, in media XL. *parlamentum,* quod dicitur *hoff,* debeat celebrari. *Nullus captiuari debeat,* nisi sponte *confessus in iure* aut legittime *conuictus* vel *manifesto facinore deprehensus* fuerit, pro quo, secundum leges terre, vita carere debeat vel membris. Sed conuictus inducias habeat *fugiendi extra regnum,* que in libris legalibus continentur. Item nullus conuictus pro quacunque causa *vltra id, quod in legibus est expressum,* pœna pecuniaria vel alia *puniatur* nec mulcetur aliquis, nisi legittime conuictus. Item nullus, super aliquibus causis, debet *litteras regias,* contra aliquem, impetrare, nisi causa ipsius prius ventilata fuerit in suis *placitis* & *discussa;* sed postquam aliquis primam litteram taliter impetratam supersederit contumaciter, soluat conquerenti vnam marcam denariorum & tres marcas regi vltra id, pro quo,, in prioribus placitis, est conuictus & pro secunda tantum & pro tercia tantum, sed pro quarta conquerenti tres marcas & XL. soluat regi, & si talis bona mobilia non habeat, sed tantum terram, ex tunc officialis regis moneat eum, vt infra mensem tantum vendat de terra sua, in quantum tenetur

Comitialis recessus de anno 1282.

Custodiæ tradendi tantum notorie rei.

Pœnæ infligendæ legibus conformes.

Regalibus litteris non vtendum vt alterius iuri noceatur

alioquin impetrans mulctandus ære.

netur bondoni & regi: quod nisi fecerit, officialis regis, sub estimationem bonorum, accipiat & bondonis de dicta terra & non amplius; sed si terra non sufficiat ad soluendum, defectus ille pro rata parte cedat regi pariter & bondoni. Sed si aliquis contra ea que dicta sunt, litteras impetrauerit minus iuste, soluat *bondoni* tres marcas similiter & regi III. marcas. Ordinauimus insuper & firmiter promittimus leges regis *Voldemari*, clare memorie, prout in *suis libris legalibus* continentur, inuiolabiliter obseruare. Omnes abusiones & dissuetudinis, contra leges terre introductas, penitus in irritum & reuocantes expresse & precipue infra scriptas; primo quod *victualia uxoris nostre, puerorum dapiferi nostri plaustrare* non debent vltra limitem sui *ha. ret;* & quicunque in plaustrando defecerit, officialis regis conducat plaustrum & deficiens soluat precium *trium marcarum.* Item quod nostrum stuth korn in festo S. Andree, secundum consuetudinem prouincie cuiuslibat exsoluatur. Item bondones non debent compelli ad *edificandum* vel *reparandum molendina, curias* vel alia nec etiam *castra*, nisi in tempore necessitatis; sed in hiis faciant secundum quod consueuerunt in tempore *Voldemari,* nec compelli sub aliqua pena ad dandum *anseres* vel *pullos* seu alia dona ad *mensam regis*, exceptis hiis, que solui consueuerunt tempore regis *Voldemari,* sed pro dono vel gratis peti possunt. Item licitum sit *bondonibus,* proprias terras habentibus, *villicationem* aliorum sumere, ita, quod suis bonis, *regia iura* soluant. Item non debemus

LL. WOLDEMARI *confirmantur.*

Tolluntur abusus quidam.

1) *in angariis.*

2) *in reparatione aedificiorum ad regem pertinentium.*

3) *praestatione* ANSERVM *&c. ad mensam regiam.*

debemus *edificare in fundo alieno*, nisi de consensu & voluntate possessoris. Officiales nostri non debent citare aliquem, nisi ad iusta placita, nec coram se. Item *littere patentes* & priuilegia nostra suo robore permaneant, nisi per fideles nostros, in parlamento nostro, docere poterimus, quod sint merito reuocanda. Item, non debet aliquis, pro aliquo delicto, *terram suam amittere*, nisi pro crimine lese maiestatis conuictus fuerit cum iuramento *wortheldh*, excepto casu superius expedito. Item de *naufragium passis* volumus obseruare, quod in libris legalibus continetur. Item mercatoribus, regnum nostrum visitantibus, & nostris propriis nulla noua grauamina imponi debent, sed vti debent libertatibus, quas habere consueuerunt ex antiquo consuetudine, nichilominus, que seruantur in *Skanor* suo robore duraturis. Item si aliquis nos impetere voluerit super bonis quibuscunque, tanquam minus iuste occupatis, super hoc consilio stabimus & ordinationi *fidelium nostrorum*, in *parlamento* nostro pro tempore celebrandis. Item volumus, quod nullus apud *clericos*, *claustra* vel *laicos* hospitetur indiscrete, sed contentus sit hiis, que domesticus habuerit & voluerit sibi dare; si vlterius facere presumpserit aliqua rapiendo, *liberam habeat potestatem, si clericus sit, huiusmodi violentia per causam *herrewerck rapine* vel *excommunicationis* persequendi, si vero laicus, per viam *herrewerck* vel *rapine*. Item quod *ecclesia Dacie* gaudere debeat omnibus libertatibus, quibus

Officiales.

Patentes in parlamentum reuocandæ.

Prædia amittunt criminis lesæ maiestatis rei. Wortheld.

Rex conueniri potest in COMITIIS

Tolluntur vetera iura hospitalia.

Ecclesiæ confirmantur iura.

bus vnquam floruit tempore regis *Voldemari*, qui libertatem eius in omnibus ilibata* voluit obseruare. Vt autem hec omnia & singula rata & firma permaneant, reuerendi patres dominus *Iohannes*, *Lunden. archiepiscopus*; *Petrus*, *Vibergensis episcopus*; *C. Arausiensis episcopus*; *C. Ripensis*; *Eu. Burglanensis ep.* *Iohannes*, *Ottoniensis episcopi electi confirmati* nec non *comes I. de Rawensburgh & Voldemarus domicellus de Rostock sua sigilla*, vna cum *sigillo nostro*, præsentibus apponere curauerunt. Actum *Nyburgh*, anno & die supra dictis.

illibata.

Signatorum nomina.

Constitutio *regine* MARGARETE, *regis* VOLDEMARI *filie*. Item nota; ista constitutio alio modo sic intitulatur: Constitutio OLAVI, *regis Dacie* & HAQVINI, *regis Norwegie* & MARGARETE, *regine trium regnorum*.

§. I.

Comitialis recessus anno 1376.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis amen. Anno domini MCCCLXXVI. die inuentionis sancte crucis, conuenientibus *Slaulosie* regni *Dacie* pocioribus cum popularibus ad electionem noui regis, *parlamentum* fuit & concorditer ordinatum. Inprimis] quod *episcopi*, *capitula*, *monasteria*

Ecclesiis ac ecclesiasticis

ria & omnes *ecclesiastice persone* regni Dacie omnibus libertatibus, graciis, iuribus, iurisdictionibus, legibus & priuilegiis, quibus vnquam liberius & vtilius fruebantur, congaudebunt, & ab omnibus sint oneribus regiis, quocunque nomine censeantur, liberi pariter & exempti. Item quilibet presbyter habeat vnam curiam principaliorem in parochia sua, pro residentia sua, liberam & exemptam de omnibus oneribus regiis vna cum familia in dicta curia morante.

personis cautum de iure suo.

presbyteri residentia.

§. II. Item nullus *extraneus ignote lingue* vel imperfecte etatis ad aliquam ecclesiam *præsentetur*.

Arcentur extranei clerici ab officiis sacris.

§. III. Item, nullus cuiuscunque status exstiterit, se de *bonis & possessionibus monasteriorum, episcoporum, abbatibus, prioribus & prouisoribus* contradicentibus, aliqualiter *intromittat*, sed ipsi abbates, priores & prouisores monasteriorum dominis suis, tanquam veris dominis, in temporalibus & spiritualibus, per omnia integre respondebunt.

Ne quis monasterii vel episcopi alicuius bona inuolet.

§. IV. Item nullum clericum ad aliquam ecclesiam quis *presentet*, nisi in qua *merum ius patronatus* habuerit, nec potencior inferiori preiudicium faciat in *presentando*.

Præsentandi iura penes patronos tantum.

§. V. Item *nullus episcopus* seu aliqua alia *persona ecclesiastica capiatur, exulet vel bonis suis priuetur*, nisi per suum iudicem ecclesiasticum fuerit canonice conuictus.

Nulli clerico pœna aliqua infligenda, nisi damnato prius per suum iudicem ORDINARIVM.

§. VI. Item non grauentur monasteria vel ecclesiastice persone per *equos & canes pascendos*.

Equi & canes a monasteriis pasti olim.

§. VII. Item nullus intromittat se de bo-

 nis

Clericorum defunctorum bona heredibus non auferenda.

nis *clericorum discedentium*, sine suorum heredum voluntate & ordinarii.

§. VIII. Item, omnes milites & militares & armigeri de *propria familia* emendam trium marcarum vel IX. secundum consuetudinem cuiuslibet terre, in quocunque placito seculari conuincantur, percipiant libere & vltra, si ad hoc exstiterint priuilegiati.

Non ducendus miles extra fines regni inuitus.

Rex captos debet redimere.

§. IX. Item, *non coguntur ire ad exercitum extra regnum*, & quicunque ad mandatum regis, siue intra regnum siue extra, bellandi causa, inierint, rex ipsos, si capti fuerint, de *captiuitate redimat* expedite, saltem infra annum & super predictis satisfaciat, antequam secundario secum ire in exercitum iubeantur, libertatibus suis pristinis, etiam si non inierint, eis nichilominus conseruatis.

Bella in comitiis decernenda.

§. X. Item, vt *guerras* contra aliquem rex inchoare non debeat, nisi cum *consilio & consensu prelatorum ac regni pociorum.*

Bona iniuste amissa restituenda publicis impensis.

§. XI. Item, quicunque *terras suas iniuste amiserit*, per *coronam regni* illas rehabere debeat, & si aliquis ex parte regis terram sic resumptam & rehabitam impetierit, hoc XII. discreti & autentici viri, per episcopum illius diocesis nominandi, sub iuramento suo, terminabunt.

Clerici arcendi a seculari munere. quia si deliquerint, puniri, a rege, nequeunt, fori priuilegio muti.

§. XII. Item, nullus, *infra sacros ordines constitutus, admittatur ad regem, ad aliquam aduocaciam temporalem*, sed instituat *laicos ydoneos & discretos pro talibus officiis exercendis*,

dis, in quibus officiis si notabiliter deliquerint, pro excessibus suis emendant & nunquam ad talia officia admittuntur.

§. XIII. Item, *inimicicias & dissentiones* quascunque rex & officiales sui *inter regnicolas* pro toto posse suo cedare debeat & sopire. *Seruanda concordia inter subditos.*

§. XIV. Item quod *nullus captiuetur*, nisi sponte confessus est in iure, aut legittime conuictus vel manifesto facinore deprehensus fuerit, pro quo secundum leges terre, vita carere debeat siue membris. Sed conuictus legittime inducias fugiendi extra regnum habeat, quod in libris legalibus continetur. Pro quacunque causa vltra id, quod in legibus expressum est, pena pecuniaria & alia puniatur nullus nec mulcetur aliquis, nisi prius legittime sit conuictus. *Nemo capiendus temere.*

§. XV. Item, omnes leges regis *Voldemari*, legislatoris bone memorie, prout in suis *libris legalibus* continentur, nisi aliter per priuilegia & *handfestung* reperiantur modificate & declarate, inuiolabiliter obseruentur. *WOLDEMARI LL additur auctoritas.*

§. XVI. Item omnes abusiones & diffuetudines contra leges introducte, per quoscunque, penitus in irritum reuocentur & precipue infra scripte, quarum prima est: quod *victualia regis*, *vxoris sue*, *puerorum suorum* & *dapiferi* plaustrare non debent *bondones* regis vltra limites sui *ha. ret* & quicunque *bondo* regis in plaustro defecerit, officialis regis conducet plaustrum, deficiensque soluat precium tribus marcis. *Consuetudines tolluntur male introductæ.*

§. XVII. Item, *bondones* non debent com-

pelli ad reedificandum curias regias & molendina nec etiam castra, nisi cum consilio & consensu regni pociorum.

Thindes kath. §. XVIII. Item, noua grauamina nouiter inducta, videlicet *thindeskath* ammodo non petantur, nec recipiantur per quemcunque.

Boudonns. §. XIX. Item, licitum sit *bondonibus,* proprias, terras habentibus villicationem aliorum sumere, ita tamen, quod de suis terris propriis regia iura soluantur.

§. XX. Item, non debet rex in fundo alieno edificare, præter consensum & voluntatem possessoris, & hucusque edificata penitus destruantur.

Villicis integrum est villas conductas relinquere, dummodo de eo certiores fecerint dominos. §. XXI. Item, *villici & coloni quorumcunque*, si bona in quibus resident, *vlterius inhabitare noluerint*, secundum leges terre dominis suis *predicent & resignent & satisfaciant* & liberi recedant, secundum leges terre ab eisdem.

§. XXII. Item, officiales regis non debent aliquem citare, nisi ad iusta placita, nec coram se conuenire.

Amittuntur bona ob solum læsæ maiestatis crimen. §. XXIII. Item, *nullus* pro *delicto aliquo* terram suam *amittere* potest, nisi pro crimine *lese maiestatis* quis conuictus fuerit, per denominatos ordeheide neffn cum iuramento, excepto casu, de litteris regiis expedito.

Interdicuntur in monasteriis hospitia. §. XXIV. Item, nullus apud *claustra clericos* vel *laicos hospitetur* indiscrete, sed contentus sit hiis, que domesticus habuerit & voluerit sibi dare. Si vero vlterius attemptauerit aliqua violenter rapiendo, liberam habeat potestatem, si clericus fuerit, violentiam

tiam huiusmodi, per causam *herrewerck*, rapine, excommunicationis prosequi, si vero laicus, per viam *herrewerck* vel rapine.

§. XXV. Item vt *mercatores & burgenses*, in regno *Dacie* habitantes, libere vtantur suis mercaturis, absque aliquibus grauaminibus & *theoloniis* nouis imponendis &, absque quacunque quota mercimoniorum suorum, ducant extra regnum, que vendenda sunt. ***Ciuium iura in tuto collocantur & mercatorum.***

Constitutio OLAVI, *regis Dacie.*

OMnibus præsens scriptum cernentibus, OLAVVS, dei gracia *Danorum*, *Slauorum Gottorumque rex*, MARGARETA, eadem gracia *Suecie & Norwegie regina*, *Nicolaus*, miseratione diuina, *archiepiscopus Lwndensis, Suecie primas*; *Iohannes*, *Ripensis*; *frater Iacobus*, *Vibergensis*; *Olauus*, *Arausiensis*; *Nicolaus*, *Roskyldensis*; *Sweno*, *Burglanensis & Voldemarus*, *Ottoniensis*, eadem gracia, ecclesiarum episcopi & dominus *Henningus de Podebusk*, dapifer; *Euerhardus Molthing* dapifer two galen prefectus *Scanie*; *Petrus Mwnck*; *Boëcius Høgh*; *Nicolaus Storstanni*; *Nicolaus Eysson*; *Cristiernus Vendelbo*; *Andreas Offeson*; *Laurencius Offeson*; *Nicolaus Erici*; *Iohannes Andree*; *Cristiernus Kaas*; *Petrus Alberti*; *Lago Iohannis*; *Nicolaus Lyke*; *Erlandus Kalff*; Petrus Gewbbe; Olaus Biørnson; Iacobus Olaui; Olauus, Iohannis; Olauus Petri; Thwro Kanuti, Olaus Lwnghe; Henricus Iohannis; Boo Dyre; ***Recessus Comitialis factus sub OLAVO rege NIBVRGI. an. 1377. Præsentium statuum nomina.***

Iacobus Absolonis; Henricus Iosepson; Nicolaus Iosepson; Esgi Brok; Petrus Brandh; Iohannes Hanson; Nicolaus Hack; Andreas Dauidson; Nicolaus Andree; Henricus Andree; Nicolaus Gagge; Andreas Iohannis; Bosso Paris; Tuko Pudhrn; Ericus Geedh; Absolon Ketilli; Petrus Nielson de Skioldenes Thuo Nielson; Iohannes Petri; Petrus Baier; Nicolaus Mattison; Iohannes Iohannis; Otto Strangonis; Iosep Falster; Nicolaus Thome; Nicolaus Thome; Nicolaus Iohannis de Vdstorp; Rickmannus de Lancken; Ago Staar & Petrus Absalon dictus Rebing, armigeri, Eternam in domino salutem, quam ab omnibus & singulis prelatis nobilibus, militibus, militaribus ceterisque aliis regni Dacie incolis, pro nunc in *parlamento* Danorum *Nyburg* celebrato, conuenientibus communi voto & voluntate concordi omnium statutum est & iuramentis singulorum salubriter ordinatum: quod omnes & singuli ipsius regni *Dacie incole*, in quacunque terra regni commorantes, pace firma fruantur, *iuriumque, legum & libertatum suarum inuiolabiliter gaudeant firmitate.* Nos statuto tam salubri assensu toto prebentes animo, promittimus firmiter in hiis scriptis sub nostris fide & honore omnia *iura, leges, libertates & consuetudines licitas & honestas a domino Voldemaro, legifero* recolende memorie, condam rege *Danorum* ceterisque aliis regibus *Dacie*, clericis & laicis quibuscunque in hunc diem datas & concessas firmiter tenere & inuiolabiliter imperpetuum

regni ciuium nomina.

in parlamenti consessu.

Omnibus Danie incolis sue libertates asseruntur & iura.

Veteres leges & consuetudines firmantur.

 tuum

indulto plenam & expressam ac de verbo ad verbum mentionem non fecerint aut alias quouis modo extra dictum opidum, in quibuscunque *causis, ciuilibus* & *criminalibus,* ad IVDICIVM TRAHI nequeatis inuiti, quamdiu vos & heedem persone parati fueritis, coram PREPOSITO monasterii NOVIOPERIS extra muros dicti opidi, per prepositum soliti gubernari, ordinis sancti AVGVSTINI Archid. loci in hac parte ORDINARIO *vestro,* de vobis conquerentibus stare . . . . vobis & eisdem personis, auctoritate apostolica, tenore presentium indulgemus, decernentes, eadem auctoritate, omnes & singulos *executionis, suspensionis* & *interdicti* sententias, nec non *processus* quoslibet, *quas* seu *quos,* contra presentis indulti nostri tenorem, *forte* promulgari contigerit, vel haberi *irritas, irritos* & *inanes, apostolicis* & *prouincialibus* & *Synodalibus constitutionibus* ac aliis causis non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino homini liceat, hanc paginam nostre concessionis & constitutionis infringere, vel ei ausu themerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, *indignationem* omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum BONONIE XIII. Kalendis Augusti, Pontificatus nostri anno quinto.

Si quidem ***iudicium*** **agnoscere velint** ***praepositi Nouioperis*** **papae ordinarii.**

Datum ***Boniae*** **V. anno.**

NVM. XVII.

Iohannes KYSSENBRVGE, Clericus *Halberstadensis*, renunciat *processui* in actione *iniuriarum* contra Augu-

Auguſtinum *Hedersleue* & Cononem *Goltſmed*, totamque communionem ciuitatis *Hallenſis*. an. 1418.

HEnricus de GERPSTEDE *decretorum doctor*, Decanus Eccleſie beate Marie Erfforden. Maguntin. dyoc. *Executor* quarundam *legum* ſeu *conſtitutionum Imperialium* diue memorie *Frederici* & *Karoli* olim Romanorum Imperatorum ſemper Auguſtorum, contra illos, qui *eccleſiaſticas perſonas* & eorum *bona* inuadunt, ſpoliant, vulnerant, mutilant ſeu occidunt, & huiusmodi malefacta perpetrantes *receptant* ſeu fauorem eis preſtant, editarum & per ſedem Apoſtolicam approbatarum, Venerabilibus viris dominis *prepoſito, decano* & *capitulo Eccleſie Halberſtadenſis* ac toti *clero ciuitatis* & dyoc. a ſede predicta conceſſis vna cum certis noſtris in hac parte *collegis*, cum clauſula, quatenus *vos* vel *duo* aut *vnus* veſtrum &c. a ſede apoſtolica ſpecialiter deputatus, vniuerſis & ſingulis per preſentes cupimus fore notum. Quod licet pridem nonnullis retroactis temporibus, ad inſtantiam diſcreti viri Iohannis *Kyſſenbruge*, clerici Halberſtaden. dyoc. *actoris* ex vna, contra circumſpectos & famoſos viros Auguſtinum *Hedersleue* & Cononem *Goltſmed*, *Proconſules* & alios in *Conſulatu* conſortes, necnon *Communitatem Hallen.* & ſingulos eiusdem communitatis, quos negocium preſens tangit, ſeu quomodolibet tangere poterit in futurum, de & ſuper nonnullis

Henricus de GERPSTEDE *decretorum doctor*, EXECVTOR *apoſtolicus* LEGVM, FRIDERICI & CAROLI IV. *de eccleſiaſtica immunitate*

Teſtatur KYSSENBRVGIVM *liti & cauſae renunciaſſe aduerſus* PROCONSVLES & CONSVLES HALLENSES.

lis *iniuriis*, dicto Iohanni, vt pretenditur, de Anno *domini M° quadringentesimo decimo octauo*, die Iouis decimaseptima Mensis *Martii* & earum occasione irrogatis, processerimus; Idem tamen *Iohannes actor* coram nobis parte ex vna & honorabilis vir & dominus *Magister* Cristoferus *Fabri*, procurator & procuratorio nomine dominorum *Augustini* & Cononis *Goltsmed*, *Proconsulum* & aliorum in *Consulatu existentium* nec non vniuersitatis predicte & eorum *bedellorum*, Nycolai *Lutel* & Henrici *Voshol*, ex altera, constituti; Ipseque *Iohannes* antedictus, non vi, metu coactus nec compulsus aut aliqua *sinistra informatione* informatus, sponte, libenter & firmiter omnibus & singulis *litibus*, *controuersiis* & *discordiis*, *questionibus*, *dissentionibus*, *causis* & *actionibus* quibuscunque, *realibus* & *personalibus* ac *penis* & *iuri*, que seu quod *sibi* competebant, seu competebat, siue competeret contra predictos *Proconsules* & *Consules* & eorundem antecessores quomodo libet competere poterant, quibuscunque nominibus censeantur & eosdem concerneret & concernerent, & que fuerunt inter dictum Iohannem *Kissenbruge* & *Proconsules*, *Consules* presentes *Communitatemque* ac antecessores, eorundem, coniunctim vel diuisim, vsque in diem presentem coram *nobis intentatis*, simpliciter & confidenter, dolo & fraude quibuscunque exclusis atque semotis, *renunciat* & pro *renunciatis* haberi voluit, promittens nobis omnia & singula predicta firmiter tenere, nichil sibi in eisdem & dictis causis occasione reseruando. Quam quidem *concordiam* & *renun-*

Formulis recitatis, in *renunciationibus*, usitatis.

renunciationem predictam per presentes approbamus, confirmamus & in eisdem consentimus penitus per presentes. In quorum omnium & singulorum euidens testimonium presens *publicum Instrumentum*, ad petitionem & requisitionem predictarum partium, hincinde per discretum virum Henricum *Gleneborch*, Imperiali Auctoritate *notarium* publicum *scribamque* nostrum infra scriptum, subscribi & *publicari*, mandauimus, nostrique *sigilli* iussimus & fecimus appensione communiri. Datum & actum *Erffordie* in Ambitu Ecclesie beate Marie Errforden. Anno domini *Millesimo quadringentesimo decimonono*, Indictione duodecima, *Pontificatus* sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini *Martini*, diuina prouidentia Pape quinti, Anno secundo, die vero lune, tertia mensis Iulii, hora tertia Presentibus ibidem honorabilibus viris domino Dethmaro *Hollenberch* presbitero, Henrico Pollicis de *Ysenach* & Henrico *Coci* de *Greuensteyn* clericis Maguntinae dyoc. testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis. *Inde publicum instrumentum.*

(L. Signi Notar.) Et ego Henricus *Gleneborch Clericus* Hildesemen. dyoec. publicus Imperiali Auctoritate *Notarius*, & coram prefato domino *Decano* & *Executore causeque* huiusmodi, secundum verba: Quia predictis omnibus & singulis dum sit vt premittitur *fient* & *agentur*, vnacum prenominatis *testibus* presens interfui, eaque sic fieri *vidi* & *audiui*. *Corroboratum a clerico, imperiali notario.*

Ideo-

Ideoque presens *publicum Instrumentum manu mea* propria scriptum exinde *confeci*, *publicaui* & in hanc publicam formam redegi, *Signoque* & *nomine* meis solitis & consuetis, de mandato supradicti Domini DECANI & EXECVTORIS, vna cum ipsius *sigilli* appensione consignaui, Rogatus & *requisitus* in *fidem* & testimonium omnium & singulorum premissorum.

EXECVTORIS APOSTOLICI hoc munus est singulare prorsus, inimicum *Germanicae libertati*. Praesertim cum etiam mentio hic fiat *ciuilium causarum*.

NVM. XVIII.

Dem *Barfüsser-Closter* wird von Bynsen vom *Steine* eine halbe *Pfanne Deutzsch*, die *Außlæuffte* iährlichen davon einzuheben, geschencket, hingegen sol dafür eine tägliche *Messe* gehalten werden. An. 1425.

Bynse de STEIN, cum *filiorum consensu*:

ICh *Bynße von dem* Steyne *Bekenne uffinbar jn dissen uffin briffe vor alle den, die on sehen, horn adir lesin; daß ich mid alle mynen* erbin, *alse mid* Drewess seuere *myme* soone, *vnd mid* Petere *vnd* Andreas *synen sonen, vnd mid al vnsin rechtin erbin*, wyl *gebin, myt kraft vnd macht disses briffes, alle iar ewiclich, eynen* vsslousst *eyner* halben phanen

nen *in dem* dutczen bornen, *alſe dy mak* gelouffin *nach der gewonheit des tulſ der ſtad czu* Halle, *den erbarn Hern den barphoſſin Brudern in derſelbin ſtad geſeſſin vſ geſloſſin dy* lehen, *dy ich vnd myn erbin vnß behaldin. Vnd ab ſich daß vorſyete daß ich adir myn erbin von todes weghe, dar god vor ſy, ane nachkomenden erbin abe ghen wordin, ſo ſullin ich adir myn erbin by yrin lebin eyn andir geſlechte czu Halle, welch geſlechte ſye wollen kyeſſen vnd die Leben der halben phanen an dy brenghen. So daß dy ergenanten hern vnd* barphofsin *bruder czu Halle, ane hinderniſſe vnd vordroſſinheyt, ſullen haldin eyne* ewighe meſſe *alle* taghe *obir dem* altar *ſente hulffen, den ich geſtifft habe uf der* porkerchin *neſt der muren keyghen das* kloſter. *Ouch daß ſye czu vir gecziten in dem iare ewiclichen mid vigilien vnd mit ſele* meſſin *ſullen gedenckin myner* eldern, *alſe Hanß* Sumans *mynes Vaters,* ſophyen *myner muter, vnd alle der dy da geborn in vnſe* geſlechte *vnd myner elichen* wirthe *hanß ſeuers myd allen ſynen kindern vnd Sanders von dem ſteyne myd allen ſynen kyndern, vnd ouch alle der, dye von mynen* geſlechte *vnd von den ergenanthin* geſlechtin *noch czu* ſelen *moghen werdin vnd daß yrſte* gedechtniſſe *ſal geſchen in dem neſtin ſuntaghe nach oſtern, das andere in dem neſtin ſuntaghe vor ſente claren taghe, daß dritte in dem neſtin ſuntaghe vor aller gotiß heylgen taghe, daß virde in dem ſuntaghe vor vnſer liben frouwen taghe lychtwyunghe. Diſſer dinghe alle czu eyner gantzen geczugniſſe und wiſheyt; So habe ich, mit* wiſſen *vnd* willen *Dre-*

reditus annuos dimidiae *ſartaginis* fontis *Teutonici* donat, ſalvo *feudi* nexu,

monachis pro quotidiana miſſa pro ſalute & memoria ſui *ſuorumque.*

Consensu filiorum subscripsit 1425.

weß Seuers mynß sones *vnd peters vnd andreas ſyner ſone vor vnß vnd vor al vnße rechten erbin ſyn jngeſegil gehanghin an diſſen uffin briff der da geghebin iſt nach gotiß gebord* virczehnhundirt *iar jn dem* funf vnde czwenczichten *iare an ſente Iohanes vndę paulß taghe der heylghen mertyrere.*

NVM. XIX.

GÜNTHERVS archiepiſcopus Magdeburgenſis rogat ſuppetias ab *Hallenſibus* in bellis *Huſſiticis* 1427.

GVNTHERVS archiepiſcopus, rogat ab HALLENSIBVS auxilia *equeſtria* aduerſus *Huſſitarum* metuendas inuaſiones

GÜNTHER *von Gottes gnaden Ertzbiſchoff zu Magdeburg. Vnſern guten willen zuvor, vorſichtigen lieben getruwen, Wenn die* ketzer *itzunt daz alczu clegelich vnd erbermelich iſt, die Vorſtete zu* Budiſſin *vnd* Gorlitz *gebrant, groz gut, daz von dem* landvolke *darjn* geflochent *was, darus genommen, vnd die Stat* Camentz gepücht *haben, vnd ſich nu czu dem Lande zu* Miſſen, *als des eine gemeyne ſage iſt, wenden, vondeſwegen ein yderman dem des iczunt nicht not ſie, darczu volgen vnd helffen mag, on* zuwiderſtehen, *vff daz ſie om nicht* neher *komen, vnd in ſinen* huſe *ſulchen ſchaden ouch thun, wenn zu beſorgen iſt, daz ſie alſferre man on nicht* widerſtehe, *alle diſe* land, *die on darczu gelegen ſin, oberctzihen vnd vorterben mochten. Darumb* begeren *wir*, bitten *vnd* ermanen *uch ouch ſo wir hogeſt mögen,*

dazu

dazu uch von stund an, als wir uch nest ouch desglichen geschriben *haben, darczu schigken wollit, wenn wir uch* botschaft *tetin, daz jr vns denn mit aller* macht *zu* pherde *vnd vff* waynen volge *vnd* huffe *darczu thut, vnd vnserm heuptman zu* Gibichenstein, *der sich desglich mit vnserm* lantvolke *ouch darczu schigken sal, ein eigentlich* antwort *wollet sagen. Daran tut ir vns* sunderlichen wol zu danke. *Gegb. zu* Jutterbok *am fritage Calixti vnder vnser Insigel.* **rectore Gibichensteinensi capitaneo.**

Den vorsichtigen vnsern liben getruwen, Ratmannen *vnd* Meistern *der* Innungen *vnser Stat Halle.*

NVM. XX.

Ertzbischoffs GÜNTHERS Mahnungs-Brieff vber 9000 fl. An. 1429.

GÜNTHER *von gotes gnaden Ertzbischoff zcu* Magdeburg, *den vorsichtigen vnsern lieben getruwen* Burgemeistern, Radmannen, Meistern *der Innungen vnd gantzen Gemeinheit vnser stad* Halle, *vnsern gunst und guten willen zcuuor; Vorsichtigen lieben getruwen, Wir* manen *uch mit dissemselben vnserm* offenen Briefe *vmb* Nuentusent guter Rinischer gulden, *alse ir vns die mit uwerm* briue geret, globet *vnd* vorschreben *habt zcubeczalen uff allergotisheiligen tag, der uff den nestuolgenden Dinstag zcukomet.* Begern *vnd* heischen *von uch vnd* bitten *uch ouch andechtlich, daz ir dieselben itzuntgnanten* **GVNTHERI archiepiscopi monitorium ad HALLENSES debiti 9000 aureorum rhenensium**

ten Nuentusent guter Rinisscher gülden *beczalen wollit*, *zcu dem* Nuwenwerke *vor der ergnanten stad* Halle *uff allerheiligentag nehst komen vorgnant*, *zcu vnser* hand *den Erhaftigen vnd duchtigen vnserm lieben andechtigen vnd getruwen* Ern Nicolao Probst *zcum* Nuwenwerke *vorgeschriben*, Ern Herman Queficz *Techand zcuer Nuemburg*, Heinrich Haken *vnserm* Amptman *zcu* Gebichinstein, *vnd Kunen von* Amendorff, *adir* dryen, czwehen *adir* einem *vnder denselben*, *welche adir welcher denn zcum* Nuwenwerke *vorgnant*, *mit dem* briue, *den jr vns ober die uorgnanten Nuentusent Rinische gulden* vorsigelt *gegeben habt*, *kegenwertig sin werden*, *adir wirdet vnd vns mit der beczalunge nicht uffhaldet*, *noch sumet*, *dasselbe gelt cuch uff vnsern* Sloz Gebichenstein sichert *vnd* geleitet, *daz wollen wir vmb uch insunderlichem guten willen erkennen vnd vorschulden*, *vnd wann die beczalunge der Nuentusent gulden vorgeschriben*, *von uch adir von uwern wegen*, *nach lute uwers brifes*, *dhen ir vns darvbir vorsigilt gegeben habt*, *vngeferlich geschijt*, *den vnsern adir or eczlichen*, *alfo vorgeschriben is*, *So sullen die adir dehr*, *deme adir den jr die beczalunge thun werdit*, uch uwern briff, *den jr vns obir die vorgnanten summa geldes gegeben habt*, *von vnser wegen*, widdergeben *vnd antwerten*, *vnd jr sullit denne derselben summen Nuentusent Rinische gulden von vns genczlich* geqwitet, *ledig vnd loes sin vnd bliben*, *Mit geczuge vnd Bekentnisse disse selben vnsern offenen brieues mit vnserm* Sigil *beueftet*. *Gegeben zcu* Jutterbog *nach gotes geburd Tusent Vierhundert*

sibi soluendi

ueniente die ex *mandatariis* pluribus *illi*,

qui habuerit *chirographum*.

Datum *Iuterbog* 1429.

dert Nuen vnd czwenczig jar, am Sonnabunde nehst nach Symonis und Jude tage der Apostaln vnsers Herrn.

NVM. XXI.

GVNTHERVS Archiepiſcopus relaxat *interdictum* Synodi *Baſilienſis* & excommunicationem contra *Hallenſes*, occaſione capti caſtri *Frideburg* &c. promulgatam. An. 1435.

GVNTHERVS Dei gratia *Archiepiſcopus Magdeburgenſis* & Germanie *Primas*, COMMISSARIVS & EXECVTOR ad infra ſcripta a Sacroſancta *Baſilienſi Synodo*, in Spiritu ſancto legitime congregata, *vniuerſalem eccleſiam* repreſentante, ſpecialiter deputatus, Vniuerſis & ſingulis Dominis *Abbatibus, Prioribus, Prepoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scolaſticis, Theſaurariis, Cantoribus, Cuſtodibus* tam *Kathedralium*, quam *collegiatorum*, *canonicis*, *parochialium* eccleſiarum *Rectoribus* ac *locumtenentibus*, eorundem *Plebanis, Viceplebanis, Clericis, Notariis* & *Tabellionibus* publicis quibuscunque per noſtram Dioc. *Magdeborgenſes* ac vnitas, & dioc. *Maguntinen. Halbirſtaden. Merſeborgen. Nuenborgen. Miſnen. Brandenborgen.* ac alias vbilibet conſtitutis, & eorum cuilibet inſolidum, ad quem vel ad quos noſtre litere huiusmodi peruenerint, & pro *executione* preſentium fuerint requiſiti, in Domino *Salutem*, &

GVNTHERVS archiepiſcopus & EXECVTOR BASILIENSIS *ſynodi multiplicium* generum *clericis*, quos *enumerat* ſigillatim

presentibus *fidem* indubiam adhibere, ac nostris huiusmodi, *ymo verius* eiusdem sacrosancte Synodi mandatis firmiter obedire. Noueritis nos literas prefate sacrosancte *Synodi* recepisse huiusmodi, qui de verbo ad-uerbum sequitur sub tenore. *Sacrosancta generalis* SYNODVS BASILIENSIS in Spiritu sancto legitime congregata, *vniuersalem ecclesiam* representans, venerabili GVNTHERO Archiepiscopo *Magdeburgensi* Salutem & omnipotentis Dei benedictionem. Humilibus supplicum votis, illis presertim, que animarum saluti & ecclesiarum indemnitati conuenit, libenter intendimus eaque fauoribus persequimur optimis. Exhibita nobis nuper, pro parte dilectorum ecclesie filiorum *capituli* ecclesie *Magdeborgensis* petitio continebat, quod postquam *ciues antique ciuitatis Magdeborgensis* PALLATIVM ARCHIEPISCOPALE ibidem, *fossarum vallamentis* & aliis *munitionibus*, tibi liberos ad illud introitu & exitu *prohibuerant* teque *opidis*, *castris*, *fortalitiis*, *suburbiis*, *villis*, *reditibus* & *bonis* etiam, contra prohitionem *maiestatis*, spoliauerant, clerum *effugauerant*, eorum & beneficiorum suorum ecclesiasticorum *fructus*, *redditus* & *prouentus* sibi *vsurpauerant*, & illorum occasione, eorum vniuersitas excommunicationem & *interdicti* sententias *incidisse* declarati, & alii contra eos *processus* habiti fuerant, *tu* & alii, quorum interest, cunctos modos *concordie* cum ciuibus predictis fuistis persecuti, illis ad *gremium matris* ecclesie redire volentibus. Quare pro potestate dictorum *capituli* nobis fuit humiliter supplicatum; vt concordie & voluntati predictis

Litteras a SYNODO BASILIENSI, repraesentante *uniuersalem ecclesiam* missas, *publicat*, in quibus *excommunicatae ciuitates*

ob *pallatium* interceptum, & *spolia reddituum*.

dictis operam dare dignaremur. Nos itaque huiusmodi *supplicationibus* inclinati, discretioni tue per hec scripta committimus & mandamus, quatenus si *concordia* huiusmodi ad *honorem* & *vtilitatem ecclesie*, processerit, ipsique ciues & opidani opidorum HALLIS, CALVE, STASFORDE & BORCH, aliique, *censuris* prefatis obuoluti, id humiliter petierint, recepta *cautione* ydonea, quod tuis & ecclesie mandatis stare velint & de cetero similia non committant, & committentibus non prestant auxilium, consilium vel fauorem, eos singulos a *sententiis* & *censuris, nostra vel quacunque auctoritate in eos promulgatis, eadem auctoritate nostra absoluas in forma ecclesie consueta,* iniunctis eis pro modo culpe PENITENCIA *salutari* & aliis, que de iure sunt iniungenda, interdictum tollas & alia in hys & circa ea facias, prout saluti animarum & vtilitati ecclesie noueris expedire. Datum BASILEE VIII. Idus Iulii Anno a natiuitate Domini MCCCCXXX. quinto. *Post quarum quidem literarum predictarum receptionem* nos affectu *concordie* in eisdem literis designate, quam etiam presentium tenore approbamus & ratificamus, sane moti, *penitentie* attendentes ymo attente considerantes, huiusmodi *concordiam* ad *honorem* & *vtilitatem ecclesie nostre Magdeborgensis* predicte processisse seruatis singulis ex earundem literarum tenore seruandis, omnes & singulos dicti nostri opidi HALLIS ac prefate nostre dioc. Magd. *Opidanos, Proconsules, Consules, fontium, vnionum & communitatum magistros.* Et presertim Nicolaum *Romancz*, Iohannem *Rose*, Iohan-

HALA, *Calua, Stasforde, Borch* nominatim,

acta penitentia,

recipiuntur in *ecclesiae finum* 1435. *Archiepiscopus* huic *indulgentiae* morem gerit

absoluitque *oberburgemeister,*

burgemeister, bornmeister, gemeinheitsmeister.

nem *Holtzwerd*, Ratmarum vom *Steine* militem, Mattiam *Glesin*, Hinricum vom *Ende*, Augustinum *Hedderfleue*, Coppe *Holczwerd*, Iohannem & Paulum *Giseken*, Iohannem *Schapstede*, Iohannem *Schriuer*, Iohannem *Stendal*, Conradum *Kuntze*, Petrum *Subach*, Claus *Punt*, Cristianum *Slegel*, Iohannem von *Muchel* SCHVLTETVM, Nicolaum *Moll*, Hermannum *Kamermeister*, Nicolaum *Serwicz*, Nicolaum *Smed*, Iohannem & Nicolaum *Lethen*, ac omnes alios & singulos *rectores opidi* eiusdem, alias predicte SACROSANCTE SYNODI AVCTORITATE & COMMISSIONE ad nostram instantiam, occasione detentionis castris FREDEBORG, ad ecclesiam nostram Magdeb. pertinentis, ac quacunque alia occasione *excommunicatos* & vt tales declaratos ab huiusmodi omnibus & *singulis excommunicationis, aggrauationis, & reaggrauationis sententiis, censuris atque penis, contra ipsos pertextu premissorum, a traditionibus canonicis & ciuilibus ac Romanis principibus promulgatis, nec non ab aliis censuris, quibus ipsi & eorum famuli, adherentes coadiutores, occasione adhesionis siue participationis, cum ciuibus nostre ciuitatis antique Magdeb. factis* siue *contractis*, quibus predicta SACRO SANCTE SYNODI *siue alia quacunque auctoritatibus censentur quomodolibet laqueati, absoluere decreuimus, & tenore presentium absoluimus, ipsoque & eorum quemlibet coniunctim & diuisim communioni fidelium & sacramentorum ecclesiasticorum participationi ac sancte matris ecclesie vnioni restituentes restituimus per presentes.* INTERDICTA quoque, eadem auctoritate, & ad eandem nostram

Scultetum aliosque ciues ab hoc fulmine.

FORMVLA *solenni.*

noſtram inſtantiam in & contra dicti noſtri opidi HALLEN. Vniuerſitatem *fulminata* & poſita, duximus relaxanda & DEI NOMINE relaxamus, ita quod de cetero diuina officia in quibuſuis eccleſiis, monaſteriis atque capellis ac aliis locis more ſolito poſſitis licite celebrare & ad huiuſmodi officia *vtriuſque ſexus* homines admittere, publice congregare, & queuis ſacra eccleſiaſtica, vt ante huiuſmodi interdictum ſolita, cunctis ipſis - - miniſtrare valeatis; dicto interdicto, vt prefertur, per nos relaxato, nequicquam obſtante. Ideoque vobis *Dominis* omnibus & ſingulis ſupraſcriptis, preſentibus debite requiſitis, in virtute *ſancte obedientie* & ſub *excommunicationis* pena, quam in vos & quemlibet veſtrum, cum tamen dierum *canonica moderatione* premiſſa fecimus, *dei nomine* in hys ſcriptis, niſi feceritis quod vobis & cuilibet veſtrum in hac parte precipimus & mandamus, quatenus ſupradictos *proconſules, conſules, fontium, vnionum* & *communitatum magiſtros* ac alios ſupranominatos quoſcunque, cum ipſorum famulis adherentibus, coadiutoribus per nos, vt premittitur auctoritate SACROSANCTE SYNODI BASILIENSIS, abſolutos, & interdicta vt prefertur, per nos relaxata, velitis in eccleſiis, infra *miſſarum* ſolempnia, toties quoties opus fuerit, coram plebis multitudine publicare & intimare curetis, & ab aliis quantum in vobis eſt, *publicari* & *intimari* faciatis, diuina, premiſſorum occaſione quondam ſuſpenſa, cum ſuis ſolempnitatibus reſumentes, penis ſub premiſſis. In quorum omnium & ſingulorum fidem & euidens teſtimo-

In dei nomine.

Inde litterarum instrumentis. stimonium premissorum presentes nostras LITERAS siue presens *publicum instrumentum* huiusmodi, nec non ABSOLVTIONEM in se continentes siue continens exinde fieri, & per Iohannem *Lutzen notarium* publicum infra scriptum *subscribi* & *publicari mandauimus*, nostrique *sigilli* appensione iussimus communiri. Datum & actum in *Castro* nostro EGELEN, *Halberstadiensis dioc.* Sub anno a natiuitate Domini *millesimo quadringentissimo tricesimoquinto*, Indictione tredecima horis tertiarum vel quasi, die vero veneris decima sexta mensis Septembris, *Pontificatus* sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini *Eugenii*, diuina prouidentia Pape quarti, anno *quinto*, presentibus ibidem Illustri Principe Domino *Bernhardo* de ANHALT & nobili *Friderico* de BICHELINGE Comitibus, nec non Strenuis & validis viris Iohanne de *Yberge* milite, Heisone de *Steinforde*, Ludolffo de *Velthem*, Hinrico de *Germen*, ARMIGERIS & VASALLIS ac pluribus aliis *testibus* fidedignis, ad premissa vocatis specialiter & rogatis.

Datum EGLEN 1435.

Anno V. pontificatus EVGENII IV.

Testes Anhald, Beichling. militibus, armigeris uasallis.

Notarius Ioan. LVTZE.

(L. Signi Notariatus.) Et ego *Iohannes* LVTZE *clericus* Hildesemen. dioc. publicus Imperiali auctoritate notarius. Quia premissis dum sic ut premittitur, per Reuerendissimum patrem Dominum GVNTHERVM Archiepiscopum, EXECVTOREM & COMMISSARIVM prefatum fient & agentur, vnacum prenominatis *testibus* interfui, Ideo ea, de mandato & iussu ipsius domini *Archiepiscopi*, in notam recepi, ex qua quidem nota presentem processum

cessum exinde fideliter scribi feci, *subscripsi* & in hanc *publicam formam redegi*, quam *signo* & *nomine* meis consuetis, vnacum ipsius domini Archiepiscopi *Sigillo* signaui rogatus & requisitus. In fidem & testimonium omnium & singulorum premissorum.

NVM. XXII.

REVOCATIO monitorii in puncto postulati *salarii* Nicolai *Vlow* a Senatu *Hallensi*, in causa contra Coppen *Peisker*. A. 1438.

IN nomine Domini Amen. Anno a natiuitate eiusdem Domini *Millesimo quadringentesimo tricesimo octauo*. Indictione prima. die vero Veneris, decimaoctaua mensis Iulii, *Pontificatus* Domini nostri, Domini *Eugenii*, diuina prouidentia Pape quarti, anno *octauo*, Constitutus *Basilee* coram venerabili viro domino Iohanne GARWINI, in decretis licenciato, *preposito Barduicen.* in ecclesia *Verdensi*, Venerabilis domini *Rudolphi* de RIDESCHEM, decretorum doctoris, Canonici Wormaciensis, curie *camere* Sacrosancte *Basiliensis* Sinodi causarum generalis *Auditoris* locumtenentis. Et mei *notarii* publici & testium infrascriptorum ad hoc specialiter *vocatorum* & rogatorum presentia venerabilis dominus Nicolaus VLOW, *canonicus* Missinen ecclesie & ex

NOTARII instrumentum 1438.

quod VLOW HALLEN.

ex eius certa ſcientia ac mera libera propria & ſpontanea voluntate, recognouit & publice fatebatur, ſibi per ſpectabiles & prouidos viros magiſtros *proconſules, conſules* & *regentes* inſignis opidi HALLEN. Magdeburgen. dioc. de *ſallario* ſuo, per ipſum in *cauſis ipſorum,* contra quendam *Coppen* PISSKER, laicum in hoc ſacro *Baſilien. Concilio* motis, definito, & ratione *ſollicitature* ſue factis ſeu alias quomodolibet ſibi debito, plenarie fore ſatisfactum, ipſosque de huiusmodi *ſallario quitauit,* liberauit penitus & abſoluit. Ac quitatos, liberos & abſolutos de cetero vocauit & reputauit ac vocari & reputari voluit & vult. Necnon quoddam *monitorium,* alias ad ipſius inſtantiam, per dictum dominum Rudolphum AVDITOREM, pro huiusmodi *ſallario* contra eosdem magiſtros, *proconſules, conſules* & *regentes* ad partes decretum, vnacum eius *executione,* in eiſdem partibus eo *ignorante* facta, vt aſſeruit, *reuocauit, caſſauit* & *annullauit* ac pro infecta haberi voluit & vult, & nihilominus per dictum dominum Iohannem *locumtenentem* huiusmodi *monitorium* reuocari ac executionem huiusmodi & omnia inde *ſecuta* & *ſecutura caſſari, irritari* & *annullari,* nulliusque roboris vel momenti eſſe declarari, cum inſtantia poſtulauit, aliaque egit, dixit & fecit, prout in quadam *cedula, manu ſua* vt aſſeruit ſcripta, tunc ibidem exhibita & producta latius continetur & habetur, quam idem dominus Iohannes *locumtenens* ad ſe recepit hic inſerendam, cuius tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis: Ego *Nicolaus* YLOW *canonicus* eccleſie *Miſſinen.* preſenti

[Margin notes: SIVM, in *Baſilienſi concilio*, procurator — ob *ſalarium ſollicitaturae* non ſolutum — egerit coram *ſynodo* eadem apud AVDITOREM & LOCVMTENENTEM — ſed liti & cauſae renuntiat,]

ſenti cedula recognoſco & fateor, michi per *Spectabiles* & *prouidos viros, magiſtros, proconſules, conſules* & *regentes* inſignis opidi Hallen. Magdeburgen. dioc. de *ſallario,* per me in cauſis, ipſis per quendam *Coppen* PISSKER laicum in Sacro hoc *Baſilienſi concilio* motis, michi nomine & proparte eorundem ad ſollicitandum commiſſis, definito, plenarie *ſatisfactum* fuiſſe & eſſe. Quapropter cum ad meam notitiam peruenit, *monitorium* quoddam pro parte mea & ad inſtantiam meam contra prefatos *magiſtros, proconſules, conſules* & *regentes,* AVDITORE *curie camere* cauſarum eiusdem ſacri concilii decretum, in partibus *executum* & *inſinuatum* fuiſſe & eſſe, de quo tamen *doleo*, ymo nullatenus ratifico nec gratum habeo, quinymo vos venerabilem dominum *locumtenentem auditorem* cauſarum curie camere huius ſacri concilii generalis requiro, vt huiusmodi *monitorium* & *executionem* ipſius in partibus factam & omnia inde ſecuta *reuocetis, caſſetis* & *irritetis, caſſa* & *irrita declaretis,* que etiam ſic caſſari, reuocari & irritari peto & expreſſe conſentio. Poſt cuius quidem cedule exhibitionem & receptionem idem dominus *Iohannes* LOCVMTENENS, audita huiusmodi recognitione requiſitione & petitione, per prefatum dominum *Nicolaum* YLOW vt premittitur factis, prefatos *dominos* & *magiſtros, proconſules, conſules* & *regentes* de huiusmodi *ſallario* dicto domino Nicolao, vt premittitur, ſoluto, *quitos, liberos* & abſolutos declarauit, caſſando irritando & annullando omnem ſcripturam tam publicam quam priuatam, que ſuper huius-modi

honoris cauſa *Hallenſibus* acti,

eosque *quitos,* liberos declarat

modi sallario siue debito patet seu apparet aut apparebit seu apparere possit quomodolibet in futurum. Nec non & MONITORIVM, vt premittitur, contra prefatos magistros proconsules, consules & regentes ratione huiusmodi *sallarii* vt premittitur, ad partes datum, vna cum eius *executione* facta, & omnia inde secuta simpliciter reuocauit, irritauit, & annullauit, nulliusque roboris vel momenti existere declarauit, literasque desuper *testimoniales* instante honorabili viro domino *Iohanne* LVTZE dicti opidi *Prothonotario* nomine prefatorum magistrorum, proconsulum, consulum & regentium ad futuram rei memoriam decreuit atque concessit. Acta fuerunt hec BASILEE, in domo habitationis dicti domini Iohannis *Garwini*, hora *vesperorum* vel quasi, Anno, Indict. die, mense & Pontificatu quibus supra, presentibus ibidem venerabilibus viris dominis Iohanne Christiani *Decano* ecclesie sancte crucis *Hildesemen.* & Arnoldo *Reclinchusen* in dicta sacrosancta Sinodo causarum procuratore, testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis.

a monitorio.

Actum Basiliae.

Et ego *Theobaldus* DANIELIS *Clericus* Traiectensis dioc. publicus *Apostolica* & *Imperiali auctoritatibus Notarius*, & dicte curie camere causarum *Scriba*. Quia premissa omnia & singula, dum sic, vt promittitur, coram dicto Domino Iohanne *Garwini* LOCVMTENENTE & per eum fierent, & agerentur, vnacum prenominatis *testibus* presens interfui, eaque sic fieri vidi & audiui. Ideo hoc presens publicum

NOTARII subscriptio.

cum instrumentum, manu mea propria scriptum, exinde *confeci, subscripsi*, & in hanc publicam formam redegi, *signoque* & *nomine* meis solitis & consuetis, vnacum prefati domini *Iohannis* LOCVMTENENTIS appensione, signaui, in fidem & testimonium premissorum rogatus & requisitus.

NVM. XXIII.

Lebenbrieff Tilen von *Trote* über 5. Hufen vff *Gibichensteiner Marck* den *Zochen* geliehen. A.1442.

ICh *Tyle von* Trothe *bekenne in dissem offinen brife wor allin Leutin, dy on sehen addir horin lesen: daz ich* lye *vnd* gelegin *habe mit* gesamptir hand *den bescheidin* Heynen, Kunen, Alberecht *vnd* Drewisse Czogken *Vettirn* fünf hufen, *gelegin vff* Gebechinsteyner marke *vnd in den* langen ackern, *czum rechtin* menlichin lehen *alz recht ist; daz der vorgnanten* Czogken *der eldeste von todis wegin abe geyt, So sollen dy* andern *denne den* lehen *volgen vnd* entphan *alz recht is vnd darvmme* gebin *noch moglikeyt waz* redelich *were, addir von* koufes *wegin ouch habe ich vorgenanter Tyle von* Trothe Ilsen *Hans* Czogkin *seliger* Husfrowen *hussen eyne gelegin czu eyner rechtin* lipczucht *vnd sal der* gebruchin, *alze* lipczucht *recht ist. Dez czu bekentnisse habe ich Tyle von* Trothe *myn* Ingesiegel *wissentlich hengen lassin an dissin* briff, *der*

TROTHII codicillus faudalis concessi quinque *hubarum* feudi, *masculini*, *coniuncta manu* ZOCHEIS; cum *uidualitio, lipzucht* uxori 1442.

der gegebin ist noch Cristi Gebort virczen hundirt *iar darnach in dem* czwey vnd werczigisten *iar, an dem dinstage nach sente Mertins tage.*

NVM. XXIV.

Heyne *Spiegels* Quittung über 60. fl. *leibzucht* von 1200 *capital.* A. 1462.

VITALITIVM pro 4 personis,

ICh *Heyne* Spigel *Bekenne vor mich, Osannen myne Eliche* Husfrauwen, *Ilsen myne* Tochter *vnd* Odilien Hessen *Closter-Iuncfrauwen zcu* Wedderstet *myd dyssem vffin bryffe, allen dy on sehin ader horin, das ich mich myd den Ersamen* Rathmannen *und* Meistern *der* Innungen *der Stad* Halle *gütlich geeynt vnd vortragen habe, von der* Sechtzig Rinischer gulden *wegin, dy ich denn by on vff orem* Rathuse *zcu den obgnanten vnser* vier lieben *vnd* leben *vor* zcwelfhundert gute Rinische *gulden gekauft hatte. Also vnd nach dem wir dy gnanten* Sechtzig gulden Lipzcinsis *bißher von vil jaren uffgnomen habin, das ich on die selbin* Lipzcinse *widderumb vor* fünffhundert alte schog grosschen *vorkaufft, vnd die selbin* fünffhundert schog *ful vnd al von on beczalt ufgnomen habe, doch also, das sy, von des obgnantenn kaufs wegin, der Andechtigen* Odilien Hessen Closter-Iuncfrauwen *vorberürt* zcwenczig alde schog grosschin, *alle Iar jerlichen die wiele sie* lebit, *vnd nicht lenger, uff ore gnughaftige* Cuntbryffe *söllin vnd wollin gütlichen reychin vnd beczalin. Hyrmyt*

emtum pretio 1200. florenorum,

sal

ſal der Hauptbryff *uff dy gnanten* Sechtzig Rinſche *gulden lipzcinſ wyſende, den ich on* durchſtochin *myd gutem willen* vernichtet *geantwurt habe, gantz vnd gar* vernichtet *ſin vnd biiebin. Des zcu bekentheniſſe habe ich Heyne* Spigel *obgnant myn Ingeſigel myd wiſſen vnd gutem willen an diſſen bryff gehangen, des wir* Oſanna, Ilſe *vnd* Odilia *vorgnant hiran mythe gebruchen. Nach Criſti vnſers Hern geburt* virtzehenhundert *vnd jm* czwe vnd Sechczigiſten *Iaren, Am Sunnabende neſt nach des heyligen nuwen Iarstage.*

cum reditus annuus 60. floreni *leibzucht*, ad euitandum *uſuras*, an. 1462.

NVM. XXV.

STEPHANVS Abbas *Pegauienſis* ad inſtantiam Iohannis *Buſſen* & Briccii *Haſſen*, ciuium *Hallenſium*, Henricum *Sued* de Folgmersheim & Rheinhardum de *Pouch* ſub pœna *excommunicationis* peremptorie citat. A. 1467.

STEFFANVS, Dei & Apoſtolice ſedis gratia, *Abbas* Monaſterii ſancti Iacobi *Pegauienſis*, Merſburgen. dioec. Ordinis ſancti *Benedicti*, ſedi Apoſtolice immediate ſubiecti, EXECVTOR ad infra ſcripta, vnacum infraſcriptis noſtris in hac parte *collegys* cum *clauſula: quatenus vos* vel *duo*, aut *vnus* veſtrum per *vos* vel *alium* ſeu *alios*, a ſede *Apoſtolica* ſpecialiter deputatus. Vniuerſis & ſingulis Do-

STEFFANVS abbas *Pegauienſis* & papae EXECVTOR

aperit *clericis* uariorum ordinum,

Dominis Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurariis, Custodibus, Sacristis, tam Cathedralium quam Collegiatarum *cuiuscunque* parochiarumque ecclesiarum Rectoribus & locotenentibus, eorum plebanis, viceplebanis, altaristis, capellanis curatis & non curatis, ceterisque clericis notariis & tabellionibus publicis quibuscunque in & per Ciuitates & dioec. Magd. Collonien. Maguntinen. Halberst. Numburgen. Padelbornen. & Hildesh. ac illi vel illis, ad quem vel ad quos nostre litere peruenerint pro *executione phisco* debite requisitis, signanter diuinorum

in *Folgmersheim*, *Lipzigk*, *Wyssenfels*, *Hallis*.

Rectoribus in *Folgmerseim*, in *Lipzigk*, in *Wyssenfels*, in *Hallis*, in *Merseburg* & in *Frisler*, ceterisque per presentes debite requisitis, Salutem in Domino & mandatis nostris, ymoueriius Apostolicis, firmiter obedire. Nuper coram nobis constituti sindicus & procurator cum mandatis sufficientibus prouidorum virorum, Iohannis *Bussen*

citatos *Smed* & *Pouch* ob priuilegia *Halensium* uiolata,

& Briccien *Hasen*, opidanorum opidi HALL. Magd. dioec. qui nobis cum querela exposuit, quod nonnulli, videlicet Heynricus *Smed* de Folgmerseim, & Reinhardus de *Pouch* laici, priuilegia sua & libertates nituntur inuadere quibusdam iudiciis & processibus vetitis & inualidis; cum tamen dicti Iohannes *Busse* & *Briccius Hasse* de pronominata communitate & opido, semper parati sint, ympetentibus, coram *suo iudice*, respondere. Quicquid

Quorum CONSERVATOR sit abbas

sindicus & procurator nos, tanquam *conseruatores priuilegiorum* predicti opidi, instanter requisiuit, ut contra dictos *inuasores* literas cita-

citatorias & inhibitorias decerneremus. Nos vero ad huiusmodi sui petitionem & requisitionem ipsos videlicet Heynricum *Smed* & Reynhardum *Pouch* incuriam nostram coram nobis citari fecimus ad respondere querelis dictorum prouidorum virorum Iohannis *Bussen* & Briccien *Hassen* etiam inhibemus sub *executionis* pena, ne vlterius contra eos procederent *processibus* suis vetitis & inualidis. Quo termino adueniente comparuit coram nobis procurator predictorum Iohannis *Bussen* & Briccien *Hassin*, reproducens processum citationis nostre sufficientis *executionis*, accusando *contumaciam* ipsorum, citatorum, & in contumaciam eorum petendo, processus oportunos sibi decerni. Quapropter vobis dominis omnibus & singulis prescriptis, in virtute sancte obedientie & sub *executionis pena*, quam incurrere nolumus quemlibet vestrum, si *presentibus non parueritis* cum effectu, Dei nomine in his scriptis, cum tamen dierum canonica monitione premissa, districte precipiendo mandamus, quatenus auctoritate nostra, ymouerius Apostolica, prenominatus reus canonice moneatur & peremptorie requiratur. Quos & nos *peremtorie* sic requirimus & admonemus vt infra nouem *dies*, moderatione nostra proximos, quos quidem nouem dies ipsis & eorum cuilibet pro termino *peremtorio* ac *canonica moderatione* prefigimus & assignamus, quatenus coram nobis Pegauie in curia habitationis nostre licite compareant, contumaciam suam purgaturi *Deo*, *ecclesie* & *nobis* de inobedientia huiusmodi, nec non parti alteri super impetitionibus suis & contuma-

adeoque uiolatores cites

tumacione expensis satisfacturi, aut medio tempore se cum dictis actoribus in ipsorum ltro. procuratorum in Iure in amicitia componant, alioquí si secus fecerint, tunc *monitorum decursu* ipsos & eorum quemlibet *ex tunc, prout ex nunc, excommunicamus* Dei nomine in scriptis, quos & nos ex tunc eos & eorum quemlibet sic *excommunicatos* & *excommunicatum*, singulis diebus dominicis & festiuis, infra *missarum* sollempnia publice nuntietis & nuntiare faciatis de ambonibus vestris. Et si preuati *excommunicati* post huiusmodi nostras executionis sententias ad *decem dies*, dictos *nouem* dies immediate sequentes, animis induratis subsistere, quod absit, presumpserint; ex tunc exsuperhabundanti ipsos & quemlibet ipsorum *peremtorie moniatis*, vt infra *nouem dies*, dictos *decem dies* continue sequentes, coram nobis compareant, *absolutionis* beneficium a nobis impetraturi, Deo, ecclesie, nobis & parti aduerse, vt preferetur, cum plena satisfactione responsuri. Alioqui si secus fecerint & nobis de *reconciliatione* & *absolutione* eorundem non constiterit, extunc, pretactis nouem diebus elapsis, ad coercendam ipsorum *rebellionem*, ne aliis presumptionibus exemplum condonare valeant delinquendi, ipsos & eorum quemlibet *excommunicatos*, per modum *aggrauationis*, accensis *candelis* mox *reextinctis* & in *terram proiectis*, pulsatisque *campanis*, iuxta modum preexpressum nuncietis & nunciari faciatis, facientes eosdem, tanquam *excommunicatos*, a singulis Christi fidelibus *artius euitari*. Reddantur litere *sigillate* cum signo debite vestre *executionis*.

& contumaces excommunicet,

atque, per modum AGGRAVATIONIS solennis.

interdicit cum *fidelibus* commercio.

tionis. Datum & actum *Pegauie* in curia abbacie nostre sub anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo Indictione decima quinta. **Datum & actum Pegauiae 1467.**

(L. Signi Notariatus.) Et ego Mathias FRIAVFF prespiter de Pegow Mersburgensis dioecesis, sacra Imperiali auctoritate *notarius*, reuerendique in Christo patris & Domini Abbatis Pegauiensis, *iudicis* & *conseruatoris* prelibati & huiusmodi cause coram eo *scriba*. Quia prefati processus petitione suique decreti ac omnibus aliis & singulis, dum vt sic premittitur, fierent & agerentur, vnacum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audiui, ideo hoc presens puplicum processus instrumentum, manu alterius confectum, exinde confeci, subscripsi, publicaui, & in hanc puplicam formam redegi. Scriptoque nomine & cognomine meis solitis & consuetis vnacum appensione *sigilli* eiusdem Domini *Abbatis* signaui rogatus & requisitus in fidem & testimonium & omnium & singulorum premissorum. **Notarii FRIAVFF sigillum.**

EXECVTVM est presens mandatum per me Mathiam *Friauff* plebanum in *Pegow* anno domini ben. LXVI. in vigilia assumptionis Marie, quod *protestor* manu mea propria. **Executum est.**

NVM. XXVI.

EXCOMMVNICATIO Ranonis de *Kannenstein* in Kegelnberg &c. ad petitionem Senatus HALLENSIS per Stephanum Abbatem *Pegauiensem*. An. 1467.

STEPHANVS PEGAVIENSIS abbas & EXECVTOR apostolicus scribit clericis *multiplicium* classium.

STEFFANVS Dei & Apostolice sedis gratia *Abbas* monasterii sancti Iacobi *Pegauiensis*, Mersburgen. dioec. ordinis sancti *Benedicti*, sedi Apostolice *immediate subiectus Executor* ad infra scripta, vnacum infrascriptis nostris in hac parte collegis, cum clausula quatenus vos vel *duo* aut *vnus* vestrum per *vos* vel *alium* seu alios, a sede Apostolica specialiter deputatos, vniuersis & singulis dominis *Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Decanis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurariis, Custodibus, Sacrist. tam Kathedralium quam collegiatarum canonicis, parochiarumque ecclesiarum Rectoribus & locum eorundem tenentibus plebanis, viceplebanis, altharistis, Capellanis curatis & non curatis, ceterusque clericis, notariis & tabellionibus publicis quibuscunque, in & per ciuitates & dioec. Magdeburgen. Colonien. Maguntbinen. Halberstad. Numburgen. Padelbornen. Mersburgen. & Hild.* ac illi vel illis, ad quem vel ad quos nostre litere peruenerint per EXECVTIONEM presentium debite requisitos. Signanter dominorum Rectorum in *Folgmersen* & in *Koynenstein* ceterisque per presentim debite requisitis. Salutem & in domino & mandatis nostris, ymouerius Apostolicis, firmiter obedi-

obedire. Quamuis nuper ad instantiam *Sindici* & *procuratoris* prouidorum & circumspectorum virorum *proconsulum* & *consulum* vniuersitatis opidi HALLEN. Magd. dioec. nec non Iohannis *Bussen* & *Brixii Hosen* eiusdem opidi conciuium, coram nobis comparentium, & quendam processum *excommunicatorium* & *aggrauatorium* per nos, auctoritate sedis *Apostolice*, contra quendam *rebellum*, videlicet Ranonem de KANNENSTEIN in *Kegelnberge* & in *Calenberg Capitaneum*, necnon *secrete iudicum sedis a Secretis sedium*, vulgariter STVLHERRE, ac contra omnes vices eius sui *secreti iudicii* gerentes, debitam executionem reproducerent. Quemadmodum Sindicus & procurator *contumaciam* & *rebellionem* ipsorum dictorum *excommunicatorum* & aggrauatorum accusans, nobis humiliter supplicauit. Quatenus auctoritate supradicte *sedis Apostolice*, quantum contra predictos *rebelles excommunicatos* & aggrauatos, processum *reaggrauatorium* decernere dignaremur. Nos vero, iustis petitionibus eorum inclinati, ipsum *Ranonem* de KANNENSTEIN & omnes, vices sui *secreti iudicii* gerentes, reos prefatos, per nos monitos & aggrauatos, ammonemus & requirimus, vt infra *decem dies* ab insinuatione & requisitione vestris, coram nobis *Pegauie* in curia habitationis nostre, vbi nos pro *tribunali* ad reddendum iura sedere contigerit, per *se* vel *procuratorem*, legitime compareat, contumaciam suam & rebellionem purgans, DEO *Ecclesie* ac *nobis*, nec non partibus aduersis satisfacturus. Si vero, quod absit, post lapsum dictorum *decem dierum* in *duricia* cordium suo-

quod HALLENSIS ciuitatis *syndicus* implorauit *excommunicatorum, aggrauatorium, reaggrauatorium,*

aduersus KANNSTEIN *secreti iudicii, vulberrn rebellem,*

suo-

ſuorum perſtiterint, ipſos extunc per modum *reagrauationis excommunicamus.* Quos ſic per modum *reaggrauationis* excommunicatos, ſub excommunicationis pena, quam in vos ferimus, dei nomine in hys ſcriptis publicis, de *ambonibus* veſtris ſingulis diebus dominicis & feſtiuis denuncietis, *accenſis candelis*, vt & moneatis nichilominus omnes & ſingulos veſtros *parochianos* vtriusque *ſexus*, preſertim *Lantgrauios, Comites, Barones, nobiles, milites, Capitaneos, aduocatos* iudicii caſtrenſis, *armigeros, Schultetos, Schabinos, Proconſules, Conſules, Ciues, Opidanos, Villanos*, necnon *ſutores, piſtores, ſartores, carnifices, fabros, pannicidos, raſores, molendinatores, tabernatores* & quoſcunque infra limites Eccleſiarum veſtrarum vbilibet conſtitutos. Quos & nos preſentibus ſic ammonemus, vt infra *ſex dies*, veſtris a monitionibus proximos, a participatione *memoratorum rebellium excommunicatorum, aggrauatorum* & *reaggrauatorum, loquendo, ſtando, aſſurgendo, coequitando, potando, comedendo, cibum, potum, ſal, aquam, ignem & alia quecunque vite & victus neceſſaria* quomodolibet *miniſtrando*, penitus ſe *abſtinuerint*, nec in aliquo *humanitatis ſolamine* cum eiſdem conuerſari *preſumant*, alioquin, termino *predicte monitionis* elapſo, quos ſciueritis, in ſpecie, reliquos autem in commune *excommunicatos* ſingulis diebus dominicis & feſtiuis de *ambonibus veſtris* nuncietis & nunciari faciatis. Quos & nos & quemlibet eorum extunc *excommunicamus* DEI NOMINE in his ſcriptis, premiſſorum fideli EXECVTIONE literis *vidimus* vul-

Aqua & igni interdicitur.

ſub pœna excommunicationis, qui ipſum toleret.

vulgariter nuncupatis non obſtantibus. Et non ceſſantibus donec aliud a nobis habueritis in mandatis. *Datum* & *actum Pegauie* in *curia Abbatie noſtre*, ſub anno domini *Milleſimo Quadringentheſimo Sexageſimo ſeptimo* Indictione decima quinta, hora tertiarum vel quaſi decima ſeptima, die menſis Decembris, *Pontificatus* ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini *Pauli*, diuina prouidentia Pape ſecundi, anno eius *tertio*, preſentibus ibidem Hinrico *Stuber*, Ioh. *Kelner* & Hinr. *Stoyan*, laicis Magd. & Numburgen. dioec. teſtibus ad premiſſa vocatis pariter & requiſitis. **Datum Pegauiae 1467.**

(Signum Notariatus.) Et ego *Heynricus* FRANCKE clericus Moguntinen. dioec. publicus ſacra Imperiali auctoritate *Notarius*, Quia premiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic vt premittitur fierent & agerentur, preſens affui, eaque ſic fieri vidi & audiui. Ideoque hoc preſens publicum inſtrumentum, manu alterius fideliter conſcriptum, *ſubſcripſi*, publicaui, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque meo nomine & cognomine meis ſolitis & conſuetis conſignaui, in fidem & euidens teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſ. vna cum ſubſcriptis teſtibus Simone *Wunſche* clerico Halberſtaten. dioec. & Heynrico *Trumeſtroff* laico ad premiſſa vocatis legitimeque rogatis. **Notarii ſubſcriptio.**

Notario executio,

(Signum Notariatus.) In nomine Domini Amen. Anno Domini MCCCCLXVIII. Indictione prima, die XXI. mensis Aprilis hora vesperorum vel quasi, Pontificatu sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Pauli diuina prouidentia pape secundi, anno eius quinto, in mei, notarii publici, presentia & ego Con. *Lamperti* clericus *Coloniensis* dioec. publicus *notarius* Executus sum presentem processum capelle ville aldendorff prope *Kegelnberg*, & in portis opidi *Volckmersen* & portis monasterii Woldeff. originale apposui, recepi copiam auschult. in locum, farina aqua mixta, in valuis affixi, vere executionis in signum, presentibus Henrico Smed & Anthonio Vamecker laicis testibus requisitis ad h.

& plebani.

Ego Martinus *Kopic* Plebanus in Volckmersen Executus sum presens mandatum dominica Quasimodogeniti Anno Domini LXVIII.

NVM. XXVII.

Bestettigung der *Greffeschafft* zur gemeinen *Einnahme* in Magdeburg.

Offert *Hans* von BISCHOPSWERDEN.

Hans *von* Bischopswerden *is tu vnss Heren vnd dartu tu alle den, dy tu orem* Heimeliten rade *pflegen tu gheende, gekommen, vnd het myd on vmme dy* Greueschapp

schapp *geredet, also verne, dat he syc der* Greueschapp *durch der Stat willen gerne wil vnterwynden, also beschedeliken, dat vnsere* Herren *an dem* Rade *myd ome an stan an allen dinghen, wat gelick von* weken *tu* weken *von dem* geleite *vnd* voln *in der* Stat *vnd vor den* Doren vellet, *dat wil he* twen, *dy vnß vnsere* Herren *ud orem rade dar tu kiesen, entworden, vnd dat* beschryuen laten *in der wise, alse man dat went an dissen hudigen dach het gehalden. Dat solue* geld *wil de bederue man in der* kemerie *behalden laten, vnd mit twen* flöteln besluten, *der seluen* flotele *scolen dy twenen eynen, dy vnsere* Herren *dar tu gekoren hebben, vnd* Hans *de bederue man den andern hebben. An sente* Martens dage, *oder darna, wan man dat gelt* dielen schall, *vnd eynem gewelken gheuen nach der* mantal, *wat ome mach gebören, dar scolen vnsere* Herren *von dem rade myd dem bederue man yegenwordich wesen, dat man einem yedemane geue, wat ome nah der* mantal *mach gebören, vnd dar an wesen, dat he syk dar an genügen laten. Wen ouk dat ymande gegeuen worde, dem nicht genöghede, vnd den bederue man daromme tu reden sotten, vnd bedinghen welden, des scol den on vnse Herren aller dynge benemen. Nye phennighe tu slande wille he myd vnser Herren hulpe vnd rade gerne halden. Ouk scole vnse bürger der gheste gut nicht vordedingen, vnd wor dy bederue man des vour eynen vnser Bürger queme ader vuervindich worde, myd deme welde he dat na vnser Herren rade gerne halden. Ouk scolen vnßere* Herren *dar an syn, dat* Hans *dy vorgenande van vnßern Herren van begnadet werde.*

Were

operas suas ad quaesturam der greueschapp recipiendorum uectigalium, ciuitatis Magdeburgensis, ad scribendum accepta & custodiendum duabus in arca ferris clausa de *kemerie*, flötlen.

Were ouk, dat yth eyn vnser Bürger weln scolde, den welde dy bederue man schryuen laten, vnd dat vnßern Herren vorkundigen. Ouk wil dy bederue man vmme alle diße vorgeschreuen stücke dy leen van vnßern Herren *von* Magdeburg *tu* drien jaren *gerne emphangen. Were nu dat ome geduchte, dat ho yn einem der* drien iaren *nicht tu komen könde vnd welde dy* leen *vnßern vorgenomden Herren* vppesoggen, *daromme welde se van der* Stat vnuordacht *blyuen.*

A *dominis* de *Magdeburg* in *triennium* munere conferendo.

NVM. XXVIII.

Instrument über zween *Citationes*, so Heinrich *Stoyen* Paul und Glorius Brudern, und Reinharten von *Pouch* insinuiret. An. 1468.

INSTRVMENTVM NOTARII super insinuatione citationum duarum.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio, *Scolastico* Citzen. Nuemburgen. Dioec. Salutem & Apostolicam benedictionem. Conquesta est nobis Conegundis, relicta quondam Iohannis *Heylant* laici *vidua*, Magdeburgen. dioec. quod Ludolfus *Rode*, Iohannes de *Valua* & Cristianus *Kapart* laici dicte dioec. super quibus dam *pecuniarum* summis & rebus aliis, ad *dotem* suam spectantibus, *iniuriantur eidem.* Cum autem dicta conquerens, sicut asserit, dictorum *iniuriantium* potentiam merito perhorrescens, eos *infra ciuitatem* seu dioec. Magdeburgensem *nequeat conuenire secure:* discretioni tue per Apostolica scripta mandamus, quatinus partibus conuocatis audias *causam* & *ap-*

GREGORIVS papa mandat *scholastico;* ut *Heilantam* uiduam audiat aduersus ei *iniuriantes* creditores,

ni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus conuocatis audias *causam*, & *appellatione* remota, VSVRIS *cessantibus*, debito fine decidas, faciens, quod decreueris, per *censuram ecclesiasticam* firmiter obseruari. *Testes* autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura, simili appellatione cessante, *compellas, veritati* testimonium perhibere. Dat. ROME apud Sanctam Mariam trans Tiberim III. Id. Nouembr. Pontificatus nostri Anno primo.

ne *credito-res* STATIVM impediant ob *usuras*, quo minus *uotum* praestet. Testes *cogendi* ad *deponendum*.

Rta.

I. Gotfridus &c.

NVM. XLV.

GREGORIVS Papa Abbatem PVZAMENSEM iudicem constituit, in causa bonorum quorundam, ab Ecclesia S. *Vdalrici* Hallensi *abalienatorum*.

GREGORIVS *Episcopus*, *seruus seruorum*, Dilecto filio Abbati monasterii *Puzamen. Nuenburgen.* dioec. salutem & apostolicam ben. Dilecti filii Iohannis dicti *Paslebe* prouisioris *vitrici* nuncupati *fabrice*, *parrochialis* ecclesie sancti ODOLRICI in *Hallis* Magdeburgen. Dioec. *administrationem habentis* bonorum eiusdem *fabrice*, ab aliis bonis eiusdem ecclesie *discretorum*, precibus inclinati, presentium tibi autoritate mandamus, quatinus ea, que de *bonis*, ad *fabricam* ipsam spectantibus, *alienata* inueneris illicite vel di-

GREGORIVS papa iubet recuperare ea, quae alienata de *fabrica* ecclesiae *Vdalricianae*.

stracta

ſtracta, ad ius & *proprietatem* eiusdem fabrice *legitime reuocare* procures, *Contradictores* per cenſuram *eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita,* compeſcendo. *Teſtes* autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia odio vel timore ſubſtraxerint, cenſura, ſimili appellatione ceſſante, *compellas, veritati teſtimonium perhibere.* Dat. ROME apud ſanctum Petrum VII. Non. Maii. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Teſtibus cogendis ad prodendum.

Datum *Romae*.

Io. de Caſtris.

NVM. XLVI.

CVNRADI archiepiſcopi *Magdeburgici* lex *monetaria* & definitio *multarum, teloniorum, cenſuum* & in iudiciis *ſportularum* an. 1226.

CVNRADVS archiepiſcopus *Magdeburgenſis*

IN nomine Sanctae & Indiuiduae Trinitatis, amen. CONRADVS *Dei gratia Sctae Magdeburgenſis Eccleſiae Archiepiſcopus,* Vniuerſis præſentibus & futuris, in perpetuum; Claudicans vno pede, greſſum non figit ſtabilem: laborans in vitio, virtuti ſe reddit inhabilem, expurgationis indigens, vt ſtatum perfectiorem induat, & irreprehenſibilis totus fiat. A ſimili: *Moneta Hallenſis, ab argenti albedine* ſeu puritate commendabilis, *claudicat* pro *leuitate nummismatis.* Sanum requiritur conſilium, qualiter competens *pondus* habeat, & *aeream leuitatem* euadat. Quid mirum, ſi cuduntur infra ciuitatem *denarii,* extra muros, minime ſint datiui, pro eo, quod librati,

queritur de *monetae Hallenſis* leuitate.

librati in *ſtatera*, ſtateram cras & hodie non teneant vniformem, imo de die in diem cudi *ſoleant leuiores*, pro paruiſſima vi flaminis, vsque quaque *volatiles*, ſcilicet ſicut in nouitate ſua *decem* & *octo denarii* ad *Lotonem* cuduntur ſic, poſtquam veteraſcunt, totidem fere *ſolidi* pro *lotone* conſimili *cambiuntur*.

numi uolatiles.

Ad corrigendum itaque deformitatem nummismatis huiusmodi, peruenit ad nos *deuotio Hallenſis* populi, ſupplicantis & nos inuitantis vtiliter, quatinus *Monetam Hallenſem* ad ſtatum *mercatoribus* congruum, in commutandis mercibus, perducere curaremus. Igitur accepta intentione noſtrorum de *Hallo Burgenſium*, regulata utilitati reipub'icæ, cu pientes intendere ad eorum inſtantiam rationabiliter nobis factam, praehabito *Capituli noſtri conſenſu* & *conſilio*, ſtatuimus, ordinamus, quod in feſto Aſſumptionis Glorioſe *Virginis*, *Magiſter monetæ*, qui nunc eſt, vel qui pro tempore fuerit, *Monetam* renouare debeat, *nouos cudat*, cudique faciat *denarios*, per anni circulum duraturos, tam graues tam pondero'os, quod *quadraginta quatuor ſolidi ponderent vnam Marcam*. *Talenta* quoque duo, pro vna *Marca* dent & reci piant vniuerſi & ſinguli in ſuis *contractibus*, tam *ementes* quam *vendentes*, pro ſuis *mercibus* commutandis. Seruabunt etiam *denarii* talem in *argenti* materia puritatem, vt ſi examinauerit illos *ignis*, in vna *Marcâ* vnius tantum *deperditio* ſit *lotonis*. Vt autem *denarii veteres* ad *extremum anni*, ſicut a principio *noui*, eundem *tenorem* ponderis teneant & valorem: nec deprauari illos contigerit hinc

Earum definitus ideo modus.

regulatus; cum capituli conſenſu.

monetae per anni circulum duraturae 44. ſolidi marcam. Talenta 2. marca.

In qua unius lotonis perditio.

hinc vel inde, *Malleo communi denariorum* & fabricae, cautelam apponimus subsequentem: Duo *Consules* ciuitatis Hallensis, viri in fide probati, vna cum *Aduocato* nostro de *Geuekenstein*, ad hoc specialiter deputati iudices, *Inspectores Denariorum* Magistri monetæ nouae sint & iudices, quotiescunque decreuerint. Et si peccatum vel in materia vel in forma, in quantitate vel qualitate, inuenerint, poena digna condemnabunt *Magistrum monetae*, ad summam *viginti Marcarum*, quas ab eo recipient & ei non parcent, ne facilitas veniæ *incentiuum* præbeat delinquendi. Huius *acquisiti* duae partes *nobis*, *Burgensibus* vero nostris pars *tertia* cedet Hallis.

magistri monetales Borggr. de *Geuekenstein*.

Falsi poena XX. marcarum. Veniae *incentiuum*.

Præterea ex quo reditus annales quamplurimi, officia, iudicia, negotia & si qua sunt similia, non pondere argenti, sed certo numero *denariorum* seu *solidorum leuium* sunt *taxata*, quorum vsus fuerat hactenus in *Hallensi moneta*, nunc quidem postposita: *denarii* quoque praesentis Monetae, nouiter institutae, multum distent in pondere & excessum longe faciant in valore, a *denariis leuibus* iam abiectis; iniuriam faceremus, si haec omnia expediri sub consimili numero *denariorum grauium* iuberemus. Vnde prouida sollicitudine iuxta modum sigillatim haec limitare decreuimus infra scriptum: in officio *monetæ nostræ census* sic nostris Burgensibus est soluendus: pro *Marca albi tres fertones argenti* aut *denarios* valentes tanti, sed pro *talento* dimidium *fertonem* vel *denarios* æqui valoris volumus ipsis dari.

Bonitate monetae aucta

aliter *pretia* definienda. Pro *marca* 3. *fertones* denariorum.

Telo-

Telonium sic volumus esse dandum. Pro curru *maiori, Sal* deferente, dabuntur *quatuor denarii* atque *loto*, de minori curru dimidium *tanti:* Item, de curru portante *pisces*, *halec*, - - vel quantumcunque talium, siue fiat istarum depositio mercium siue vendantur, de singulis dabitur denarius cum lotone; de *equo* vendito *denarius;* de *Mesa halecum denarius;* de *Vino* ad vendendum vel ad gustandum exhibito, & generaliter, de re singula non vendita, sed ad vendendum exhibita, dabitur *vnus nummus:* Item de *supellectile*, euehenda extra ciuitatem, *decem* & *octo denarii* nomine *telonei* erunt dandi. Sed de paruis mercibus, quae pro minori pretio, quam ad *fertonem* vendi poterunt, teloneum penitus relaxamus.

Telonio-rum modus, pro curru, piscibus; halecum mesa; venditis equis; uino; supellectili denarii 18.

Haec autem circa Iudicem nostrum seu *Comitem* in *Valle Salinarum* volumus obseruari: si aliquis ratione sui *delicti*, quæ *Wedde* dicitur, inciderit, & dominus fuerit, *quatuor denarios*, si famulus, duos dabit. Pro poena maiori quæ *Wehrgeldt* appellatur, qui eam inciderit, *sex Talenta* iudici exhibebit. Item qui antea de corpore, *Innunge* dicto eorum, qui in *valle* operantur & negotiantur non fuerit, si in hoc corpore seu consortio compræhendi & commercari voluit, pro licentia operandi seu negotiandi in valle, *Comiti solidos duos* dabit. Item: pro denariis, qui *Schnede Pfennige* nuncupantur, dabitur in *valle* de *Panna* qualibet nummus *vnus*.

Iudex SALINARVM, de *Wette* 4. denarii. *Wehrgeld* 6. talenta. Innung in ualle, 2. solidos. *Schnede-Pfennige.*

Insuper *Iura Burggrauiatus*, consentiente nobis Illustri ALBERTO *Duce Saxon. Burchgrauio Magdeburgensi, taliter limitamus.* Qui, iustanti

BVRGGRAVIVS Albertus D. Saxoniae,

instanti tempore *Iurisdictionis* suae & durante, ratione forifragii alicuius & *delicti*, maiorem poenam *Wehrgeldt* inciderit, *sex talenta* dabit, qui minorem poenam inciderit, quae *wedde* dicitur, *talentum* tantummodo dabit vnum. Porro si quis *equum*, domum, aream, seu rem aliam in forma iuditii *impetierit*, & in *causa defecerit*, suo tenetur aduersario, quem frustra conuenit, *decem solidos*, nomine eius quod *Büte* vulgariter appellatur.

Wehrgeld, Wedde, Si quis causa ceciderit, 10. solidos *büte*.

Insuper Sculteto ciuitatis, pro eo quod *Wedde* appellatur, *solidi tres* dabuntur; de eo quod *Burmal* nominatur, quatuor denarii, & pro eo, quod quis se adiungit corpori *Innunge* dicto, similiter *Sculteto quatuor denarii* debent dari.

SCVLTETO pro *Wedde* 3. solid. *Burmal* 4. denarii.

Bodellis etiam seu *praeconibus*, tam ciuitatis quam vallis *salinarum*, qui litigantes adiuverint ad detinendum suos aduersarios, quos conuenire proponunt, & ad capiendum pignora, vbi fuerint capienda, *duo* debentur *denarii* & totidem pro *Stocmedo*.

BEDELLIS.

Sed *praeconi* ciuitatis, qui censetur alio & honesti vrbaniori nomine *Advocatus*, *vidua* quae nubit *Solidum* dabit vnum.

PRAECONI.

Carnifices & *Calcifices* singuli de *fenestra*, qua suas *exponunt merces*, quatuor *nummos* soluent, eidem quem praediximus *Advocato*: Item: eidem dantur *duo denarii* de qualibet *arca* infra muros.

Carnifices, *calcifices* de *fenestra* 4. nummos.

Hi quoque, quibus certus numerus *denariorum* vel *solidorum* de *Aduocacia* nostra Hallensi pro *censu* hactenus est solutus, *tertia parte* de tali *denariorum* numero sint contenti.

Item: de Iudicio *Burggrauiatus* extra muros *Hallenses* volumus obseruari, quod in quibus-

Burggrauiatus extra muros.

buscunque locis, poenae, *Wehrgeldt* & *Wedde*, denariis Hallensibus rediumuntur, *Burggrauius* seu suus *Viceiudex* denariorum parte *tertia* sit contentus. . De Iudicio quoque nostro in *Geuekenstein*, scilicet de *Gograuiatu*, & de Iudicio in *Glauk* idem decreuimus esse dandum. Item de censu, monasteriis, *Noui operis*; sancti Mauritii & de *Glauch* debito, qui numero denariorum & solidorum consueuit exsolui, idem iudicium sit tenendum, quod haec *Monasteria* census sui parte *tertia*, quoad denariorum computum, sint contenta. Wehrgeld, wette, uiceiudex. *Iudicium* GEVEKENSTEIN & GLAVK, monasteria noui operis.

Item: qui ab *excommunicatione* absolui desiderat & mandato Ecclesiæ stare iurat, licet Præposito pro iure *Banni tria Talenta* dare consueuit, deinceps *vnum* dabit. Pro excommunicatione 3. talenta.

Nos Dei gratia ALBERTVS *Dux Saxoniae*, *Burggrauius Magdeburgensis*, recognoscimus, nos huic interfuisse *tractatui*, ac restrictioni *iuris nostri*, pro numero *Talentorum*, literaliter consensisse, in premissorum euidens testimonium *sigillum nostrum* apposuimus, præsenti literæ, *sigillis* Reuerendi Patris nostri ac domini CONRADI *Magdeburgensis Archiepiscopi*, eiusque Capituli roboratae. Datum & actum *Magdeburch* Anno Domini MCCLXXVI. Decima Calend. Februar. *Pontificatus* nostri Anno *nono*. ALBERTI Sax. Duc. consensus. Datum & actum Magdeburg 1276.

NVM. XLVII.

Dilectis *filiis*: TREDECIM CANTONIBVS HELVETIARVM, *ligae superioris Alemanniae*, *Libertatis*

Ecclesiasticae, *defensoribus*, PAVLVS Papa Tertius.

PAVLI III. *papae* literae ad *Heluetios*, *fortissimam* nationem,

DIlecti filii. Salutem & Apostolicam benedictionem, pro nostra perpetua & praedecessorum nostrorum erga deuotiones vestras, totamque istam fortissimam Nationem beneuolentia (quae fecit vt semper nos vestri memores, vestrorum commodorum atque honorum summam rationem habeamus.) Non dubitamus, quin vobis quoque in animo & in memoria sit infixum, sic illam fuisse semper inter vos, & hanc *sanctam sedem* coniunctionem, quod mutui amoris vinculum, ob multa indicia, beneuolae vtrinque ac beneficae voluntatis constiterit. Cum hactenus nos semper nostris iudiciis nostrisque *stipendiis* vos honestauerimus; nostrarumque *personarum vobis custodiam* potissimum permiserimus. Vestra autem fides & vestra virtus nunquam praedecessoribus nostris & nobis vlla temporum varietate defuerit. Atqui hanc tantam & tam arctam inter nos *amicitiae coniunctionem*. (Quae vtrique parti honori fuit semper & commodo fuerunt.) tamen *vafri* & *insidiosi* homines, *perturbatores legum*, morumque bonorum, iidemque sanctae *Catholicae* & *Apostolicae Religionis* corruptores, separare & diuellere conati sunt. Quibus tantum fauet perfidus humani generis *hostis*, vt ex ista *potentissima* & nobis *charissima Natione*, aliquos tamen, a vobis potuerunt *diuellere*, magno cum dolore nostro, tamquam e sinu & amplexu amantissimi patris dilectissimos filios, quorum iacturam

papae *milites* praesidiarios,

quod aliqui deuient a *catholica* fide.

ram atque damnum etiam nunc lugere & lamentari non desistimus, desyderantes & *Deo* restitui & *nobis*, quos nostrae curae, diurnaeque & nocturnae cogitationes, omnibus praecibus apud Deum & assiduis lamentationibus requirunt. Illud tamen Deo, eiusque diuinae bonitati & clementiae referimus acceptum, quod *bona pars* de vobis in fide erga ipsum Deum, erga sanctam matrem *Ecclesiam* perstitit, nec se alienari a cultu verae & Christianae Religionis passa est. In quo Deus misericordiae, & vobis qui integri *remansistis*, de spiritu suae sapientiae effudit, & si qui gentis vestrae decepti & inducti improborum sermonibus & in alienum sensum abducti, illis tamen exemplum ante oculos positum voluit constantioris ac melioris partis, per quam alii possint facilius resipiscere & reuerti ad eam sanctam fidem, quam patres ipsorum omnes, *aui*, & *maiores*, perpetuo cursu *veterum saeculorum*, in *Catholico* Ecclesiae gremio tenuerunt, cuius Dei voluntatis maximum est argumentum, quod pax & amor inter vos, nec dissidio quidem Religionis, quo solent asperrimae *seditiones* oriri, refringi aut violari potuit, quam vestram pacem nos optimum signum vestrae probitatis acceptatae & speratae nobiscum consensionis habemus. Ac nobis quidem iam inde a nostri *Pontificatus* initio, omnia tentantibus ac molientibus, quo his *dissidiorum*, atque *heresium* domesticis malis occurreretur. Cum & propria inter Christianos *Principes* concordia reconcilianda, (Sicut notum vobis est) plurimum laborassemus & *leuibus* primo *remediis*,

inde turbae & *seditiones*.

Ad quod nos Concilium, tanquam ad *coeleſtem Senatum* quendam, cui Deus praeeſt, quemque ipſemet moderatur & gubernat, Deuotiones veſtras, ſicut & ante fecimus, omni animi ſtudio & inuitamus & adhortamur. Quod vero nobis praeter omnem ſpem & expectationem acceſſit, vt inuenirentur inter *Germanos* non pauci, ac de numero eorum, qui ſe dicunt eſſe *Principes*, qui *Oecumenici Concilii grauiſſimam authoritatem*, potiusque vt diximus *diuinam* quam humanam, ita ſuperbe inſolenterque *deſpicerent*, vt non modo ad id ſe acceſſuros *negarent*, ſed contumeliis & maledictis petulantibus atque nefariis, omnem *Conciliorum ſanctitatem*, improbiſſime inſectarentur, ſeque nec *Concilii decretis* ſtaturos, nec illius authoritati tantillum delaturos, dicerent, id nobis vt vere loquamur, maximo dolori fuit. Videmus enim hanc perditorum contumeliam ſummam neceſſitatem afferre, vt de vi atque ARMIS fuerit nobis cogitandum, cum nec tantum animarum interitum, quae haereſum venenis quotidie inficiebantur, nec *conculcationem* totius, non magis *Eccleſiaſtici* quam *Chriſtiani nominis* atque honoris poſſemus amplius perferre. Quod *alterum* nobis *paſtorale* officium charitasque paterna, quam erga omnes *fideles Dei filios* atque noſtros gerimus; alterum locus atque honor & ſummi *Pontificatus dignitas* non permittebat, ſed nobis ſaepe cogitantibus, quid agendum eſſet, Deumque praecantibus, vt ſui diuini auxilii nobis lumen afferret, opportune accidit, vt chariſſimus in Chriſto filius noſter

Coeleſtis ſenatus,

quem ſpernunt *Germaniae* principes,

conculcant eccleſiae hierarchiam,

Inde CAROLO V. *uindiciae* graues & iustae.

CAROLVS *Romanorum Imperator ſemper Auguſtus,* (cuius erga Deum omnipotentem & ſanctam Catholicam Apoſtolicamque fidem, ſingulare ſemper extitit ſtudium & praeſtantiſſima pietas) *impiorum* ſceleribus eisdem, fere quibus nos offenſus, quo ſanctum *Concilium Germanicae Nationi ipſius praeſertim poſtulatione & opera a nobis datum,* quod cum illi contemnebant, impius quoque factum, & authoritatem videbant, & contemnere (ſicut quidam aperte petulanterque faciebant) *armis ſibi conſtitueret, violatae fidei Catholicae ſanctitatem & vnitatem eſſe vindicandam,* cui nos occaſioni, tanquam nobis a Deo ſine vlla dubitatione oblatae, ſtudioſe nos adiunximus, *ſummique imperatoris* VOLVNTATEM OMNIBVS NOSTRIS ET SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE OPIBVS ATQVE AVXILIIS IVVARE CONSTITVIMVS, Deo hanc noſtram *operam* & actionem tribuentes, cuius numen, honoremque defendimus, nec volumus committere, vt ſi *lente negligenterque nos gerimus,* is poſtea tot *filiorum animas, haereticorum* perfidia in interitum abductas, a noſtra manu requirat, quem animum noſtrum, & totam Concilii rationem voluimus vobis dilectis filiis, noſtris literis facere notum, primum vt vobiſcum tanquam cum eis, quos chariſſimos habemus, curas & ſollicitudines, quae nos praemunt, communicaremus. Deinde vt *vos* etiam hortaremur & rogaremus, vt animo, piisque votis & voluntatibus nobiſcum eſſe, hoc eſt cum Deo & Chriſtiana Religione, velletis, nam etſi multa de vobis eximia & praeſtantia facta poſſint commemorari, nullum tamen futurum

Quibus ut accedant *Heluetii,* admonet papa.

turum est praestantius, quam hoc, *si cum Deo veterem coniunctionem & amicitiam, quam aut maiores vestri sancte continuauerunt, seruarint, aut reconciliarint.* Et si *sedi Apostolicae*, quae vos semper *illustrare* atque *ornare* conata est, pristinum vestrum amorem & vultum reddideritis, Nobis, qui vos paterna dilectione prosequitur, in hac *Dei causa*(*) iuuanda & promouenda vestra studia, vestraque auxilia adiunxeritis; quae omnia cum vestra summa laude, commodo & vtilitate, & Deum omnipotentem & vos ipsos charissimi filii omni studio rogamus atque cohortamur. Datum. Quod sit *causa* DEI.

(*) Contra libellus hic inscribitur, manu haud dubie euangelici theologi: BREVE DIABOLICVM.

NVM. XLVIII.

Priuilegium ALBERTI D. de *Brunsuich* NORTHEIMENSIBVS indultum; de *castro* non aedificando in eorum *uicinia* unius milliaris. An. 1303.

DEi gratia nos ALBERTVS *dux in Brunefwich* presentibus recognoscimus ac publice protestamur, quod *dilectione spetiali* & gracioso affectu moti circa Burgenses nostros in NORTHIM nobis dilectos, castrum nostrum RVMENOWE *deponi* permittimus. Ita quod nec ibidem in loco nec intra menia ciuitatis nostre NORTHYM nec vsquam in confinio, circum circa ad *vnum miliare*, aliquod castrum eidem ciuitati vicinum, vel nos aut nostri heredes *edificari* faciemus, vel

ALBERTVS dux *Brunsuicensis* an. 1303. in gratiam NORTHEMII, castrum RVMENOWE deponit, promittitque ciuibus, de CASTRO alio non aedificando,

intra *miliare*, fine eorum *consensu*, & *necessitate* aduersus *hostium inuasiones*. TESTIBVS *nobili*, *militibus*. *aduocato*, *rectore forensi*.

vel per quempiam construi, permitemus, nisi de bona & deliberata predictorum *Burgensium* nobis dilectorum *voluntate* fuerit & *consensu*, vel nisi forsan contingeret in futurum, quod, ad repellendos insultus *inimicorum*, nostrorum fidelium *Burgensium* antedictorum municionem, pro *communi* bono terræ nostre, edificari faceremus, *consilio* pariter & *consensu*. Huius rei testes sunt, Dominus Godescalcus nobilis vir de *Plesse*. Dominus Iohannes de *Grone*. Bruningus de *Woldershusen*. Echertus de *Asseborch*, Iohannes de *Vttesen* milites. Theodericus de *Barckeuelde aduocatus* noster. Hugo *rector forensis* ecclesie in *Northym* & quam plures alii fide digni. Ne vero hec permissa per nos vel per nostros successores vnquam valeant violari, presens scriptum inde confectum super eo dedimus firmiter roboratum. Datum GOTTINGE per manum Bertoldi dicti de *Honloye* notarii nostri. Anno Domini *millesimo trecentesimo tertio*, in die *perpetue felicitatis*.

Datum GOETTINGAE 1303.

NVM. XLIX.

Conuentus noui claustri confoederatio cum Senatu & Praelatis, pro defendenda bonorum SALINARIVM libertate. Dat. 1370. fer. 4. p. Dominicam Palmar.

NOVI CLAVSTRI accessio 1370.

NOs *Hinricus* PRAEPOSITVS, *Mechtildis* PRIORISSA *totusque Conuentus in* NOVO CLAVSTRO, omnibus & singulis, quibus

bus praesentia contigerit exhiberi, cupimus fore notum, quod, pro defensione libertatum SALINAE in *Luneborg*, quam *Dux* MAGNVS de *Luneborg* & *Brunswig* minus iuste nititur *impetere* & inpugnare, stare volumus, vna cum PRO-CONSVLIBVS & *Consulibus* & aliis *praelatis* in eodem *Ducatu* & alibi, commorantibus. Promittentes in super nos gratum & ratum habentes quicquid per eosdem pro defensione eiusdem fuerit attemptatum. In cuius rei testimonium *Sigilla* nostra praesentibus sunt appensa. *Datum* in nouo claustro, anno domini MCCC. Septuagesimo feria quarta post Dominicam Palmarum.

ad litem, pro *salinarum Luneburgensium* libertate instituendam.

Datum 1370.

NVM. L.

Capituli LVBECENSIS declaratio in eundem finem. Dat. 1370. Vig. Palmarum.

Nos Iohannes *Praepositus*, Iohannes *Decanus*, totumque Capitulum *Ecclesiae Lubicensis* praesentibus protestamur, quod libertatem bonorum *Salinarium* in *Luneborg*, in quantum nos & Ecclesiam nostram concernit, intendimus defendere & aliis defendentibus fideliter assistere. Datum *Lübeck* anno domini millesimo CCC Septuagesimo in vigilia Palmarum, nostri Capituli sub Sigillo adnegotia.

LVBECENSIS capituli accessio 1370. ad litem pro *salinarium bonorum* libertate, aduersus *ducem Luneburgensem* prosequendam. *Datum* Lubeck 1370.

NVM.

NVM. LI.

OTTONIS *Strenui*, Duc. *Brunſ.* & *Luneb.* & *Filiorum* Ottonis & Wilhelmi diploma *venditionis* vnius chori *ſalis* in domo *Hinxſtae*, *Salinae* Lunaburgenſis, factae Hermanno *Huth*, *Burgenſi* in Luneborg Ao. 1325. Vig. B. Thomae Apoſtoli.

OTTO dux Brunſuic. an. 1325. cum *conſenſu* filiorum, *domicellorum*, & *fidelium*, *armigeri*, *chorum ſalis Luneburgi* in IV. *ſartaginibus*, reſignatum ei cum *heredum conſenſu*, uendit, addita plena libertate, *ab angariis*, *precariis*,

DEI gratia Nos OTTO *Dux* de *Brunſwyk* & *Luneb.* Otto & Wilhelmus *filii* eius *Domicelli* ibidem, recognoſcimus per preſentes, quod vnanimi *conſenſu noſtrorum fidelium* & ſpecialiter Iohannis de *Mandelſleue armigeri*, qui a nobis vnum chorum ſalis habuit in *ſalina Luneborg quolibet flumine* in tota domo *Hinxſte*, in *quatuor ſartaginibus* ibidem poſitis, quem nobis idem *Iohannes* de omnium *heredum ſuorum conſenſu reſignauit* libere, vendidimus eundem chorum ſalis Hermanno HVTH *burgenſi* in *Luneborg* & ſuis heredibus, *quolibet flumine* perpetuis temporibus tollendum & percipiendum, *iure hereditario* plena libertate, qua *Nos* & *Progenitores* noſtri ipſum poſſedimus & qua dictus *Iohannes* cum ſuis *heredibus*, ſine *angariis*, *peticionibus*, *precariis* & *exactionibus* que *Schoth* nuncupantur volgariter, dictum *chorum ſalis* percipere potuiſſet. Damus etiam predictis Hermanno *Huth* & ſuis heredibus

redibus plenam facultatem *donandi, vendendi* & *obligandi* predictum chorum salis, in *parte* vel in *toto*, quandocunque decreuerit, *absque nostra* vel nostre succeslionis *requisitione*, quibuscunque personis *Ecclesiasticis* vel *seculaℓibus*, infra vel extra nostrum *dominium* constitutis, cuiuscunque *status* vel *conditionis* existant, ita quod dicte persone, vel earum quelibet, in quam vel in quas futuris temporibus ius percipiendi dictum *chorum salis* translatum fuerit, *commoditatibus* & libertatibus gaudeant, superius expressis, & nec per nos siue nostros *Aduocatos* vel *officiales* aut alios nobis subiectos in pacifica possessione debent aliquatenus molestari. Et vt premissa omnia in perpetuum illesa permaneant, presentem literam nostris *sigillis* fecimus roborari. Datum *Luneborg* anno domini MCCCXXV. in vigilia beati Thome Apostoli.

exactionibus *Schott*, & iure alienandi, extraneis quibusque sine *requisitione* ducis.

Sigilla. Datum *Luneburg* 1325.

NVM. LII.

Recessus und Vergleich des *Closters* S. MICHAELIS ZU LVNEBVRG mit dem RAHT daselbst, über der Sicherheit der jährlichen 13. Flöhde und künfftiger Freyheit der *Closter-Pfannen*, nach abgetragener *Sültz-Hülffe*, mit *Verzicht* der niemahlen recipirten *Concordien* de 1388. & 1390. Dat. d. 8 p. d. SS. Sim. & Iud. 1488.

Wy

Senatus Luneburgensis an. 1488. agnoscit cum *breue* i.e. litteris. Quod *Benedictinum* cœnobium S. *Michaelis*. Bona *officia* adhibuerit, in turbis de *Zultehulpe*, Episcopi VERDENSIS, & pacto CONCORDIAE, cuius beneficii ciuitas memor,

WY Borgermestere, Radt *vnde* Meinheit *der Stadt* Luneborgh, *Bekennen opembare in vnde mit desseme* breue *vor alszweme, so alse de* erwerdige *in Godo* Vader *vnde* here *hr'n* Werner *Abbet, hr'n* Ludolphus *prior vnde gantze Conuent des* CLOSTERS *to sunte* MICHILE, ordens sancti BENEDICTI, *bynnen vnser Stadt belegen vnde ere vorfaren milder dechtenisse, yn vortiden vele* arbeides *vnde groten* vlidt, *yn guder andacht vnde meninge, gutwillig dar to gedan hebben, dat sodane wichtige swаre zake, alse etlike* prelaten *vormals iegen vns vnse vorfar'n vnde de Stadt* Luneborgh, *von wegen der* zulte *vnde* zultehulpe *einer* CONCORDIEN, *de de Erw'dige in gode vader vnde here hr'n* Iohann *zeliger dechtenisse, ichteswann* BISSCHOPP *to* VERDEN, *in dem vergangen* Souen *vnd* veftigeste *Iare* Kal. Augusti *vppe de suluen* zultehulpe, *vnser stadt* schulde *mede* afftoleggende *geschicket vnde ordineret hefft, welke* CONCORDIEN *ere vorfaren vnde se, von eres* Closters *vnde erer* zultegudere *wegen, yn dat aller erste angingen vnde, na lude der suluen* CONCORDIEN, *ere* sultegudere, *na inholde vnser vorsegelden breue, en dor vpp gegeuen,* geuriget *vnde vns vnde vnser* Stat sware schulde *dor mede* entlichtet *vnde ere* Closter *beswaret hebben, dor mede ock de sulue* vnwille *twisschen eren* vorfaren *vnde en ock andere* prelaten, *gutliken bygelecht vnde gesleten worden is. Also hebben wy vns mit en, vmme sulker* woldaet *willen, von der* zulte *wegen, vordan vppet nye* gutliken vordragen, *so dat se vns yn guden louen vnde truwen hebben togesecht vnde vns des ere vorsegelden breff gegeuen.*

geuen. Wanner idt yn tokomenden tide alfo qweme, dat jennige prelaten *effte de* beguder-den *vpp der* fultenn, *famptliken edder befun-dern, jennigen vnwillen, von der* zultewegen, *iegen vns wedder vpthen wolden, des doch got nicht en wille, dat fe dat met dem beften na erem vermogen gerne willen affkeren, wor fe yummer konnen vnde mogen, vnde des neman-de iegen vns byuallen effte byftant don heime-liken effte opembare. Sunder u' wanner wy en dorch den* Solthmefter, *we de to tiden is, mit der hulpe godes dorttein vlude vnde dorto beide boninge to* behoff *eres* Clofters *vlutgude iar-likes geten laten, fo wy ock nhu iegenwordigen don, fo fche en vnde eren nakomelingen dor me de vul vnde in deme wy en de* vriginge *erer* zultegudere, *na lude vnfer verfegelden breue, holden willen. So willen vnde fchullen fe vns von der* zulte *wegen vurder nergent vmme an-langen. Ock fchullen vnde willen fe vns dem* Rade *vnde der Stadt* Luneborg, *in all vnfenn anliggenden faken, de* zulten *vnde* zultehuipe *andrepende, wor fe vnfer to eren vnde rechte mechtich fen vnde wy fe dar to effchen,* radt, hulpe, troft *vnde* byftant *don, na all erem vermogen vnde vns dor ynne nich verlaten, bet to einem gantzen ende. Welkes wy alle en fere demodigen bedancken, vnde vmme fe vnde ere* Clofter *allewege gerne wedder verdenen vnde vor ogen hebben willen, vnde hebben de fulven Her'n* WERNER abbete, *hr'n* LVDOLPHO priori *vnde gantzen* Conuente *to funte* MICHILE *iegen wordich vnde tokommende, weddervmme vor vns vnd vnfe nakomelinge, in guden truwen, gelouen, togefecht vnde tofeggen en fo iegen-*

nous pacti init de impediendis litibus,

Soltmefter,

zultgudere. immunitate bonorum falinariorum monafterii,

& mutuo auxilio monafterii, *zultenhulpe,*

& ciuitatis, *Ern, herrn.*

breue, briefe, *wordigen, yn crafft desses breues, dat wy se yn all eren anliggenden saken, ere personen sampt vnde besunderenn ondrepende, wor wy erer to eren vnde rechte mechtich sin, vor* vnrechter gewalt *ouer tovallende, wor se vns dar to esschen, en* radt, hulpe, trost *vnde* bystant *to donde, nicht schullen noch willen vorlaten, sundern en vnde erem* Clostere *des byuallen, na all vnsem vermogen, bet to einem gantzen ende, sunder alle argelist vnde geuerde.* *Vnde desse* verdracht *schal der* anderen vordracht, *twisschen eren vnde vnsen* vorfaren, *na godes bort verteinhundert vnde in dem soszten Iare, am Sondage in sunte Lucas auende gemaket, vnde vorsegelt, vnschedelick syn; sunderen schullen* beide *by vuller* macht *wesen vnde bliuen. Vnde des to vurder bekantenisse hebben wy vnser* Stadt Ingesegel, *vor vns vnde vnse nokommelinge witliken heten hengen an dessen breff, nach Xsti gebort* verteinhundert *vnde in deme* Achten *vnde* Achtentigesten *Iare am Middeweken na* Simonis & Iude.

contra vim iniustam,

Salu's pactis prioribus de an. 1406.

Datum an. 1488.

NVM. LIII.

ALBERTI & IOHANNIS, Ducum *Brunsv.* & *Lunaeb. Reuersales* pro *libertate* bonorum *Salinarium* ab oneribus patrimonialibus. Dat. 1263. in 8va SS. Petri & Pauli Apostolorum.

ALBERTVS & IOHANNES duces

DEI Gratia ALBERTVS & IOHANNES, *Duces* de *Brunsvic.* omnibus hoc scriptum cernenti-

nentibus salutem in domino. Recognoscimus tenore praesentium, quod cum NOS *grauati* multis *debitis*, peteremus dilectos *burgenses* nostros in *Luneburch* & alios, bona in *salina nostra* ibidem habentes, vt, in *subsidium* solutionis debitorum nostrorum, *quatuor marcas* puri argenti de singulis *sartaginibus* nobis darent, sine quorum adiutorio a tam graui debitorum onere non poteramus absolui, quia nos dictos *burgenses* nostros, qui nobis sicut & nostris progenitoribus semper beniuoli in necessitatibus extiterunt, in admissione huius modi petitionis nostrae voluntarios inuenimus & paratos & ipsi nobis dictam summam fauorabiliter exsoluerunt; NOS, eis deinceps parcere volentes, talem ipsis eorum exigente beniuolentia concedimus *libertatem*, quod si nobis in posterum incumbat similis necessitas, talis *petitio* siue exactio, hactenus *inaudita*, contra ipsos, nec per NOS nec per *fratres* nostros, attemptabitur vllo modo. Vt autem haec libertas, a NOBIS concessa dictis *Burgensibus* nostris, rata in posterum & firma permaneat; praesens scriptum, *sigillorum* nostrorum appensione munitum, ipsis dari iussimus, ad *cautelam*. Huius rei testes sunt *Conradus* de *Dornstadt*, *Luthardus* de *Meinersen*, nobiles, *Baldwinus* de *Campo*, *Baldwinus* de *Wenethen*, *Henricus* de *Wrechstede*, *Iordanus* pincerna noster, *Fridericus* de *Stenthorpe*, *Henricus* de *Heimborch*, *Henricus* de *Borchthorpe*, *Otto Magnus*, *Hunerus* de *Odem*, *Wernerus* de *Meainge*, *Egkehardus Schacke*, *Lippoldus* & *Thethardus* fratres de *Doren*, *Fredericus* de *Moule*, *Otto*

Brunsuicenses, debitis grauati, petunt a Luneburgensibus salinatoribus, quatuor marcas agenti de singulis sartaginibus salinatoribus, iisque impetratis promittunt immunitatem, ab eiusmodi exactione *inaudita*, pro se & fratribus, Sigilla & Testes 1) *nobiles*, 2) *fideles*,

3) *consules.* de *Boyzenburch*, *Euerardus* de *Odem* fideles nostri, *Gerardus Nypre*, *Hoyerus* de *pomerio*, *Richbernus*, *Bernardus Zabel*, *Godehardus*, *Volgmarus* de *nouo foro*, *Wicbertus*, *Nicholaus Paron*, *Hoyerus Stufen*, *Hoyerus Albus*, *Iohannes Todonis*, *Luderigrus*, consules, & alii quam plures. Datum *Lubike* anno domini MCCLXIII. In Octaua beatorum Apostolorum *Petri* & *Pauli*.

Datum Lubecke an. 1263.

NVM. LIV.

Hertzogs BERNHARDI & HENRICI zu *Braunschweig* und *Lüneburg* *Reuersales* für die *Freyheit* der *Saltz-Güther*. Datum 1389. d. SS. Simonis & Iudae Apostolorum.

BERNHARDVS & HENRICVS duces *Brunsuicenses*,

WY BEREND *vnd* HINRIK *van Gades Gnaden* Hertogen *to* Brunszwich *vnd to* Luneborch, *bekennet openbare in dessen Breue, wol dat we nenerleye* bede *von* plicht, rechte, *edder* wohnheit, *aver de* Sultten *noch aver de jenne, der dat gut is, en hebben, doch hebben angesehen, vnse leuen andächtigen*, Ebbete, Pröveste, *vnd andere* Papheit *vnd zamelinge* Geistliker Lude, *vnse* Borgere *der Stadt Luneborg, vnd alle de anderen, de* gudt *vnd* Renten *in der* Sülten *to* Luneborg *hebben, apenbahre grote noht, dar we*, Hertoge BERNDT, *vorbenömbt, an Zeit von* Vengnisze *wegene, also alse* WE *vnd* vnse man

possessores bonorum salinarium *clericos & laicos;* ob præstita duci BERNHARDO,

man *in des* Landes were *gefangen worden, vnd alſe* WE *der* Vengniſze *mit vnſen* mannen *nene wis loes werden könden, we en moſten der* Herſchop Zlote *en deel darumme ewigen vorlaten hebben edder alſo hoge verpendet, dat ſe doch der* Herſchop *vnnütte worden wären, das hebben ſe, vmme vnſer* vrundlicken bede *willen, to den ſüluen nöden vns* mit guten, *to* Hülpe *geuen von der* Zülten *ſo vele, dat we en dancken, vnd mit der* Hülpe *laten we leddig vnd loes de* Praelaten, Stadt, Börgere *und Stadt* Luneborg *der* Hülpe, *de to* Lozing *vnſer* Vengniſze *in degedinge was begrepen, der* vründſchop *dancke we vnd willet de jegen ſe to allen tiden vruntlicken vorſchulden, wor ſe des bedoruen, vnd van vns eſchen. Vnd vmme dat vns hirane vmme nenes* rechten *willen, men vmme* vruntſchop *geſchehen is, nemende in tokamenden tiden to ſchaden en käme: ſo en wille* WE, *noch vnſen* Eruen *edder naköme-linge en ſchullen alſodane, noch jenigerleye andere* Bede *aver de* Sulten *edder dat* Sulte-Guth *nümmermehr don edder nemen, men* WE *ſchullet vnd willet de* Zülten, *dat* gut *vnd de* Rente *vppe der* Zülten *mit aller tobehoringe, vnd alle de dar* Renthe *vppe hebbet, by aller* Vriheit, rechtigkeit *vnd* warheit, *de de* Zülten *anröret, rowelicken laten, vnd daranne beſchermen, de ſe zamend edder beſündern von vnſen vorvaren vnd von vns hebbet, vnd gehad hebet, vnd de ſchullet von deſſer* vrüntliken bede *wegene deger vnvorbraken weſen, vnd ewiglicken, in vuller Macht bliven. Ock en ſchullet we noch en wille noch jemand von vnſer wegene nen* Buwholdt, Berneholdt, tun-

in des Landes were capto, uegnifs, ad redimendam libertatem, ſubſidia pecuniaria, liberos pronunciant von der Rantzion-Steuer, cum ſumma gratiarum actione, quod non ex iuris neceſſitate, ſed *amicitia* ducem adiuuerint pecunia. Addita confirmatione iurium & immunitatum bonorum ſalinarium, ab exactionibus, & liberi vſus ligni & carbonum,

tunnenholdt *noch jenigerleye andere* Holt, Kolen *edder andern* Vüringe, *der me bedarff to der* Zülten, *des* Zoltes *edder to der* Stadt *vnd* Börgere *behueff, vorbeeden to hauwende, to förende noch to vorkopende edder jeniegerleye ding don, zetten, beden, heetten, ftaden edder vorbeden, dat wedder de* Zülten, *dat* Zolt, Stadt *edder de* Borgere *darfülves fie edder wefen möge, edder dat des* foltes Lözinge *vorhinderen, edder der* Zülten, *edder denjenen, de* gud *darvppe hebbet to jenigen fchaden komen möge. Doch fchall alle* Holtunges-Recht *vnd* Dwang *bliven, alfe de vorgewefen hebbet. Ock mag vnfe* Voged *twi des Iahrs* Kolen *vnd* Holt *nemen, alfo de* priuilegia *vhtwiefet de daroppe find gegeven. Alle defze vorfchreuen Stucke, vnd en jewelck befunderen, laue* WE BERND *vnd* HINRICK, Hertogen *to* Brunfzwick *vnd to* Luneborg, *vorbenömet, vor vnfz, vnfe* Erven *vnd nakömelinge dem vorfchreuenen* Ebbeten, Pröveften *vnd andere* Papheit *vnd zamelinge* geiftlicker Lüde, *vnd vnferen* Börgeren *der Stadt* Luneborg, *vnd eren Nakömelingen vnd Erven, vnd allen den, de* Güet *vnd* Renthe *in der fulven* Zülten *hebbet, vnd erer jewelkäme, ftäde vaft vnd ewiglich to holdende, in Guden truwen in aller wife, alfe we alle andere* Priuilegia *vnd* Vriheit *der* Stadt *vnd der* Sülten *to holdende fint verplichtet. Vnd des to Orkunde hebbet we vnfe* Ingezegele *mit witfchop vnd guden willen henget laten an deffen Breff, de geuen is to* Luneborg, *na Gades Bort* dritteinhundert Iehr, *in den* negen *vnd* achtentegeften Iahr, *in funte* Simons *vnd* Iuda *dage der Hilligen Apoftele.*

conftitutionibus principalibus non impediendi.

Saluo iure fereftali domini, eiusque Vogtii.

Sigilla.

Datum Luneburg. 1389.

NVM.

NVM. LV.

GÜNTHERVS Archiepiscopus *Magdeburgensis* vendit *Ecclesiae Merseburgensi* castra *Lauchstedt, Libenau* & *Schapou.*

NOs GVNTHERVS, *Dei & apostolilae sedis gratia aechiepiscopus Magdeb. Arnoldus* TRESSKOW *praepositus, Ioannes de* BARBY *decanus, Hermannus de* GVESITZ, *Guntzelmus de* BERTENSLEVE, *Gerardus* KONEKEN, *Theodoricus* DEMENITZ *cellarius, Henricus* TOCKE, *Iohannes* GOLDENER, *Petrus de* WERDER, *scholasticus, Henricus* STERBECKE *vicedominus, Borchardus de* STEINBOCK, *Theodoricus de* BILA, *Busso comes de* BICHELINGEN *thesaurarius, Ludolphus de* GRIBEN, *Gerhardus iunior* KVNECKEN *cantor, Ioannes* MENTZ, *Baltefer de* SLIVEN *& Iohannes* BOCK *canonici,* totumque *capitulum* ecclesiae Magdeburgensis, publice recognoscimus pro nobis & successoribus nostris & notum facimus vniuersis, hanc seriem literarum inspecturis. Cum iam per multa tempora saepe numero in vnum capitulariter conuenientes, attenta meditatione pensauimus mentesque reuoluimus, quómodo superioribus temporibus, mundi malitia causante, nonnullae personae seculares, spiritu rebellionis ductae, Dei timore postposito, contra Dei ecclesias, ciuitates, oppida, villas, castra & fortalitia atque iura ad ipsas ecclesias spectantia & pertinentia, *incursiones* & insultus temerarios facere non verebantur, prout

GVNTHERVS archiepiscopus & capitulum ecclesiae Magdeburgensis.

Ad refrenandas incursiones,

prout nec hodie verentur, imo, quod dolenter referimus, ad hoc anhelant, vt *ecclesiastica libertas* penitus calcata cadat in *seruitutem*, & quicquid in vsus ecclesiarum de *largitione liberalitatis* bonorum hominum cessit, euacuent. Nos, praemissa plurimum execrantes, cupientes supremis desideriis *statum ecclesiae* nostrae, vt tenemur, ac terrarum sibi subiectarum commoda, prosperis iugiter dirigi successoribus, libenter intendimus, ac vt *imminentibus* ipsi ecclesiae in suarum *proprietatum*, iurium & bonorum deperditorum obuietur periculis & terrarum earundem *securitati*, commodis consulatur, sollicitudinis nostrae officium non sine magnis laboribus & expensis operosius impendimus, certa *castra* & *fortalitia ecclesiae* nostrae *aedificando* & *muniendo*, quae & hodie passim *munimus* & *aedificamus* & praesertim castrum *Gebichenstein*, quod *insufficienter* munitum & structurae iam coeptae complimentum ecclesiae nostrae atque personis tutissimum ac per necessarium est, estque ecclesia nostra, occasione iam dictarum *structurarum* & *munitionum*, satis atque satis debitis inuoluta & tum pro *completione structurarum* & *munimentorum* huiusmodi, per quam ecclesiam nostram ab *insultibus* & *incursionibus* atque *grauibus periculis* speramus exuere, quibus cognoscimus illam, nisi *munitiones* & *structurae* huiusmodi fiant, verisimiliter subiacere, *pecunia necessaria non habetur*, nec modum illam habendi, post plurimas *consultationes* inuenimus, nisi per amplius ipsius ecclesiae bona seu *castra inpignorare* aut *vendere* vellemus, vnde post diuersos

Margin notes: libertatis ecclesiasticae hostium. — Munienda putant certa castra & fortalitia, praesertim castrum Giebichenstein, — atque, ad comparandam in hanc rem pecuniam,

ſos tractatus, inter nos & per nos mature habitos, penſatum eſt; quod ante *ſeptuaginta annos* tunc *praedeceſſores* noſtri, ex iuſtis, rationabilibus, vtilibus & euidentiſſimis cauſis huiusmodi eccleſiae noſtrae, caſtra videlicet *Lauchſtedt*, *Libenow* & *Schapow*, iuſto reemtionis & venditionis titulo, eccleſiae *Merſeburgenſi vendiderunt* & ſuis lucris habere & poſſidere conceſſerunt; adeo pro tanta & tam magna ſumma *diuerſae monetae*, quod interim ſucceſſores eorundem illa redimere ſeu reemere, etiam dum eccleſia ipſa in meliori ſtatu erat, nequiuerant. Nec veriſimile nobis videtur, quod pro illa *redimi*, ſeu *reemi* vnquam poterunt, quodque cum tanta & tam magna ſumma, pro qua illa vendita ſunt, longe maiorem fructum & vtilitatem eccleſiae noſtrae facere poſſemus, ponderauimus etiam *vtilius* & commodius exiſtere eccleſiae noſtrae, vt ipſa *caſtra* apud praedictam *eccleſiam Merſburgenſem*, prout adusque fuerunt, *remaneant*, attento, quod reuerendus pater, dominus *epiſcopus Merſburgenſis* pro tempore noſtrae eccleſiae *ſuffraganeus* eſt, quique nobis & pro tempore *archiepiſcopo* eccleſiae noſtrae *obedientiam* praeſtare & facere tenetur; quam ſi caſtra illa alicui alteri, potiſſime *domino temporali*, dimitteremus & ei venderemus, a quo ipſa eccleſia noſtra grauius quam prius *diſpendium* forte pateretur, quia indubie maiorem ſpem & fiduciam in ipſo pro tempore *epiſcopo Merſeburgenſi* noſtro ponimus, quam qui eccleſiae noſtrae obligati & inclinati non forent. Hiſce itaque & aliis permoti & maxime ad euitandum, quod propter ſupradictas

caſtra Lauchſtedt, Libenaw & Schapow, eccleſiae Merſeburgenſi olim vendita, reſeruato iure reluendi, ob vtilitatem ſuae eccleſiae,

ſingularemque fiduciam in epiſcopum Merſeburgenſem,

dictas *structuras* & *munitiones* castrorum, nobis & ecclesiae nostrae damnosa, quam praedictorum castrorum vlterior venditio & alienatio forent. Nos GVNTHERVS archiepiscopus, *Arnoldus Treßkow* praepositus, *Iohannes* de *Barby*, *Hermannus* de *Gwesitz*, *Gunzelmus* de *Bertensleue*, *Gerardus Konecken*, *Theodoricus Demenitz* cellarius, *Henricus Tocke*, *Ioannes Goldener*, *Petrus* de *Werder* scholasticus, *Henningus Storbecke* vicedominus, *Borchardus* de *Steinbede*, *Theodoricus* de *Bila*, *Busso* comes de *Bichelingen* thesaurarius, *Ludolphus* de *Griben*, *Gerardus* iunior *Kunecken* cantor, *Iohannes Mentz*, *Balteser* de *Sliuen* & *Iohannes Bock* canonici *totumque capitulum*.

obseruatis solennibus canonicis,

Ecclesiae Magdeburgensis supradictae, crebris tractatibus & solennibus, quae in *alienationibus perpetuis* rerum ecclesiasticarum requiruntur, mature praehabitis, in quibus quilibet nostrum sigillatim, quid sibi in praemissis pro vtilitate euidenti ecclesiae & ad alienationem huiusmodi faciendam videbatur, dixit & dicere potuit, *concorditer* & *vnanimi consensu* reuerendo in Christo patri & domino, domino IOANNI *episcopo Merseburgensi* eiusque *capitulo* & *ecclesiae Merseburgensi* & eorum *successoribus*, iure *perpetui dominii*, ius & proprietatem dictorum castrorum *Lauchstede*, *Libenow* & *Schapow* vendimus & hac nostra litera habere concessimus ad habendum, tenendum & possidendum cum omnibus suis *iurisdictionibus maioribus* & *minoribus*, *villis*, *pertinentiis*, *dominiis* & *homagiis* faciendis, *collationibis*, *seruitiis*, *precariis*, ceterisque quibuscunque suis iuribus, *vsibus*, *prouentibus*,

dictae ecclesiae Merseb. vendunt in perpetuum, cum omnibus ad ea *castra pertinentibus*.

uentibus, *reditibus*, *vtilitatibus*, *agris*, *campis*, *terris cultis* & *incultis*, *pratis*, *pascuis*, *areis*, *viuis aquis*, *aquarum decursibus*, *siluis*, *rubetis*, *molis*, *molendinis*, *conductibus*, *pedagiis*, *theloneis*, inuiis, exitibus & reditibus, *piscationibus* & *venationibus* & *angariis*, breuiter & conclusiter, cum omnibus & singulis, ad eadem castra pertinentibus, & quae ad eadem possent euenire seu deuolui ac *mero* & *mixto imperio* aliisque iuribus, vtilitatibus, consuetudinibus & pertinentiis vniuersis, quaesitis & non quaesitis, quibuscunque nominibus nuncupantur & in quibuscunque consistant, ita quod per amplius ipsa *ecclesia Merseburgensis* supradicta castra cum omnibus supradictis iuribus debet & potest, omni iure proprietatis perpetue possidere & tenere, ac de illis pro suo libito voluntatis deinceps disponere & ordinare, nihil prorsus iuris nobis & successoribus nostris in dictis castris & *iuribus* suis *reseruare*, pro pretio & nomine pretii, vltra *summam* tam *magnam*, pro qua vsque in praesens memorata castra ipsi ecclesiae *Merseburgensi* vendita, vt praedicitur, existebant, *trium millium florenorum Rhenensium* boni auri, & iusti & legalis ponderis, quod pretium nobis dictus reuerendus Pater, dominus *Ioannes* episcopus *Merseburgensis* cum suo *capitulo* realiter & cum effectu *manualiter* persoluit, & illud in euidentem ecclesiae nostrae *vtilitatem* & praecipue in *structuram* & *munitionem* dicti castri nostri *Gebichenstein* conuertimus & seu conuersuri sumus, promittentes bona fide, omni dolo & fraude semotis, pro nobis & successoribus nostris, saepedictam *alie-*

acceptis, vltra priorem summam tribus millibus florenorum Rhenensium. Adiecta protestatione: alienationem hanc factam ob necessitatem & vtilitatem ecclesiae.

natio-

nationem & *venditionem* iurium & proprietatum perpetui dominii dictorum *castrorum* ex *euidenti vtilitate* & *necessitate* tam ecclesiae nostrae fuisse & esse factam, vt praescribitur, illamque ratam & gratam ac futuris perpetuis temporibus illaesam inuiolatamque obseruare & tenere, nec contra praemissa, seu aliquid praemissorum, vllo vnquam tempore ducere vel inducere, per nos seu submissas personas, quouis quaesito colore, ingenio, ratione vel causa venire, sed illa omnia & singula inuiolabiliter obseruare & manutenere, concedentes etiam ipsis dominis *episcopo* & suo *capitulo* eorumque suis successoribus, & titulo dictae venditionis, omnia iura, omnesque actiones & conditiones, quae & quas nos venditores supradicti, in castris antedictis, nomine ecclesiae nostrae supradictae, quouis modo habuimus seu habere potuimus, renunciantes omni iuri, nobis & successoribus nostris in praemissis & quolibet praemissorum quomodolibet competenti, promittentes quoque pro *nobis* & *successoribus nostris*, *litem* seu *quaestionem aliquam* de dictis *castris* & eorum pertinentiis seu aliquo ipsorum vllo vnquam tempore inferre, nec *inferenti consentire*, seu ipsa *tria castra*, tam *proprietate* quam *possessione*, pro ipsis *emtoribus* suisque successoribus legitime *defendere*, ab omni homine & vniuersitate, omnemque *litem* seu *quaestionem*, in ipsis castris mouendam, in *nos* & successores nostros suscipere, & in illis in proximo vel quolibet alio iudicio *principali*, quam *appellationis* causis sistere vsque in finem, *nostris* sub *expensis*, omneque legitimum damnum,

& promissione euictionis praestandae contra quemcunque, suis impensis.

mnum, expensas & interesse ipsis emtoribus reficere, renunciantes insuper, ad praemissorum omnium & singulorum maius robur & securitatem, expesse omni exceptioni, rationi & protectioni atque defensioni, quibus mente contra praemissa vel eorum aliquid directe vel indirecte venire & attemptare possemus, & praesertim exceptioni *pretii* non habiti & non recepti & beneficio *legis C. de rescend. vend*, incipientis: *Rem maioris pretii* &c. & omni legum & iuris *canonici* auxilio & aliis exceptionibus quibuscunque. Ceterum damus & concedimus dicto reuerendo patri & suo capitulo *Merseburgensi*, harum serie literarum, plenam, liberam & omnimodam facultatem & concessionem impetrandi quascunque *literas* a *sede apostolica* seu *sacro concilio* & seu *Romano Imperio* ac aliis quibuscunque, vbi & quando ipsis expedire videbitur, super *confirmatione* & *corroboratione* praemissorum, atque illas obtinendi & expediendi, *renunciantes* similiter omni exceptioni, qua contra praemissa per nos vel submissam personam venire possemus & omni alio iuris auxilio harum serie literarum. Et vt praemissa & omnia & singula firmiter, inuiolabiliterque a nobis successoribusque nostris obseruentur, *Nos* GVNTHERVS *archiepiscopus* nostrum & nos *Arnoldus Treskow*, Praepositus, *Ioannes* de *Barby* decanus &c. totumque capitulum Ecclesiae Magdeburgensis *sigillum capituli nostri maius*, pro nobis & successoribus nostris in testimonium omnium praemissorum fecimus scienter huic literae

Renunciantes omnibus exceptionibus iuris canonici & ciuilis.

Concessa denique Merseburgensi ecclesiae libertate impetrandi literas sedis apostolicae, seu sacri concilii vel imperatoris confirmatorias.

Sigilli maioris appensio.

Datum Magdeb. 1444. literae appensione communiri. *Dat.* MAGDEB. anno domini *millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto*, ipso die sancti *Michaelis*.

NVM. LVI.

Ludolphus de ESBECKE vendit bona quedam conuentui vallis *S. Mariae*. An. 1282.

Ludolphus de ESBECK. 1282. LVDOLPHVS miles de *Esbecke* vniuersis praesentes literas inspecturis in perpetuum, quia, teste sacra scriptura, non est apud nos *priorum* memoria, nec eorum, quae nunc aguntur, erit recordatio apud eos, qui futuri sunt in nouissimo, contractus leg.-time consummati ad conseruandam earum notitiam literarum testimonio consueuerunt non improuide roborari. Vendit, Notum sit igitur tam praesentibus quam futuris, quod ego LVDOLPHVS *proprietatem* VII. *mansorum* & dimidii aliquot mansos cum XLV. areis & allodio, consensu fratris sui, cum VI. *areis* in maiori *Hamersleue* XVI. mansorum & dimidii in *Wegersleue* XXVII. mansorum cum XLV. areis & allodio & trium molendinorum & duorum pratorum in *Ottenleue*, de consensu *fratris* mei *Erici*, cum hominibus & omni iure vendidi venerabili conuentui *vallis sanct. Mariae* pro C. & XXX. *marcis Brandenburgensis argenti*, conuentui vallis S. Mariae, pro CXXX. marcis argenti Brandenburgenses. liberam ab omni *aduocatia* & onere *seruitiorum* sicut possedi & ecclesia in *Hamersleue*, de qua proprietatem eandem comparaui, possederat a diebus antiquis, libere possidendam. Testes. Testes huius facti sunt *Euerhardus* praepositus in *Hamersleue*, *Henricus* de *Radestorp* canonicus ibidem,

dem, *Iacobus* decanus de sancta *Maria* in Halberstad, *Henricus plebanus* in Hertbecke *clerici*, *Heinricus* de *Harlingeberg*, *Iohannes* marschalcus de *Luttere*, *Hinricus* de *Aluensleue*, *Bruno* de *Eilesleue* & *Bertholdus* de *Neendorp*, milites, *Hinricus* de *Dornstede* pincerna, *Ericus* filius fratris mei *Friderici*, *Conradus* & *Vldericus* fratres de *Neendorp* *Hinricus* & *Iohannes* fratres de *Hornhusen* famuli militares & alii quam plures. Vt autem haec nostra venditio praefato conuentui *Vallis sanctae Mariae* nunc & semper firma permaneat, praesens scriptum super ea confectum meo & fratris mei *Erici* sigillis feci fideliter communiri. Actum in *valle sanctae Mariae* anno domini MCCLXXXII. in die sancti *Arriani* Episcopi.

1) curiales, 2) milites famuli. & sigilla Actum 1282.

NVM. LII.

Cofirmatio *iuris patronatus*, monasterio *S. Galli* in ecclesiam parochialem *Northeimensem* iam olim a SIGFRIDO archiepiscopo Moguntino an: 1239. concessi.

PETRVS *Dei gratia sanctae Maguntinensis sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius*, dilecto nostro *Abbati* in *Northeim*, & suis successoribus salutem ab eo, qui est omnium vera salus. Ad ea, quae pro *Monasteriis* & *religiosis* locis

PETRVS archiepisc. *Moguntinus* 1313. confirmat abbatiae *Northeimensi*.

locis nostrae *dioecesis* per praedecessores nostros Archiepiscopos *Moguntinenses* pie facta sunt, & indulta, digne nostri consensus & nostrae confirmationis *munimen* adiicimus atque robur. Cum itaque venerabilis dominus SEGEFRIDVS quondam *Archiepiscopus Moguntinensis* praedecessor noster PAROCHIALEM ECCLESIAM in NORTHEIM, in qua IVS PATRONATVS habuistis & habetis, pro meliori *sustentatione* personarum, in praedicto vestro Monasterio Domino *famulantium*, vobis & vestro Monasterio dederit & *incorporauerit*, prout de hoc suas literas vidimus in haec verba: SIGFRIDVS *Dei gratia sanctae Moguntinensis sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancelarius, dilecto in Christo Abbati Monasterii in* NORTHEIM & suis successoribus vniuersis salutem in domino. Considerantes, quod personae, in vestro *Monasterio* Deo *famulantes*, de *prouentibus* ipsius Monasterii non possunt commode sustentari, autoritate praesentium vobis indulgemus, & statuimus per easdem, vt in *Ecclesia* PAROCHIALI in NORTHEIM, in qua IVS PATRONATVS habetis, quam primo eam vacare contigerit, faciatis per *sacerdotem idoneum* diuina officia debito modo celebrari, *prouentus* ipsius *Ecclesiae* ad augmentum *praebendarum* praedicti vestri monasterii conuertentes, *nostro* & *Archidiaconi* loci iure saluo. In huius rei testimonium praesentes literas vobis damus *sigilli* nostri munimine. Datum apud RVSTEBERG Anna 1239. 14. Calend. Iul. pomificatus vero an. 9.

ius patronatus,

incorporatum coenobio

a SIGEFRIDO archiep. *Moguntinensi* 1239.

Quod tenues *abbatiae* prouentus.

Saluo *suo* & *archidiaconi* iure.

Datum 1239.

Nos

NOs igitur, deuotis vestris *precibus* inclinati, praedictae donationi seu *incorporationi* de praefata Ecclesia, vobis & vestro monasterio factae, vt premittitur, *consentimus*, ipsamque in nomine Domini *confirmamus*, & authoritate praesentium *innouamus*, vobisque *incorporamus* ecclesiam memoratam, statuentes; vt in praedicta *ecclesia*, si iam vacat, vel quam primum *vacare* contigerit, faciatis per *capellanum* seu *capellanos idoneos*, debito & consueto modo, *diuina officia* celebrare, *prouentus* ipsius *Ecclesiae*, ad *augmentum praedictarum praebendarum* praedicti *monasterii* legitime conuertentes, *nostro* & successorum nostrorum & archidiaconi loci in omnibus iure saluo. Nulli igitur hominum liceat hanc nostram *concessionem* infringere; si quis autem contrarium fecerit, *omnipotentis Dei*, beatorum *Petri* & *Pauli* apostolorum & beati *Martini*, PATRONI NOSTRI, atque nostram indignationem nouerit incursurum. In praemissorum perpetuam firmitatem has literas vobis damus, *sigilli* nostri robore communitas. Datum *Aschauenburg* anno MCCCXIII. 13. Non. Aprill.

Quod innouat confirmatque.

Ad constituendum: uacante ecclesia, *capellanos*.

Sanctione adiecta.

Datum *Aschauenburg* 1313.

NVM. LVIII.

Praepositus ecclesiae BIBERACENSIS submittit se, cum consensu *capituli* eiusdem ecclesiae, capitulo *Magdeburg.* & PERMVTAT certa bona & *proprietates* eiusdem praepositurae. an. 1287.

De BIBERA capitulum 1287.

IN *nomine Domini Amen.* Nos capitulum ecclesiae de BIBERA recognoscimus & praesentibus protestamur, quod, cum olim ecclesia nostra variis *oppressionibus* subiaceret; eo quod propter frequentes *principum dissensiones* & turbationes terrae assiduas, bona nostra & reditus *vastarentur* incendiis & rapinis: honorabilis dominus noster BVRCHARDVS *praepositus* ecclesiae nostrae, volens sibi & suis successoribus & etiam nobis, prout tenebatur, consulere, prospiciens *meliora omnes* suas, redditus & bona, que habebat in terminis *Thuringiae* absoluta, ad *praeposituram* ecclesiae nostrae spectantia, in *agris, areis, siluis, molendinis, moneta, theloneo, officio, praefecturae, iure forensi* & *aduocatia* PERMVTAVIT nobiscum, pro quadraginta & quatuor *mansis*, quos in terminis SAXONIAE habuimus, quorum tres sunt siti in *Esperstete*, vnus in *Zburtrey*, residui in *Studene*, duabus tantum *vineis*, quae sitae sunt apud *Steinbeche*, ab hac *permutatione* exceptis, quas idem *dominus* noster PRAEPOSITVS sibi & suis successoribus reseruauit, nosque *decimam* de ipsis nobis debitam relaxauimus sui causa, de INFEODATIS vero bonis suis iam dictus *dominus noster praepositus* volens nobis gratiam facere specialem, indulsit & concessit pro se & suis successoribus vniuersis, vt quidquid de ipsis *bonis* nobis & *ecclesiae* nostrae a quibuscunque personis clericis vel laycis datum vel *collatum* fuerit intuitu *pietatis* & quidquid *emendo* vel *permutando* seu alio quouis bono modo possimus adipisci, licite valeamus *accipere* & in vsus nostros & nostrae ecclesiae conuertere sic

ob hostiles inuasiones

& *Burchardus* PRAEPOSITVS,

reditus in *terminis* THVRINGIAE,

commutat pro 40. mansis in *terminis* SAXONIAE, in *Esperstet*, *Steinbech*, *decima* ibi, *infeudata* bona,

quaeque acquirere ecclesiae libertas.

ſic recepta, eccleſiam quoque in *Lochowe*, cu ius collatio ad eundum dominum noſtrum praepoſitum pertinere dinoſcitur, quotiens cunque vacare contigerit, ſtatuit, non eſſe, neque per ſe, neque per ſuos impoſterum ſucceſſores, *conferendam* extra noſtrum *capitulum* alicui; ſed ſemper vnum de noſtro *capitulo praeſentabit* ad ipſam. In cuius eccleſiae *recompenſam*, damus eidem domino noſtro praepoſito, ius *conferendi eccleſiam* in *Steinbeche*, vt ſimiliter eam conferat intra noſtrum *capitulum* & non extra. Praeterea *beneficiorum* ſuorum non immemores, aſtringimus nos & noſtros impoſterum ſucceſſores, ad ſeruandam fidem debitam & reuerenciam eccleſiae *Magdeburgenſ.* & *praepoſitis*, qui ex *eadem eccleſia* fuerint nobis dati, volentes pro viribus & pro poſſe, ſemper ad hoc intendere cum effectu, quod iura ipſorum in noſtra *eccleſia* augeantur. Sunt autem haec *iura*, quae in *capitulo* noſtro dominus noſter *praepoſitus* obtinet in praeſente: *decanum* a nobis electum, poſtquam ſibi *praeſentatus* fuerit, confirmabit, recipiens ab ipſo *obedientiam manualem*; *ſcholaſticam* conferet, quando vacat & *cuſtodiam*, cui eccleſia ſancti Egidii in *Bibera* eſt annexa, & ſi in tantum exreſcerent eccleſiae facultates, quod *cantor* eſſet inſtituendus ibidem: illius officii collatio etiam ad ipſum dominum noſtrum *praepoſitum* pertinebit; ita tamen, quod de omnibus huiusmodi officiis facultatem conferendi habeat intra noſtrum capitulum & non extra, vnam quoque *praebendam*, praebendis noſtris conſimilem, pro perpetuo beneficio conferre habet,

Eccleſia de LOCHOW vnum de *capitulo* accipiat,

in *recompenſam*, datur eccleſia in *Steinbeche*.

Iura PRAEPOSITI in confirmando 1) *decano* 2) conferenda, *ſcholaſtica*, 3) *cuſtodia*, 4) *cantoratu*, 5) *praebenda*,

6) *facerdote,* fub onere *refidentiae,* habet, quotienscunque vacat, idoneo *facerdoti*, qui perfonaliter *deferuiat* & *refideat* in eadem. Et talis facerdos perpetuus domini praepofiti *vicarius* eft cenfendus, voce in *capitulo* domino noftro *praepfito* cum praefens 7) *uicariis.* fuerit, referuata. Et fi impofterum *vicariam* vnam vel plures in ecclefia noftra inftitui vel creari contigerit: illas dominus praepofitus conferet ad noftrum beneplacitum, fi infra *Trimeftre fpatium uacantiae,* *tres menfes* a vocationis tempore fuerit requifitus. Quod fi infra tempora huiusmodi dummodo fui copia poffit haberi, per nos non fuerit ei aliquis praefentatus, ipfe pro fua *Primariae preces* archiepifcopi. conferet voluntate. Ad *primarias* quod *preces* cuiuslibet *archiepifcopi Magdeburgenf.* confueuimus vnum ab eo nobis transmiffum recipere in *canonicum* & in fratrem, quam confuetudinem, vtpote *rationabilem* & quafi *praefcriptam*, femper intendimus obferuare. Ceterum volumus, vt fi quidquam de bonis noftrae ecclefiae impofterum *vendi* vel *permutari* contigerit: emtores vel *permutatores* huius emta bona vel permutata ab eodem do- *Homagium* in FEVDO *nobiles* & *excellentes* perfonae, non *praepofito* praeftent; fed *archiepifcopo.* mino noftro *praepofito* in FEODO accipere teneantur, fi vero *nobiles* vel *excellentes perfonae* fuerint, ita quod domino noftro praepofito *homagium* praeftare noluerint, tales ad dominum noftrum *archiepifcopum Magdeburgenfem*, cum litteris noftris, pro accipiendo FEODO huiusmodi, decreuimus transmittendos. Vt autem haec omnia inuiolabiliter obferuentur: praefentes litteras dedimus, *Sigillum.* *Datum* 1287. *figillo* noftro fideliter communitas. *Datum* anno Domini MCCCLXXXVII. III. nonas Maii.

NVM.

NVM. LIX.

Confirmatio submissionis & *permutationis* iurium & proprietatum prepositure ecclesie *Bibracensis*, per ERICVM *archiepiscopum* concessa. an. 1287.

ERICVS *Dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus* dilectis in Christo, *decano* & *capitulo* ecclesie in *Bibera* salutem & sinceram in domino caritatem, cum super *translatione* ecclesie vestre, de *Bibera* ad *Erford* facienda, fuisset nobis aliquandiu supplicatum: dilectis in Christo, *preposito, decano, scholastico* & quibusdam aliis de capitulo *Magdeburgensi commisimus vices nostras*, vt discusso negotio, facerent, quod opportunum videretur eisdem, qui vt ex auditione precum vestrarum viam redderent planiorem, consideratis diligenter omnibus circumstantiis, *distinctionem prouentuum* & bonorum fecerant inter *praepositum* vestrum & *vos*, prout in *litteris* vestris, super hoc *confectis*, plenius continetur, quarum tenor de verbo ad verbum subscribitur in hunc modum. In nomine Domini amen. Nos CAPITVLVM ecclesie de *Bibera*, recognoscimus & presentibus protestamur, quod, cum olim *ecclesia nostra* variis oppressionibus subiaceret, eo quod propter frequentes *principum dissensiones* & *turbationes* terre assiduas, bona nostra & redditus *vastarentur incendiis* & *rapinis*

ERICVS *archiepiscopus Magdeburgensis* 1287. ecclesiae *Biberacensi*, super *translatione*, *commissarium* nominat,

expensa prouentuum distinctione inter bona *praepositi* & capituli. litteras *transumtas*, in quibus *ecclesia* permutat cum *praepositura*,

p nis: honorabilis Dominus noster *Burchardus, prepositus* ecclesie nostre, volens *sibi* & suis successoribus & etiam *nobis*, prout tenebatur, consulere, prospiciens meliora, omnes *suos redditus* & que habebat in termino *Thuringiae* absoluta, ad *prepositurm* ecclesie nostre *spectanta* in *agris*, *areis*, *siluis*, *molendinis*, *moneta*, *theloneo*, *officio prefecture*, iure *fori* & *aduocatia*, PERMVTAVIT nobiscum pro *quadraginta* & *quatuor mansis*, quos in terminis *Saxoniae* habuimus, quorum *tres* sunt siti in *Esperstete*, vnus in *Zbartrey* residui in *Studene*, duabus tantum *vineis*, que siti sunt apud *Steinbeche*, ab hac permutatione exceptis, quas idem *dominus* noster prepositus sibi & suis successoribus *reseruauit*, nosque *decimam*, de ipsis nobis debitam, *relaxauimus*, sui causa, de *infeodatis* vero bonis suis iam dictus dominus noster propositus, faciens nobis *gratiam* specialem, indulsit & concessit pro se & suis successoribus vniuersis, vt, quicquid de ipsis *bonis*, nobis & ecclesie nostre a quibuscunque personis, *clericis* vel *laicis*, datum vel collatum fuerit intuitu pietatis, & quicquid *emendo* vel *permutando*, seu alio quouis bono modo possumus *adipisci*, licite valeamus accipere & in vsus nostros & nostrae *Ecclesiae conuertere* sic recepta. Ecclesiam quoque in *Lochowe*, cuius *collatio* ad eundem dominum nostrum prepositum pertinere, dinoscitur, quotienscunque vacare contigerit, statuit non esse neque per se, neque per suos imposterum successores, conferendam, *extra nostrum capitulum* alicui; sed semper vnum de nostro *capitulo prepositus*, qui pro tempore

loca in *Thuringia*,

cum mansis 44 in *Saxonia*,

exceptis tantum *uineis*,

earumque *decimis*,

cum *libertate* acquirendi *praeposito infeudata*.

Collatio ecclesiae *Lochowe* fiat ex capitulo *Biberaensi*,

tempore fuerit, presentabit ad ipsam. In cuius ecclesie *recompensam* damus eidem domino nostro preposito, ius conferendi ecclesiam in *Steinbecbe*, vt similiter eam conferat intra nostrum *capitulum* & non *extra*. Preterea beneficiorum suorum non immemores, astringimus nos & nostros imposterum successores, ad seruandam *fidem* debitam & reuerentiam ecclesie *Magdeb.* & *prepositis*, qui ex eadem ecclesia fuerint *nobis dati*, volentes pro viribus & pro posse semper ad hoc intendere cum effectu, quomodo iura ipsorum in nostra ecclesia augeantur. Sunt autem hec iura, que in *capitulo nostro* dominus noster *prepositus* obtinet in presenti: decanum a nobis electum, postquam sibi presentatus fuerit, *confirmabit*, recipiens ab ipso *obedientiam manualem*: *scolastriam* conferet quando vacat & *custodiam*, cui ecclesia sancti *Egidii* in *Bibera* est annexa. Et si in tantum excrescerent ecclesie *facultates*, quod *cantor* esset instituendus ibidem: illius *officii collatio* etiam ad ipsum dominum prepositum pertinebit, ita tamen, quod de omnibus huiusmodi *officiis* facultatem conferendi habeat intra nostrum *capitulum* & non *extra*. Vnam quoque *prebendam*, prebendis nostris consimilem, pro perpetuo *beneficio* conferre habet, quotienscunque vacat, idoneo *sacerdoti*, qui *personaliter deseruiat* & *resideat* in eadem. Et talis sacerdos perpetuus domini prepositi *vicarius* est *censendus*, *voce* in capitulo domino nostro *preposito*, cum presens fuerit, reseruata. Et si imposterum *vicariam vnam* vel plures in ecclesia nostra institui vel creari contigerit: illas domi-

item in *Steinbecbe*.

Iura prae-positi in *Biberacensi* ecclesia recensentur, obedientia *manualis*,

preces primariae.

Ius deuolutionis, dominus noster prepositus *conferet* ad nostrum *beneplacitum*, si infra *tres menses* a *vacationis* tempore fuerit requisitus. Quod si infra tempus huiusmodi, dummodo sui copia possit haberi, per nos non fuerit ei aliquis *presentatus*: ipse pro sua conferet *voluntate*. Ad *primarias* quoque *preces* cuiuslibet *archiepiscopi* Magdeburgens. consueuimus vnum ab eo nobis transmissum recipere in *canonicum* & in *fratrem*, quam consuetudinem, vtpote rationabilem & prescriptam, reuerenter intendimus obseruare. Ceterum volumus; vt si quicquam de *bonis nostre ecclesie* imposterum *vendi* vel *permutari* contigerit, emptores vel permutatores huiusmodi emta bona vel permutata ab eodem *domino nostro preposito in feodo* accipere teneantur. Si vero *nobiles* vel *excellentes* persone fuerint, ita quod domino nostro preposito, *homagium* prestare noluerint, tales ad *dominum* nostrum *archiepiscopum Magdeburgens.* cum *litteris nostris* pro *accipiendo feodo* huiusmodi decernimus transmittendos: vt autem hec omnia *inuiolabiliter obseruentur*: presentes litteras dedimus *sigillo* nostro fideliter communitas. *Datum* anno domini Millesimo CCLXXXVII. III. non. *Mai*. Nos itaque, quod super premissis a predictis *preposito*, *decano*, *scholastico* & eorum collegis prouide factum est, *ratum* habentes & *gratum*, de *nostri consensu capituli*, in nomine domini *confirmamus* & presentis scripti patrocinio *communimus*. Concedentes vobis *licentiam*, quod sine omni nostro & ecclesie *Magdeburgens. preiudicio*, vestra ecclesia & collegium in *Erfordium transferatur*.

archiepiscop. *preces primariae.*

acquirenda *infeudanda* praepositurae. *Homagium a nobilibus* non *praeposito*; sed *archiepiscopo* praestandum. *Sigillum. Datum* 1287. *Ratum & gratum.*

Sine *praeiudicio Erford.*

Datum

Datum MAGDEBVRG. anno Domini Millesimo CCLXXXVII. V. Idus *Maii*. *Datum* MAGDEBVRGI 1287.

NVM. LX.

Litera de IIII. *talentis*, quæ soluere debet *abbas* VALLIS sancte MARIE *Decano* Magdeburgensi. an. 1278.

FRater REINOLDVS, *permissione diuina* ABBAS *vallis sancte* MARIAE, vniuersis presentes literas inspecturis, salutem in Domino Saluatore. Tenore presentium recognoscimus, quod venerabilis Dominus WALTHERVS, DECANVS ecclesie Maioris Magdeburg. anime suae *thesaurizare* cupiens in celo, *centum marcas albi argenti* contulit ecclesie nostre; quas de consensu conuentus nostri *suscepimus* tali conditione: vt ipsi *quatuor talenta monete Magdeburgensis* ab ecclesia nostra *quolibet anno* dentur tempore *vite sue*. Quo defuncto eadem IIII. talenta perpetuo dabuntur a conuentu nostro DECANO maioris ecclesie predicte, distribuenda in *pios vsus* in die obitus ipsius, secundum quod predictus dominus Waltherus ordinauerit adhuc viuens, & hec talenta dabuntur in *festo* sancti *Andree* apostoli quouis anno. *Testes* huius facti sunt, Conradus *prior* noster, Herbordus *Magister conuersorum*; Iohannes *Cellarius*; Ludegerus *Camerarius*; Arnoldus *Bursarius*; Wedego *Cantor*; Albertus de *Bardeleue* maior *Vicarius* ecclesie maioris *Magdeburgens.*

DECANVS MAGDEBVRGENSIS 1278. Ecclesiae *Marienthalensi*, centum marcas *albi argenti* dat; ut IV. talenta soluat. Quotannis *sibi & decanis successoribus*. *Testes* capitulares. *Prior*, *magister* conuersorum, *cellarius*, *bursarius*, *cantor*. Bardeleuen maior uicarius.

burgenſ. Godeſcalcus *Vicarius* eiusdem ecceſſie; Heidenricus *canonicus* eccleſiae *Wurcinenſis* & alii quam plures. Actum anno Domini MCCLXXVIII. in *cathedra* ſancti *Petri.* Vt autem huius facti notitia vigeat apud futuros: preſens ſcriptum ſuper hoc confectum, *ſigillo* noſtro fecimus roborari.

Actum 1278. In *cathedra* S. Petri.

NVM. LXI.

Confirmatio HEINRICI SECVNDI Imperatoris, claudi vel ſancti, DONATIONIS ciuitatis *Sudere* cum pagis *Geſinegauue* &c. & quae tribus iſtis *fluuiis Habrima, Niſa, Wermana* determinantur. An. 1005.

HENRICVS *imperator* an. 1005.

IN nomine ſanctae & indiuiduae Trinitatis, HEINRICVS *diuina propitiante clementia Rex*, inter omnia, quae regenda ſuſcepimus & nobis a rege regum commiſſa tenemus, *eccleſiarum facultates* & *augere* volumus & auctas ab anteceſſoribus noſtris, *aſſenſus noſtri adſtipulatione*, corroborare, decernimus, *corroboratasque*, vigilanti ſtudio ſemper & vbique defendere cupimus. Quapropter notum volo fieri omnibus tam futuris, quam praeſentibus, qualiter iuſta *Domini* TAGANONIS petitione *archiepiſcopi Magdeburgenſis eccleſie*, ciuitatem *Sudere* cum omnibus appendentiis ſuis in pagis *Geſinegauue*, *Wetego*, *Thilere*, *Lingarruue*, *Surethuelth*, *Dietmelle*,

Aſſenſus *adſtipulatione*, confirmat. TAGANONI archiepiſcopo *Magdeburgenſi* ciuitatem in pago *Geſinegauue.*

melle, Lethgarruue fitis foreftis fcilicet his tribus fluuiis HAMBRINA, NISA, WERMANA determinata, & ceteris cuique loco neceffariis, *pratis* videlicet, *molendinis*, *campis*, *culturis*, *manfis*, *feruis*, *liberis* quoque, qui REGIE *iam* POTESTATIS erant, a *feniore* & *anteceffore* meo TERTIO OTTONE eidem ecclefie *conceffam*, ea videlicet ratione: vt nullus DVX, nullus CO MES, nulla perfona, praeterquam ipfe *archiepifcopus* elegerit, quicquam *iudiciarie* potestatis meae agere audeat, *affenfu noftro* firmare velimus, ea conditione, vt que *anteceffor* nofter ftatuerit, nullus peruertere audeat. Et hanc *corroborationem* fibi *immobilem* fic per *regalem* noftram *fententiam* volumus effe ftabilem; vt fi quis eam *laceffere temptauerit*: & conatus eius *iudiciaria poteftate* reprimatur, & id quod querit nullatenus adipifcatur. Et vt fecundum *votum noftrum* inconuulfa permaneat, *more anteceſſorum noftrorum* & *manu propria* firmamus, & *figilli* noftri impreffione defignare iubemus.

Cum acceſſoriis iuribus, a SENIORE & anteceſſore OTTONE III. donatam, exemtione facta a *ducatu* & *comite*, collata *regia poteſtate*, iudicaria.

Sigillum *manu propria*.

Signum Domini HEINRICI *regis* inuictiffimi.

BRVNO cancellarius, vice *Willigifi* archicapellani recognouit.

Actum PATEREBRVNNE, *recitatum public e*, anno ab incarnation. Domini MV. Indictione III. XIII. Kalend. Aug. anno HEINRICI *Regis* SECVNDI regnantis IIII.

Actum PADERBORNAE & *recitatum* publice an. 1005.

NVM.

NVM. LXII.

Appropriatio ſeu donatio trium manſorum, in campis *Vetowibi* facta, per CVNRADVM imperatorem eccleſie *Magdeburgenſi.* An. 1031.

CVNRADVS II. imperator an. 1031.

IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis, CHVNRADVS *diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguſtus.* Nouerint omnes fideles noſtri, preſentes ſcilicet & futuri, qualiter nos, per interuentum & petitionem dilectiſſimae coniugis noſtrae GISILAE *Imperatricis Auguſtae* nec non & HEINRICI REGIS ac *filii noſtri* amantiſſimi, Zaliſo *tres* MANSVS REGALES, in villa *Vetowibi*, ſita, in pago *Suſali*, in *comitatu Theoderici*, cum omnibus ad eosdem manſus iure ac legaliter pertinentibus; cum *mancipiis* vtriusque ſexus, cum *areis, aedificiis, agris, campis*, terris *cultis* & *incultis, pratis, paſcuis, ſiluis, venationibus, aquis, aquarumue* decurſibus, *viis* & *inuiis*, *exitibus* & *reditibus*, *quaeſitis* & *inquirendis* ſeu cum omni VTILITATE, *que vel ſcribi* aut *nominari vllo modo poteſt*, in PROPRIETATEM donauimus & de NOSTRO IVRE in *ſuum ius* omnino *transfudimus*, ea ratione, vt prenominatus *Zaliſo* de eisdem manſis liberam poſt hac *poteſtatem* habeat *tenendi, tradendi, commutandi, vendendi, poſteris* ſuis relinquendi, vel quicquid ſibi *placuerit* faciendi, omnium hominum contradictione remota. Et

ad petitionem *Auguſtae*, filii *Henrici* regis, tres *manſus* regales, cum omni utilitate,

MAGDEBVRGENSI archiepiſcopo donat, cum omni *proprietate* & iuribus *alienandi.*

Et vt haec nostrae *traditionis auctoritas* stabilis & inconuulsa, per *antiqua seculorum* curricula permaneat: hanc paginam inde conscriptam, MANV *propria* corroborantes, SIGILLI nostri impressione iussimus sigillari. Conscriptum *manu propria, Sigillo.*

Signum domini CHVONRADI inuictissimi Romanorum *Imperatoris* Augusti. Vdalricus *cancellarius*, vice ARIBONIS *archicappellani* recognoui. Cunradi II. *cancellar.* recognouit.

DATA XI. Kalend. Mart. Indictione XIII. Anno Dominice Incarnationis MXXXI. Anno vero Domini CHVONRADI SECVNDI, *regni* VII. *imperii* autem IIII. *Actum* GOSLARE. Datum *Goslariae* an. 1031.

NVM. LXIII.

Donatio trium mansorum *Regalium* per HENRICVM Imperatorem cuidam Militi LARMIR, *familiari* Marchionis *Eckehardi.* an. 1045.

IN nomine sanctae & indiuiduae trinitatis. HENRICVS diuina fauente clementia Rex, omnium Dei nostrique fidelium, futurorum quam presentium, sollers industria nouerit: qualiter nos, ob amorem & petitionem ECKEHARDI *marchionis* nostri *fidelis*, cuidam *militi* suo, scilicet *Larmir* dicto, in villa *Scutropei*, si inibi fieri possit, sin autem in proximis locis, tres *regales mansos*, in burchwardo *Guodezi*, necnon in comitatu HENRICVS, III. Imperator, intercedente *Eckardo Marchione*, donat eiusdem militi cuidam, in villa *Scutropei*,

in Burchwarda *Guodezi*, in comitatu dicti marchionis, tres mansos *regales* in proprium, cum pertinentiis. & libera alienandi potestate.

mitatu prenominati marchionis sitos, in *proprium* tradidimus cum omnibus suis appendiciis, hoc est areis, aedificiis, terris, campis, agris, cultis & incultis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, siluis, venationibus, exitibus & reditibus, viis & in viis, quaesitis & inquirendis, cum omni vtilitate, quae vllo modo inde poterit prouenire, ea videlicet ratione, vt predictus LARMIR de praefato praedio liberam de hinc potestatem habeat obtinendi, tradendi, commutandi, precariandi, vel quicquid sibi placuerit inde faciendi & vt hac regiae nostrae traditionis liberalis auctoritas stabilis & inconuulsa per succedentium momenta temporum maneat: hanc cartam inde conscriptam manu propria, vt infra poterit videri, corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus signiri.

Sigillum impressum.

Signum.

Signum domini HEINRICI tertii regis inuictissimi R.

Theodericus cancellarius vice BARDONIS archicancellarii. Datum 1045. Actum *Quedlinburgi.*

Theodoricus cancellarius, vice *Bardonis* archicancellarii recognoui.

Data X. Kalend. Octobr. anno dominice Incarnationis MXLV. Indictione XIIII. Anno autem domini Heinrici tertii ordination. eius XVII. Regni autem VII. Actum Quitilinburge in Dei nomine feliciter amen.

NVM.

NVM. LXIV.

Confirmatio HENRICI IV. Imperatoris Donationis XI. manſorum in *Scielinga* & *Eſmereſleua*. an. 1071.

IN nomine ſanctae & indiuiduae Trinitatis. HEINRICVS diuina fauente clementia Rex. Sicut animae noſtrae ad aeternam ſalutem prouenire ſperamus, ſi Deo famulantibus epiſcopis, clericis, monachis vel ſanctimonialibus, ex regali noſtra habundantia aliqua largimur; ſic & ab aliis tradita ſtabilire & defendere, noſtrum deputamus eſſe ſalutare. Quamobrem notum eſſe volumus omnibus Chriſti noſtrique fidelibus, praeſentibus & futuris, qualiter quaedam *nunna*, Iudita nominata, a caſtello, GVCELINEBVRG nuncupato, ad monaſterium ſancti *Mauricii,* quod eſt in *Magdeburc*, XI. manſos in iſtis villis *Scelinga* & *Aſmareſleua* in *pago* SVAVE & in *comitatu* VDONIS *Marchionis* ſitos, omnium ſuorum *aſſenſu heredum*, in precariam tradere volens, noſtro regali precepto dicari petiuit. Nos vero illa tradente & *fideli* noſtro WESILONE eiusdem ſedis *archiepiſcopo* petente, praedictum predium in *noſtram* accepimus *poteſtatem*, & quaſi *proprium*, cum omnibus appenditiis, id eſt vtriusque ſexus *mancipiis*, areis, aedificiis, exitibus & reditibus, terris, cultis, & incultis, agris, queſitis & inquirendis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, ſiluis, vena-

HENRICVS IV. *Imperator* confirmat.

precariam a quadam *nunna* Quedlinburgenſi, monaſterio S. *Mauricii* conceſſam, in XI. manſis villarum *Scelinga* & *Aſmareſleue*, in pago *Suaue* & comitatu *Vdonis* marchionis. Iis primum imperatori traditis.

venationibus, & cum omni vtilitate, quae vllo modo inde excogitari poteſt, ad prefatum ſancti Mauricii monaſterium perenniter dicauimus. Ergo vt eo verius noſtra regalis actio credatur ab omnibus & ne quis eam frangere vel immutare voluerit: hanc cartam inde conſcriptam propria manu confirmauimus & ſigilli noſtri *impreſſione* inſigniri iuſſimus.

ad retradendum monaſterio.

Sigilli impreſſio.

Signum domini quarti HENRICI regis inuictiſſimi, *Adelbero* cancellarius vice *Sigefridi* archicancellarii, recognoui.

Signum. ADELBERO cancellarius. SIGEFRIDVS archicancellarius.

Data eſt VIII. Idus Ianuar. anno dominicae Incarnationis Milleſimo CXXI. Indictione IX. anno autem ordinat. domini quarti *Heinrici* Regis XVII. Regni vero XV. actum Goslare in Dei nomine feliciter amen.

Datum 1071. Actum Goſlariae.

NVM. LXV.

Litera appropriationis & *incorporationis* FRIDERICI imperatoris de Abbatia *Nienburg* & caſtro *Vrakeleue.* an. 1166.

FRIDERICVS I. imp. auguſtus.

IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. FRIDERICVS diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Quoniam honor & gloria Romani imperii in hoc conſiſtit, quod ea, quae ab imperatoribus vel regibus *coram regno* rationabiliter promouentur, firma ſint & ſemper incommutabiliter in

in suo robore permaneant, potissimum ne nostra dispositio & legitima voluntaria traditio, per successores nostri sacri imperii, obliuione vel aliqua ratione, ab aliquo possit immutari aut deleri; ea propter notum esse volumus omnibus imperii nostri fidelibus, tam futuris, quam presentibus; quod nos in recti *concambii* vicissitudine dedimus sanctae *Magdeburgensi* ecclesiae et WICMANNO, eiusdem ecclesiae *archiepiscopo* & omnibus successoribus suis, castrum *Vrekeleue*, cum omnibus, quae ad castrum pertinent, *beneficiatis* & *ministerialibus*, eo honore & in ea iustitia & vtilitate, sicut ad nos deuenerat & nos illud possedimus. Similiter in maiori & largiori beneficio, vt *concambio* quod fecimus cum predicta *Magdeburgensi* ecclesia, condigna vicissitudine responderemus: donauimus sanctae *Magdeburgensi* ecclesiae & WICMANNO archiepiscopo & omnibus successoribus suis, *Abbatam Nuenburgensem* cum omnibus suis pertinentiis, *beneficiatis* & *ministerialibus*, in eo honore, & in ea iusticia & vtilitate, sicut eam ad obsequium Regni inuenimus & habuimus, praeter *aduocatiam*, quam Marchio ALBERTVS nondum *resignauerat*, hoc interposito, vt *abbas Nuenburgensis* ecclesiae in eo honore cum *beneficiatis* & *ministerialibus* remaneret integraliter, cum omni sua iusticia & plenitudine, sicut eam habuimus & dimisimus. Haec autem de donatione castri & abbatiae facta sunt *Vlmae*, in *conspectu regni*, omnibus principibus, qui aderant, illi *sententie* vnanimiter consentientibus, quam, ad legalem *inquisitionem nostram*, primum *Otto* vene-

Per concambium tradit WICKMANNO archiep. Magdeburgensi, castrum *Vrekeleue*, cum *beneficiatis & ministerialibus*, ab ipso imperatore antea possessum, donat praeterea abbatiam *Nuenburgensem*, cum *beneficiatis & ministerialibus*, antea *regalem*, acta haec *Vlmae* in *comitiis* & conspectu regni, *inuenientibus sententiam duobus principibus*, cae-

teris consentientibus. *Albertus* Marchio resignat aduocatiam in Nuenburgensem abbatiam imperatori qui eam tradit *Wicmanno* archiepiscopo, a quo illam recipit *Albertus* Marchio iure *beneficii*, *Wicmannus* archiep. per concambium tradit imperatori castrum *Sconenburg*, ad *ius regni*, *inuenientibus* iterum sententiam *duobus* principibus, caeteris ex *illa prouincia* approbantibus.

venerabilis *Constantiensis* ecclesiae electus; deinde *Heinricus* dux *Bawariae* & *Saxoniae* *adinuenit*. Postea vero Marchio *Albertus*, a *Wicmanno* Magdeburgensi archiepiscopo commonitus, *aduocatiam* super bona *Nuenburgensis* ecclesiae, multis principibus astantibus, in castro nostro *Boumeneburg*, nobis resignauit, & vt omnia, quae ad *Nuenburgensem* ecclesiam pertinebant, tam integraliter *Magdeburgensi* ecclesiae remanerent, sicut ea habuimus, *aduocatiam* eidem ecclesiae & sancto *Mauricio*, necnon *Wicmanno* archiepiscopo & omnibus successoribus suis dedimus. Quo facto Marchio *Albertus* eandem *aduocatiam* a manu *Wicmanni* archiepiscopi, in conspectu nostro, *iure beneficii*, recepit. Verum tamen ne in tam larga donatione *regnum* aliquod *damnum* sustineret, pro castro *Vrekenleue* & abbatia *Nuenburg*. in recti *concambii* vicissitudine, ad *ius regni* recepimus, castrum SCONENBVRG, cum omnibus suis pertinentiis, *beneficiatis* & *ministerialibus*, eo honore & iure, sicut ea possederat Magdeburgensis ecclesia Et quia nostra donatio & voluntate *Euerhardi* *Nuenburgensis* abbatis, & fratrum illius ecclesiae & in beneplacito & consensu aduocati Marchionis *Alberti* videlicet & rursum ex *sententia*, quam *adinuenit* VDO venerabilis *Nuenburgensis* episcopus & OTTO Marchio de *Misnia*, omnibus principibus, qui *Boumeneburg* erant, *consentientibus*, *illis* videlicet principibus qui sunt de *terra*, in qua *Nuenburgensis* ecclesia sita est, processit; nos, hanc nostram donationem firmam & incommutabilem perpetuo esse volentes, imperiali auctoritate

ritate noſtra, ne quis poſſit vel audeat infringere, quod ita ſtabiliter promouimus, ſub imagine *ſigilli* noſtri, communimus & corroboramus, adhibitis idoneis *teſtibus*, quorum nomina haec ſunt. *Hermanus* Hildesheimenſis epiſcopus. *Vdo* Nuenburgenſis epiſcopus. *Hermannus* Wldenſis abbas electus. *Albertus* Marchio. *Ludowicus* Lantgrauius. *Otto* Marchio Miſnenſis. *Fridericus* Dux de *Stoupha*. *Fridericus* comes Palatinus de Witelinesbach. *Dipoldus* Dux *Boemiae*. *Rudolfus* Comes de *Phullendorf*. *Dedo* Comes de *Groice*. *Fredericus* Comes de *Bren*. *Otto* Magdeburgenſis maior praepoſitus. *Hartmundus* eiusdem eccleſie canonicus. *Fridericus* Notarius. *Marquardus* de *Grumbac*. *Burgrauius* Magdeburgenſis *Burcardus*. *Theodoricus* Burgrauius de *Kirberg*. Henricus de *Burch*, Conradus de *Makecherue*. Heinricus de *Erdenbronnen*. Heinricus *Sturtz*. Conradus de *Balnehuſen*. Gero de *Seburg*. Wickardus de *Dielce*. *Vlricus Dapifer* Curie. Cunradus *pincerna*. Henricus de *Seburg*. Ehrenfridus de *Sutehuſen*. Wernenerus de *Nuenburg*. Hermannus de Hallen. Henricus de *Seburg*. Volcmarus de *Gyuekenſtein*. Albertus de *Ornere*, Gerbertus de *Magdeburg* & alii quam plures.

Sigillum et teſtes. epiſcopi; principes ſeculares; comites; canonici Mageburgenſes & Burgrauius; nobiles & alii.

Signum Domini FRIDERICI Romanorum Imperatoris inuictiſſimi.

Ego CHRISTIANVS Imperialis Curiae *Cancellarius* & *Moguntinae* ſedis *electus* recognoui. Acta ſunt haec, Anno Dominice Incarnationis MCLXVI. Indictione XIIII. Regnante Domino Fre-

Signum CHRISTIANVS Ar備chiep. Moguntinus, *Cancellarius* Actum an. 1166.

Datum apud castrum *Boumeneburg*.

Frederico Romanorum Imperatore gloriosissimo. Anno Regni eius XIV. Imperii vero XII. feliciter Amen. Datum apud Castrum *Boumeneburg*. XIII. Kalend Septemb.

NVM. LXVI.

Bulla LVCII pape confirmatorio donationis: Imperialis Castri *Frekeleben* & Abbatie in *Nienborch* cum omni iure quod Imperator haberet Anno 1187.

LVCIVS pontifex.

LVCIVS Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri *Magdeburgensi* Archiepiscopo eiusque successoribus, Canonice substituendis, in perpetuum. In eminenti Apostolice sedis specula, disponente Domino, constituti, fratres & coepiscopos nostros, tam propinquos, quam longe positos, fraterna debemus caritate diligere & ecclesiis sibi a Deo commissis paterna sollicitudine prouidere. Ea propter, venerabilis in Christo frater Archiepiscopus, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, & ecclesiam Magdeburgensem, cui, auctore Deo, preesse dinosceris, sub beati Petri & nostra *protectione* suscipimus & presentis scripti priuilegio communimus. Statuentes, vt quascunque *possessiones*, quecunque bona eadem ecclesia inpresentiarum iuste & Cano-

Suscipit ecclesiam *Magdeburgensem* in suam *protectionem*.

omnes eius possessiones, præsentes & futuras,

canonice *possidet*, aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, *oblatione* fidelium, seu aliis iustis modis, prestante Domino, *poterit* adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant. Ad hec, cum nobis immineat, ex suscepto ministerio seruitutis, ecclesiarum profectibus diligenter intendere, & eorum iura integra conseruare, si quando quicquam a nobis exposcetur, quod ad munimen ecclesiarum ipsarum pertineat, petentium desideriis nos conuenit clementer annuere, & eorum vota effectu prosequente complere. Ex scripto si quidem in Christo filii nostri FRIDERICI *illustris* Romanorum Imperatoris accepimus: quod inter te & ipsum, spontanea voluntate, huiusmodi facta est *commutatio*, quod ipse tibi & successoribus tuis, nec non & ecclesie tibi commisse castrum *Vrekeleue*, cum omnibus ad castrum ipsum spectantibus *beneficiatis* & *ministerialibus* contulit, in eo honore, iustitia & vtilitate habendum, in qua praescriptum castrum ad manus eius deuenerat & in sua fuerat potestate decessorum, & recepit a te *iure imperii* castrum *Scornenburchwe* cum omnibus pertinentiis suis *beneficiatis*, & *ministerialibus* eo honore & iure, in quo ipsum ecclesia tua noscitur habuisse. Preterea pro reuerentia ipsius ecclesie, ac deuotione, quocirca ipsam exhibet, nec non etiam pro salute sua, abbatiam *Niemburg*, que in tuo *Episcopatu* consistit, Abbate loci consentiente, & nemine prohibente, tam tibi, quam successoribus tuis, in perpetuum, pia considera-

speciatim permutationem

castri *Vrekelleue* & adpertinentium

cum castro *Scornenburgwe*

& donationem abbatiæ *Nienburg*.

tione conceſſit, cum omnibus pertinentiis, *beneficiatis* & *miniſterialibus* ſuis, in eo honore, iuſtitia & vtiltate, in qua abbatiam ipſam *ad ius* & *obſequium imperii* noſcitur habuiſſe. *Aduocatiam* quoque praeſcripti loci, quam *Albertus* Marchio, a te commonitus, poſtmodum *reſignauerat* & *Imperator* tibi & eccleſie tue nihilominus contulit & idem Marchio coram Imperatore *aduocatiam* ipſam *in beneficium* de tua ſucceſſione ſuſcepit. Volentes itaque paſtorali ſollicitudine prouidere, ne ſuper his eccleſia tua impoſterum fatigetur, praeſcriptam *commutationem*, ſicut diximus factam & ab vtraque parte receptam, ratam habemus & eam de *communi fratrum* noſtrorum *conſilio*, confirmamus. Abbatiam quoque praedictam, cum omnibus ad eam ſpectantibus, ſicut eccleſiae tue ab Imperatore pietatis intuitu conceſſa eſt, & in eius ſcripto autentico continetur, tibi tuiſque ſucceſſoribus, duximus nihilominus confirmandam. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat, praefatam eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum, quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omni modis profutura, ſalua ſedis Apoſtolice autoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſue perſona, hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam venire temptauerit, ſecundo, tertioue commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoris,

olim ad *ius imperii* pertinentis.

Cum *advocatia* ALBERTO marchioni iure beneficii reddita,

confirmat

turbatoribus, ni ter moniti reſipiſcant

norisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemtoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine, diuine vltioni subiaceat, cunctis autem, eidem loco sua iura seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus & hic fructum bone actionis percipiant; & apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen, Amen, Amen. **excommunicationis poenu proposita.**

Ego LVCIVS Catholice Ecclesie Episcopus. **Sigillum, signum & subscriptio pontificis & cardinalium.**

Ego *Chonradus* Sabin. Episc. Sallp. minist. ss.

Ego *Theodericus* Portuensis & sancte Rufine Sedis Episcop. ss.

Ego *Iohannes*. Presbyter cardinal. tt. s. Marci. ss.

Ego *Petrus* circa sancte Susan. presbyter cardinal. ss.

Ego *Vinranus* ecclesiæ sancti Steph. in Eliomonte presbyt., card. ss.

Ego *Ardumus* Presbit. Card. ec. sancte Crucis in Ierusalem. ss.

Ego *Mathias* circa sancti Marcelli presbyter Cardin. ss.

Ego *Laborans* presbyt. Cardinal. sancte Marie transtiber. circa Calixti ss.

Ego *Petrus* presbyter Card. circa sancti Laurentii In Damasc. ss.

Ego *Iacinctus* Diaconus Card. sancte Marie in eos mydyn. ss.

Ego *Arditio* sancti Theoderi Diac. cardinal. ss.

Ego *Rainerius* Diac. Cardin. Sancti Georgii ad Velum Aureum. ss.

Ego *Gratianus* Sanctorum Cosme & Damiani Diac. Cardin. ss.

Datum *Velletris.*

Dat. Velletr. per manum Alberti sancte Romanae Ecclesie Presbyteri Cardinal. & Cancellarii. Non. Iunii. Indictione XV. Incarnationis Dominice Anno M C.LXXXIII Pontificatus vero Domini Lucii pape III. Anno primo.

NVM. LXII.

HENRICI VI. Imperatoris de proprietatibus *Mokernie* & *Scolene* & eorum *tenimentis*, per Marchiones BRANDENBVRGENS. Ecclesiae *Magdeburgensi* donatis, confirmatio 1195.

HENRICVS VI. imp. *semper augustus* & rex *Sicilie*,

In nomine sancte & indiuiduae trinitatis. HENRICVS *sextus*, diuina fauente clementia, *Romanorum Imperator semper Augustus* & Rex *Sicilie.* Hiis, que a nostra maiestate postulantur, eo fauorem nostrum libentius impertimur, quo pro ea & maior vtilitatibus ecclesiarum accedit commoditas & legitimis nichil deperit institutis. Inde est, quod presentium & futurorum notitiae transmittimus: quod cum essemus in *curia solempni Geilinhusin*, fideles nostri *nobiles viri*

in curia solenni Geinhusae,

viri, OTTO videlicet Marchio *Brandenburgenſ.* & frater eius ALBERTVS, in noſtre celſitudinis *preſentia*, vbi copioſus *principum* atque *fidelium* Imperii aderat numerus, manifeſte ſunt confeſſi, quod *vterque* eorum, altero petente & compromittente, *hereditatem* ſuam MOKERNII, cum omnibus ſuis pertinentiis & SCOLENE cum *tenementis* ſuis, agris, nemoribus, pratis, paſcuis, molendinis, cultis & incultis, aquis aquarumue decurſibus, eccleſiae *Magdeburgenſi* contradidit & *ambo* petierunt, donationem ſuam *diualis pagine* noſtrae patrocinio corroborari. Statuimus igitur & Imperiali edicto firmiter ſanccimus, vt nulla omnino perſona, altaue humilis, eccleſiaſtica ſeu ſecularis, contra hanc noſtre confirmationis *diualem paginam* venire audeat, vel ei auſu temerario contraire. Quod ſi quis facere attemptauerit, in vltionem transgreſſionis, *centum libras* auri componat, medietatem *camere* noſtrae inferendam, partem reſiduam iniuriam paſſis perſoluat. Vt autem hec noſtra confirmatio rata permaneat & inconuulſa: preſentem inde paginam conſcribi, & *ſigillo maieſtatis* noſtrae iuſſimus communiri. Huius rei teſtes ſunt, *Conradus* Moguntin. Archiepiſcopus. *Luidolfus* Magdeburg. Archiepiſcopus. *Rudolfus* Verdonenſ. Epiſcopus. *Bernardus* Dux Saxoniae. *Henricus* DVX de BRVNSVIC. *Hermannus* Lantgrauius Thuringiae. *Otto* Marchio Brandinburgenſis. *Adolfus* Comes de *Scowinburc*. *Gebhardus* Burgrauius Magdeburgenſ. *Poppo* comes de Werthem. *Albertus* Comes de Spanheim. Robertus de *Durna*

marchionum *Brandenburgenſium* OTTONIS & ALBERTI donationem haereditatis ſuae *Mokerenii* & *Scolene* eccleſiae *Magdeburgenſi* factam confirmat.

Statuta in transgreſſores poena C. librarum auri pro dimidia parte *camerae imperiali* inferenda.

Sigillum maieſtatis teſtes epiſcopi principes ſeculares; comites; nobiles.

Durna; Hartmannus de *Bötingen*. Arnoldus de *Hornburc*. Heinricus *Marscalcus* de *Calindin*. Heinricus *pincerna* de Lut. & alii quam plures. *Signum* Domini HENRICI Sexti Romanorum Imperatoris inuictissimi & Regis Sicilie.

Signum.

Conradus cancellarius aulae Conradus *Archicancellarius* Actum 1195.

Ego Conradus Imperialis aule Cancellarius vice Domini Conradi Moguntini Archiepiscopi, totius Germaniae Archicancellarii, recognoui. Acta sunt hec Anno Domini M.C XC. quinto, indictione XIV. Regnante Domino Heinrico Sexto Roman. Imperatore gloriosissimo & Rege Sicil. Anno Regni eius vicesimo VI. Imperii vero quinto Dat. Gailinhusin quinto Kalend. Nouembris.

Datum *Gailnhusen.*

NVM. LXVIII.

Priuilegium Domini Imperatoris FRIDERICI Secundi de castro ZCAPOWE & *centum vigintimansis*, sitis in campestribus *Osterhusen* 1215.

FRIDERICVS II. imperator 1215.

IN nomine Sancte & indiuidue trinitatis FRIEDERICVS *Diuina fauente clementia Romanorum Rex semper Augustus ac rex Sicilie*. Cum nichil clarius elucescat in Principe, nichil glorie regnantis plus tribuat incrementi, quam si *deuotorum* obsequia digna *gra-*

gratitudine recognoscat; nos fidem pensantes & merita, constantiam & prouectum, quem dilectus *princeps* noster ALBERTVS *Magdeburgens. Archiepiscopus, Apostolice sedis* LEGATVS, *circa* EXALTATIONIS REGIE PROMOTIONEM, *deuotissimis studiis* & plenis exhibere curauit *effectibus,* ipsius obsequia tanto dignioribus reputamus premiis non indigna; quanto illa nec *dampna* reprimere poterant infinita, nec tempestas temporis *conquassare,* que fluctus emisit in *Magdeburgensi prouintia,* ad *turbationem Imperii* grauiores. Vt ergo idem Archiepiscopus in *exultatione* metat, quod in *lacrimis* seminauit, & inde *fructum* auferat, vnde dinoscitur incurrisse *iacturas;* nos ipsius & *Magdeburgensis ecclesie,* specialiter propter ipsum, honori volumus & profectibus imminere. Ideo notum esse volumus vniuersis Rom. Imperii *fidelibus,* presentis temporis & futuri, quod, resignante in manibus nostris COMITE BVRCHARDO de MANNESVELT *castrum* SCAPOWE & in campis eiusdem *castri* & *Ville Osterbusen centum viginti mansos* cum *siluis,* aquis, pratis, *pascuis & omni plenitudine iuris* eorum, quos ab Imperio tenebat in *feudo,* nos, de *consensu & sententia principum,* predictum castrum SCAPOWE, cum mansis & & omnibus bonis expressis, beato *Mauricio* & supra scripte *Magdeburgensi Ecclesie* REGALI AVCTORITATE, perpetuo iure, *donamus, donationem* ipsam *banni nostri* munimine roborantes ac statuentes, vt nulli omnino hominum, alto vel humili, modico vel sublimi, liceat hanc *paginam* nostre *donationis*

Magdeburgensi archiep. & legato pro bonis officiis, in ELECTIONE *imperatoris* adhibitis & *damnis*

donat castrum SCAPOWE cum 120. mansis

resignatum a comite Mansueld

imperii *feudorum,* cum *consensu* principum *regali* autoritate cum *banno* imperiali.

Sanctio

nis infringere vel ei modis aliquibus obuiare, quod qui attemptare presumserit, *centum libras auri* examinati componat, dimidiam partem camere nostre, reliquam passis iniuriam persoluendam. Ad eiusdem itaque donationis nostre memorabile in futura tempora firmamentum, presentem paginam super hoc conscribi precepimus & Imaginis nostre impressione muniri. Signum Domini FRIDERICI secundi Romanorum Regis Inuictissimi, ac Regis Sicilie. *Acta* sunt hec apud *Andrenacum*, Anno ab incarnatione Dominica *Millesimo ducentissimo quinto decimo*. *Testes* huius rei sunt. Siffredus *Maguntinens.* Archiepiscopus, Apostolice sedis *legatus*, *Imperialis Aule* Archicancellarius. Theodoricus *Triuirorum* Archiepiscopus. Henricus *Argentinens.* Episcopus. Cunradus Abbas de *Lors*, Ludewicus Comes *Palatinus Reni* & Dux *Bairarie*. Godefridus Dux *Brabantie*. Henricus Dux de *Limburch*. Henricus & Galeranus eiusdem *Ducis filii*. Ludewicus *comes* de Con. *Comes* Adolfus de *Montibus*. Comes Adolfus de *Scowenborc*. Comes Heinricus *Seine*. Comes Adolfus de *Marchia*, Comes Gerardus de *Gelre*. Comes Godefridus de *Spanheim*. Comes Henricus de *Schwartzburch*. Gerardus Comes de *Rinicke*. Comes Ernestus de *Vilsecke*. Wernerus & Philippus de *Bonlandia*. Walterus Pincerna de *Schipphe*. DAT. per manum Marquardi, Imperialis Aule Notarii vice Domini Conradi *Metensis* Episcopi, *Imperialis Aule cancellarii*. V. nonas *Maii*, *Indictione* III. Anno *Regni* nostri Romani *Tertio*.

Signum FRIDERICI II.

ACTA Andernaci 1215.

Testes *clerici*,

duces, *ducis* filii,

comites,

nobiles.

DATVM vice *cancellarii auli*ci.

NVM.

NVM. LXIX.

De WOLGHE (*sequela*) Priuilegium, Ecclesiae MAGDEBVRGENSI per WILHELMVM Romanorum Regem concessum 1283.

WILHELMVS *Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus* vniuersis sacri Imperii fidelibus, ad quos presentes littere prouenerint, gratiam suam & omne bonum. Coram nobis, pro *tribunali* sedentibus, *sententiatum* extitit & communiter ab omnibus approbatum; quod nullus in *Episcopali Curia & Sala* ac ipsarum attinentiis, IVS FEVDALE, quod VOLGE vulgariter appellatur, debet vel potest habere. Vnde, sub *interminatione* gratiae nostrae, districtius inhibemus: ne quis, veniens contra dictam sententiam, presumat asserere; se in huiusmodi *Curia & Sala* ac ipsarum *attinentiis* illud *ius* habere. Quod qui fecerit grauem nostrae *Maiestatis offensam* sciat, se incursurum. Dat. *Leyden* XI. Kal. Sept. *Indictione* vndecima, *Anno* Domini M. CC. quinquagesimo Teriio.

WILHELMVS rex Romanor. 1253. sententiat, pro tribunali. quod in episcopali *curia*, & *sala* *Volge* sequela nequeat exerceri. Intermi-natione grauis offensae. Datum Leydani 1253.

NVM. LXX.

HERMANNVS *Marchio* BRANDENBVRGI GOERLITZENSI ciuitati

uitati indulget *ius* MAGDEBVRGICVM, iudicem hereditarium & scabinos, adsignata cuique multarum *parte*, reseruatis sibi *maioribus causis* 1303.

HERMANNVS marchio BRANDENBVRGI LVSATIAE & Dn. HENNEBERG 1303. ciuitati GOERLIZ indulget IVRA MAGDEBVRGICA. iudicario tamen in *Voigtding* & *Ebeding* constituto,

NOS HERMANNVS *Dei gratia Brandenburgi* & LVSATIAE *Marchio*, *Dominus de* HENNEBERG *recognoscimus* tenore praesentium publice profitendo. Quod, ad vtilitatem & profectum Ciuitatis nostrae GOERLIZ generalem, fidelibus nostris *ciuibus & ciuitati* ibidem, de nostrae voluntatis *beneplacito*, IVRA MAGDEBVRGENSIA *concedimus & donamus*, *habenda, tenenda, quaestionibus*, *contractibus*, *causis*, *in omnem modum*, *prout nostris Ciuibus & Ciuitati melius & commodius videbitur*. Expedire tamen, quendam IVDICIARIVM vel iudicii casum, qui *Voigtding* vel *Ebeding* nominatur, ibidem habere volumus. Imo volumus & *precipiendo* statuimus; vt, singulis horis & temporibus, iudiciis opportunis, ciuitatis nostrae in *Banciis* cum ADVOCATO nostro IVDEX HAEREDITARIVS noster, qui fuerit, in *persona* propria adesse debeat, & iudicio praesidere & ibidem, in loco *iudicii* & non alibi, sicut alii nostri ciues in *Banciis*, praesentibus *Scabinis* ciuitatis, coram nostro ADVOCATO, super actionibus, querelis, causis, contra dictum IVDICEM motis

in *Banciis* cum *aduocato* & *scabinis*. Quod forum *iudiciarii*

motis vel mouendis, vnicuique finaliter respondere & nostrum ADVOCATVM de FRVCTIBVS IVDICII vel *causarum iudicialium* DVAS *partes* percipere & colligere; HEREDITARIVM IVDICEM nostrorum *tertiam* vero partem. Exceptis duntaxat *homicidiis*, *rapinis*, *incendiis*, *furtis*, *claudecationibus* & aliis quibuscunque *causis maioribus*, in nostro *territorio* vel *territoriis Gœrliz* commissis. Quas vero causas in *quatuor Banciis* Ciuitatis, praesentibus *Scabinis ciuibus* nostris & non alibi, nostrum ADVOCATVM volumus iudicare & huiusmodi *causarum fructus* nostrae CAMERAE *totaliter* reseruare. Praecipimus igitur vniuersis nostris & singulis ADVOCATIS, qui fuerint, omnino volentes, gratiae nostrae sub obtentu, quatenus ipsos Ciues nostros & *ciuitatem* indictis suis *Iuribus* & suis CONSVETVDINIBVS ANTIQVITVS obseruatis, quibuscunque, perpetuis in antea temporibus, debeant protegere, manutenere & feliciter conseruare. Si vero, quod absit, aliquis hominum cuiuscunque conditionis fuerit, contra mandatum nostrum, dictos nostros ciues & ciuitatem in praemissis & aliis suis iuribus *molestare*, *impedire* praesumpserit & *attemptauerit*, contra talem ciues nostri, *authoritate nostra*, *iuris forma*, possint & debeant procedere, ipsum *corrigendo*, quod de cetero nostrum *mandatum* violare & eos impedire *abhorrebit*, in quorum evidens testimonium *Sigillum* nostrum praesentibus est appensum. *Datum* SPANDAW Anno Dni 1303. Quarto Calendas *Decembris*.

Fructus iudicialis duae partes tertia iudici adsignata.

Causae MAIORES exceptae in vtroque *territorio*

Quarum multa CAMERAE seruanda.

Consuetudine firma.

aduersus *molestantes*, *iuris forma*, procedent, vt abhorreant alii.

Datum SPANDAW 1303.

NVM. LXXII.

OTTO M. imperator indulget, vt castrum BORCHORST vertatur in COENOBIVM virginum ADVOCATO tamen MAGDEBVRGENSI Archiepiscopo, episcopo loci, excluso An. 968.

OTTO imperator 968.

OTTO *diuina fauente gratia Romanorum Imperator semper Augustus* omnibus *fidelibus nostris* praesentibus, scilicet & futuris notum esse cupimus, quomodo generosa nobis dilecta BERTHA, relicta *vidua* quondam nobilis *fidelis nostri* BERNHARDI, *domini in* BORCHORST, piae recordationis, cum filia sua HATHWIGA, nostram adiit *maiestatem* humiliter implorando, vt eidem, ex *imperiali gratia* & autoritate, ad honorem & laudem Dei omnipotentis creatoris nostri eiusque martyris sancti *Nicomedis* ac omnium *Sanctorum*, dignaremur admittere, concedere & approbare eidem, CASTRVM SEV MVNITIONEM SVAM, de consensu *heredum* suorum, cum omnibus suis pertinentiis, cumque vtriusque sexus *mancipiis, aedificiis, terris cultis & incultis, pratis, pascuis, siluis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, viis & inuiis, exitibus & reditibus quaesitis & inquirendis*, & cum omnibus, ad hoc iure pertinentibus, in COENOBIVM

generosae viduae in BORCHORST

indulget libertatem,

Castrum BORCHORST.

NOBIVM & MONASTERIVM *transferre* & exinde construere, in quo, cum famulabus & Deo deditis & deuotis, iuxta sanctiones sanctorum patrum, fideliter seruire possent. Supra qua imploratione, maturo cum *fidelibus nostris* habito consilio, *gratiose annuimus*, permittimus ac concedimus per praesentes. At cum iam pie propositum ac voluntatem anime sue impleuisset: *secundario institit* ac a nobis impetrauit, quod ante dictum iam nouiter constructum & erectum monasterium, cum *praebendatis* & omnibus suis pertinentiis pretactis, sub *imperiali nostra libertate & mundiburdio* concluderemus, prout acceptamus & concludimus in vim præsentis scripti ac exinde venerabili viro ac deuoto nostro ADOLBERTO, *primo Archiepiscopo ecclesiae Magdeburgensis*, cum eadem cum antedictis Christi ancillabus a nobis fieri exorauit, & suis successoribus, vt perpetuis temporibus dictum monasterium cum omnibus pertinentiis in suum *mundiburdium & tuitionem* habeat, foueat, alat & defendat; saluo, quod *decem solidi*, singulis annis, sibi & successoribus archiepiscopis Magdeburgensibus, pro *tuitione, recognitione & iure* inde soluantur, pro omnibus etiam quibuscunque incursionibus, grauaminibus, a quibuscunque etiam potestatiuis tam regiis, aut aliis potestatem habentibus, ita vt & ipsum monasterium, cum omnibus suis pretactis, ab omnibus generibus *exactionum* sit exemtum. Exindeque percipientes & mandantes: vt nec EIVS LOCI EPISCOPVS, NISI PRECATV ABBATISSE, dictum

in *monasterium* virginum transferre

suscipitque in MVNDIBVRDIVM imperiale, ADELBERTO *Magdeburgensi* arch. ep. *aduocato*,

precatus. excluso *episcopo*

monasterium accedat, cum *nihil iuris sibi* in eodem competit; nec *iudex publicus* vel *exactor* seu quislibet *iudiciarię potestatis* illi monasterio seu eius pertinentibus nullatenus aliquam vim vel districtionem inferre aut *equos* tollere, *predam* inde exigere vel *mansiones* poscere vel ex actionis vllius *rationem*, *nisi* coram illius monasterii ADVOCATO, a nobis & successoribus nostris confirmato IMPHEVDATO. Insuper etiam arbitrium illis concessimus: *abbatissas inter se elegendi*, scilicet quamdiu ex supra dictarum ancillarum Christi proxime *aliqua* ibidem tali digna officio reperiatur; *communi assensu capitularium* eligatur, post autem huius defectum, de ceteris, si que *probabiles* ad eandem dignitatem fuerint, *licenter* abbatissa constituatur. Sed *nulla* omnino illis fiat *electio*, sine sub iam dicti Magdeburgensis ecclesie archiepiscopi *conniuentia & confirmatione*. Et vt hoc prescriptum nostrum indultum *priuilegium* & factum firmius stabiliusque perpetuis temporibus permaneat & fides adhibeatur: has literas fecimus & iussimus conscribi, *annulique* nostri impressione signatas, *propria manu* subtus firmauimus. Datum anno incarnationis domini *nonagentesimo sexagesimo octauo*, indictione vndecima, decimo Kalendas Nouembris, in *Magdeburg*, regni nostri *tricesimo tertio*, *imperii* vero *octauo* annis.

immunitate plena.

Cœnobii *infeudati* electio *abbatissae* *capitularibus data licenter*. Confirmante *Magdeburgensi*.

Datum *Magdeburgi* 968.

NVM. LXXII.

OTTONIS imperatoris confirmatio

tio paternae indulgentiae, a parente factae, anno 974.

IN nomine ſanctae & indiuiduae trinitatis. OTTO *diuino nutu Imperator Auguſtus.* Cum noſtrum eſſe ſciamus, quorumcunque fidelium noſtrorum honeſtis petitionibus, ſed maxime cum de diuinis rebus, ob animarum remedia, gerendis, a quibusdam noſtra ſupplicetur ſerenitas, aſſenſum praebere, aequum ac condignum eſſe, cenſemus. Inde cunctorum fidelium noſtrorum, tam praeſentium, quam futurorum, comperiat induſtria. Quia vir venerabilis ADALBERTVS, ſanctae *Magdeburgenſis* eccleſiae archiepiſcopus, noſtram adiit ſerenitatem, quoddam ferens praeceptum. Cuius auctoritate piiſſimus *genitor noſter Imperator Auguſtus cœnobium* quoddam ſactimonialium, BVRCHORST nuncupatum, *duarum* Chriſti *ancillarum Berthæ & Hedwigae* primo labore Dei ſeruitio conſtructum & ab ipſo iam primordio ad eundem, archiepiſcopi Magdeburgenſ. ea ratione, ſubſidium, *Mundiburdio* dicatum, quo per ſingulos *annos decem ſolidi* illuc inde perſoluantur, in ſui *tutaminis* concluſit defenſione. Rogitanſque iam dictus archiepiſcopus; vt idem praeceptum, *noua noſtra auctoritate,* firmaretur, cuius nos petitioni benigne conſentientes, eadem *reſcripta renouauimus*, & idem *monaſterium,* cum omnibus pertinentiis eius, in noſtrum etiam concluſimus *Mundiburdium*, cum vtriuſque ſexus *mancipiis*, *ædificiis*, *terris cultis & incultis*, *pratis*, *paſcuis*,

OTTO imperator

Adalberto *Magdeburgenſi* A.

Burchorſt

in *Mundiburdio*, cum X. ſolidis confirmat

cum *pertinentiis iurium*, quæ recenſentur

cuis, siluis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, viis & inuiis, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis & cum omnibus ad hæc iura pertinentibus. Inde praecipientes, iubemus; vt nec eiusdem loci *episcopus*, nisi precatu *abbatissae*, idem monasterium, ad sanctimoniales velandas, capellas dedicandas, vel etiam clericos ad gradus promouendos, ingredi præsumat, nec *iudex* publicus vel exactor, seu quilibet *iudicarie potestatis*, illarum seruis *latis* aliquam iniuriam vel districtionem inferre, aut equos tollere, *predam* inde exigere vel *mansiones* poscere, exactionis vllius rationem, nisi coram illius cœnobii *aduocato*, quisquam poscere, præsumat vel potestatem habeat. Insuper etiam arbitrium illis concessimus, *abbatissas* inter se *eligendi*, scilicet quamdiu ex supra dictarum Christi ancillarum genere aliqua ibidem tali digna officio reperiatur: *communi consensu eligatur*; post autem huius generis defectum de ceteris, si qua probabilis ad eandem dignitatem fuerit, licenter abbatissa constituatur, vt nulla omnino illic fiat *electio*, nisi sub iam dicti *Magdeburgensis archiepiscopi conniuentia*. Et vt haec nostræ *renouationis* ac *defensionis* auctoritas firmior, stabiliorque, cunctis perenniter credatur. Hanc chartam iussimus conscribi, *annulique* nostri impressione signatam, *propria manu* subtus firmauimus. DATVM quarto Calendas Iulii, anno domini *nongentissimo septuagesimo quarto* & ACTVM Magdeburgi. In Dei nomine, amen.

Nemo ingrediatur cœnobium sine *precatu*.

priuilegia alia aduersus *praedas, mansiones, aduocatiae*.

Electio sit penes ancillas christi,

personae *probabiles*

Datum *Magdeburgi cum annulo manu* propria 974.

NVM.

NVM. LXXIII.

OTTO III. imperator litem decidit inter *archiepiscopum* & cœnobium BVRCHORST, vltimo *donat* aliqua denuo cum priuilegiis, anno 989.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis. OTTO *diuina fauente clementia rex.* Omnibus fidelibus nostris, præsentibus scilicet atque futuris, notum esse volumus, quomodo quædam nobilis matrona, BRECHTA nominata, in quodam cœnobio BVRCHVRST dicto, a fundamento concepit ædificare *ecclesiam*, in honore sancti *Nicomedis* martyris consecratam, & illic omnia prædia sua sibi iuste in *hæreditate competentia*, cum consensu & approbatione *cohæredum* suorum, condonauit. Pro rei tamen firmitate præfatam ecclesiam, cum omnibus appendiciis suis, ne ab *inuidis* auelli aliquid inde possit, in ius & tuitionem bonæ memoriæ *aui* nostri, OTTONIS Imperatoris videlicet *Augusti*, tradidit, deprecans illius gratiam, vt dicta ecclesia & omnia illuc ab ea tradita, in MVNDIBVRDIVM *sanctae Magdeburgensis ecclesiae*, per eius præceptionem & priuilegium, donaretur. Ille autem eius votum benigne suscipiens, eandem ecclesiam, cum omnibus illuc traditis vel donandis, Magdeburgensi ecclesiae, sui praecepti auctoritate, *subiugauit & confirmauit*, ea scilicet ratione, vt sub eius PATRO-

OTTO imperator narrat, quod BERTHA, cohæredum *consensu* ædificarit ecclesiam BVRCHORST

Auus eius cœnobium subiecerit *Archiepiscopi*

1) *Mundiburdio*

2) cum iure *abbatissam* & 3) aduocatum eligendi; 4) censu solidorum X.

Litem

imperator decidit, consilio ordinum, regia *potestate*.

CINIO perpetim consistat. Et ARCHIEPISCOPVS *Parthenopolitanus*, quando opus fuerit, *abbatissam & aduocatum* ibi constituat, atque a præfato monasterio census *decem solidorum*, sicut eadem *matrona* statuit ac fieri rogauit, propter *subiectionem*, ad suam ecclesiam quotannis persoluatur. Sed cum, post mortem supra dictae *Berthae*, inter filiam eius Berchtigdam & fidelem nostrum *Gisallarium*, praelibatae *vrbis Parthenopolitanæ* secundum *archiepiscopum*, altecatio quaedam magna oboriretur de *prædiis*, quae ipsa ecclesiae a se constructae tradidit: eousque excreuit eadem contentio, quod fineri non potuit, nisi in nostra *praesentia*. Nos autem, fidelium nostrorum, *Willegisi* videlicet MOGVNTINI archiepiscopi & *Rhetarii* Paderbrunnensis episcopi, pium *consilium*, aliorumque quam plurimas rectas *suasiones* sequentes, vt *lis* oborta *dissolueretur* & Dei seruitium non deficeret in praefato *monasterio*, *nostra regia potestate*, fecimus inter eos *reconciliationem* vtrimque comprobatam, ita vt *archiepiscopus* iam dictus *Gisallarius*, ob nostrum votum & iussum, comprobaret, quod eadem *Brechtegda*, a manu *aduocati* eius *Wigmanni*, pro reconciliatione, susciperet omnem *haereditatem* sui patris *Lutberti*, in sua *vestitura semper tenendam*: & e contra vt *sanctimoniales* praescripti monasterii, ad Dei seruitutem, PRAEBENDAS deinceps habeant per suam manum; ipsa, *filiis* eius, *Bernhardo & Turingo*, consentientibus, pro nostro voto & iussu, in ecclesiae ius ad integrum dimitteret ac redderet cunctam proprietatem *vitrici* eius *Bernhardi*

hardi, perpetualiter ibi tenendam, excepto vno loco, qui dicitur CVRNII, quem ipsa, concedente archiepiscopo & eius aduocato iam dicto WIGMANNO, cum decem *mansis & familiis*, pro stabilitate reconciliationis, semper possidendam accepit. Quicquid itaque illa hac conciliatione dereliquit, nos nouiter nostra *authoritate* ad eandem ecclesiam donauimus. Et ne inde ab aliqua persona inuida, quod a nobis illuc *donatum* est, seu ab aliis *traditum* siue *donatum*, vnquam diuelli possit: hac nostra praeceptione confirmauimus & insuper nostro *regio* iussu omnino interdicimus, vt nullus *Dux* vel *comes*, aut *regius exactor*, seu alia quaelibet *iudiciaria* persona, magna siue parua, in agendis rebus ipsius ecclesiae, aut praediis illuc traditis, aliquam de hinc *potestatem* exerceat, nisi solummodo POTESTATIVVS ADVOCATVS, ab archiepiscopo *Magdeburgensi* super idem monasterium constitutus. Et vt haec nostrae *donationis* traditio & *confirmatio* praesenti ac futuro tempore firma stabilisque permaneat: hoc praeceptum, inde conscriptum, *sigilli nostri* impressione signari iussimus, manuque propria, vt infra videtur, corroborauimus. Signum Domini OTTONIS gloriosissimi regis.

Noua donatio.

cum exemtione ducum, comitum.

potestatiuo aduocato saluo.

Signum Ottonis 989.

Hildibaldus episcopus & cancellarius vice *Willegesi* archicapellani recognoui. Data V. Idus Februarii anno dominicæ incarnationis DCCCCLXXXIX. Indictione II. anno autem *tertii Ottonis* regnantis sexto. Actum *Aruite* feliciter. Amen.

NVM. LXXIV.

INNOCENTIVS *Pontifex* confirmat NORTBERTO eiusque successoribus, Archiepiscopis Magdeburgensibus, possessiones & bona sua, cum vniuersim, tum *nominatim.*

INNOCEN-TIVS papa *Nordberto* episcopo,

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri *Norberto Magdeburgensi* episcopo eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Tunc Apostolicae *sedi & Romanis pontificibus* honor integre conseruatur, si vnicuique *ecclesiae* sua *dignitas* custoditur, fratrum etenim *nostrorum* gloriam *nostram propriam* indicamus. Romanae siquidem Ecclesiae consueta benignitas & discreta humilitas, quos deuotos & mansuetos filios reperit, alios dignitatibus & honoribus sibi amplius facit obnoxios, alios familiaritatis & dilectionis prerogatiua sublimat. Equidem & rationabile est, vt, quorum *beneficia* & obsequia nos suscepisse recolimus, eorum deuotioni in mensura pari, nec quantitate æquali, sed ex habundantiore beneuolentia, libenti animo, respondere curemus. Ceterum quam firma perseuerantique constantia causam *iuris* tue sanctae Romane ecclesie, venerabilis frater NORBERTE, *Magdeburgensis archiepiscope,* incandescente *Petri Leonis* schismate, feruor tue *religionis* & discretio *prudentiæ* suscepit *defensandam* & se

ob auxilia *Romae* praestita

se, in uicem *inexprimabilem*, pro domo Dei opponens, animos regis & principum & aliarum, tam ecclesiasticarum, quam secularium personarum, ad catholice ecclesie vnitatem & beati Petri ac nostram obedientiam, frequentibus argumentis & ratione munitis, inducere laborauerit, magnaque inde ecclesie Dei & nobis peruenerit vtilitas, manifestum est. Ideoque charissime frater, quem plena in domino charitate diligimus & *familiari sedis apostolice gremio detinemus*, charissimi filii nostri, illustris & gloriosi regis LOTHARII & tuis rationabilibus *postulationibus* assensum prebentes *possessiones* & bona, que iuste & *legitime possides*, tibi & successoribus tuis & per eos *Magdeburgensi* ecclesie, autoritate apostolica, *confirmamus* & presenti *priuilegii* pagina communimus, in quibus haec propriis nominibus duximus annotanda. In *Magdeburgensi*. Diœcesi *abbatiam* beati Ioannis baptiste; ecclesiam beate *Marie*; ecclesiam beati *Iohannis* euangelitte; ecclesiam sancti *Nicolai*; ecclesiam, quae dicitur *gratia Dei*; abbatiam *Haldesleue*; preposituram sancte *Marie Galle* in episcopatu *Offenburgensi*; ecclesiam *Eugerii in Monasteriensi* episcopatu; abbatiam de BORCHORST in *Moguntinensi diocesi &c.* Ad haec, predecessorum nostrorum, sanctorum virorum, *Iohannis Benedicti & Leonis*, Romanorum *pontificum*, vestigiis inherentes, *crucis & pallii* prerogatiuam & dignitatem *metropolitanam*, quemadmodum in eorum continetur priuilegiis, vobis concedimus & super ciuitates & cum episcopali dignitate vobis nihilominus roboramus.

Confirmat *eius possessiones* cum LOTHARIO imperat, in variis ecclesiis sigillatim *abbatia* BVRCHORST *Moguntinae* dioecesees

Cum iure *acquirendi* vlterius dona a rege aut principibus,

Quaeque preterea in futurum, liberalitate *regis*, *largitione* principum, oblatione *fidelium* seu aliis iustis modis, prefata ecclesia largiente domino, poterit adipisci, *firma* vobis decetero & illibata permaneant. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat, prefatam *Magdeburgensem ecclesiam* temere perturbare, aut eius *possessiones* auferre vel ablatas retinere, minuere vel aliquibus exactionibus conturbare, sed omnia integra, conseruentur, tibi tuisque successoribus in perpetuum profutura. Si qua igitur imposterum ecclesiastica secularisue persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentauerit, *secundo tertione* commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, *potestatis honorisque* sui *dignitate careat*, reamque diuino iudicio existere de perpetua iniquitate cognoscat & a sacratissimo *corpore ac sanguine Dei & domini* redemtoris nostri *Iesu Christi* aliena fiat, atque, in extremo *examine*, districte vltioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta seruantibus, sit *pax domini* nostri *Iesu Christi*, quatenus hic fructum bone actionis percipiant, & apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant, amen.

sanctione addita aduersus *violatores*.

Copia *subauscultata*.

Prelecta & diligenter *subauscultata* est presens copia per me *Ottonem* COEPES, *notarium* publicum & non discedit a principalibus suis literis verbo aliquo, quod *protestor* manu propria.

NVM.

NVM. LXXV.

Transactio inter abbatissam BVRCHORSTENSEM & nobiles de STEINVORDE, super *aduocatia* 1421.

WY Ebdisse, *Priorissinne*, *Closter'sche vnd Capittel der wertliken* Kercken *to* Borchorst, *bekennet vnd betuget mit desen epenen* Breve, *vor vnss vn vnse Nakommen, dat wy, vp* Vordrach *und* Scheydinge, Löffnüsse *vn* Bekäntnüsse, *de de Edeln Manne S. Ludolff Herr tho* Steinvorde *vnd* Iuncher Heerwitz *von* Gutersswich *vns vn vnser Kercken tho* Borchorst *vorgnant geduen hebbet vmme* twylicht vnschelinge *de tuschen, den vorgnanten* Iuncher Ludolff *vn vnss, von vnser* Kercken *wegen, gewesen hevet, gelovet hevet, dat wy denselben Irn, Everwyene von* Gutersswich *nemen sollen, to enen* Vogede, *na dode Iunchern Ludolves Herrn tho Stenvorde wert vn sollen vort vor en schryven vn bidden vnserngenedigen Herrn, von Magdeborch, also dat he mit der Vorgedye tho Borchorst belenet werden, de sick de Edeln Iuncher Ludolff vorgenant, vormet to hebenn, zu so megen erven vn güden vnser Kercken to* Borchorst, *von vnsern gnedigen Hern von* Magdeborch, *als de der von to* Lene *geit, vn an en vervellet vn verlediget, na dode Iunchern Ludolves vorgenant, sunder alle Argeliste. Desses to tuge der Wahrheit, so hebbe Wy* Ebdisse,

ABBATISSA Borchorst. agnoscit dominum *feudi* A. Magdeburgicum, *aduocatum* eius subuasallam.

Sigillum, Testes, Ebdiſſe, Prioriſſine *vn* Capitel *vorgenant vnſes Capittels gemeine* Inſiegel *an deſſen* Brieff *gehangen. Daran vn aver weren her Herbord* Werning, *her Bernd* Werning *vn Herr Florens de* Heſſe, *beleende* Prieſter *der Kercken to* Borchorſt, *Iohan von* Aſsbrocke *vn Hinderich* Valcken, Knapen *des Geſtiffts von Munſter.*

Datum 1421. Datum anno Dni. mill. CCCC. *viceſimo primo*, feria quinta poſt Dnicam, qua cantatur in eccleſia Dei, Miſericordia Domini.

NVM. LXXVI.

Epiſtola CAPITVLI BORCHORSTENSIS ad MAGDEBVRGENSEM *archiepiſcopum*, in qua rogat, vt *primariae* preces ad virginem de HEGE dirigantur, ex gratia ſingulari.

CAPITVLI BORCHORSTENSIS epiſtola ad archiepiſcopum Magdeburgenſem.

Hochwürdigſter *in Got* Vater, durchlauchtiger hochgebohrner *Fürſt, vnſer Gebet zw Got Almechtigen und, was wir in guten* vntertheniges *Fleiſſes, vermogen, Ewr. F. G. zuvor.* Gnedigſter *Herr. Wir geben Ew. F. G. vndertheniglich zw wiſſen, wie dann albereit Ew. F. G.* Ertzſtifft Magdeburgk *wohl bericht ſein magk; das wir ſampt vnſerm* Stifft Borchorſt *vnd deſſelbigen Zwgehörung, ſo wir diſs Orts* Landes *im Stifft* Münſter *bewohnen und beſitzen, Ew. F. G. als Ertzbiſchoff des Stiffts zu Magdeburgk*

burgk, mit Verwantnüſſe zugethan, zuſtendigk vnd verpflicht ſein, vnd Ew. F. G. als unſern gnedigen Herrn erkennen, das auch Ew. F. G. nach gnediger Ankunfft im Regiment in gedachts Ew. F. G. Ertzſtifft zw Magdeburgk, wie ietzt, durch Gottes almechtigen gnedigen Willen, Got lob geſchehen, nach alter vnd loblicher hergebrachter Gewohnheit, nachfolgende Gerechtigkeit bey vnſs hat: nemlich daſs Ew. F. G., als ein Ertzbiſchoff der Kirchen zu Magdeburgk, die erſt vaciren de Prebend vnd prima vacatura, zw derſelbigenn in beyde Monaten, vnd vor eine Iunckfrauen darinnen zu diſponiren, vnd daruff, nach Ew. F. G. gnedigen Gefallen, zw der collation Abbatiſſe, Prepoſitiſſe, Dacaniſſe, vnd vnſers Capittels zu Borchorſt gnediglich zu ernennen, zwkummet vnd gebührt, dieſelbig Iunckfraue, ſo durch Ew. F. G. ernannt magk werden, mit ſolcher Ew. F. G. Begnadigung, biſs ſich der Fall, mit Verledigung einer Iunckfrawen Prebende, begiebt, zu erwarten hatt. Diweil dann Ew. F. G. in ſolchen Rechte, wie an ſich war vnd wir in dieſem Fall beqwemer Perſonen zu ferderung Gots-Dienſt nothdürfftigk, vnd wie wir vngern ymand anders darzw fordern mechten. So bekennen wir vnſs, mit einer ehrbarn und tugendſamen Iunckfrauen, mit Nahmen Catharina von der Hege Münſteriſch Stiffts, die ein ehrbar, züchtige vnd fromme Iunckfraue und catholica, hat auch catholicos parentes, die zum guten vnſerm Stifft ſtets wol gewolt vnd gerne dienen, derſelbigen Iunckfrauen wir in dieſem Fall gern Begnadigung wünſchen vnd günnen

In qua agnoſcunt eius ius primariarum precum; item electionem abbatiſſae, praepoſitae, decaniſſae.

commendant nobilem virginem

ad preciſtam

möghen

möchten, vnd zweyfeln nicht, Ew. F G. werden auch, auß angezeigter Vrsach, die berürte Iunckfrawen, *mit gnedigen Willen, bedengken. Derhalben ist vnser vnderthenige vnd demütige* bitt, *Ew. F. G. wolt vff berührte* Iunckfrawen *Prebend, mit Ew. F. G.* Primarien, *zw der collation* Prepositisse, Priorisse, Decanisse *vnd vnsers ganzen Capittels vnd wertlichen Stiffts sanct* Nicomedis *zw Borchorst, viehl gemeldte Iunckfrawe, Catharinen von der Hege, begnaden* Ex singulari *archiepiscopi* indulgentia. *vnd hieruff mit Ew. F. G. notturfftigen* Begnadungs-Brieven *gnediglich versehen vnd bey gegenwertigen yr auß* Gnaden *geben vnd zukommen lassen, vff das sie sich Ew. F. G. gethanar Begnadung, und wir mit yr, zu erfreuen. Das sein wir mit yr gegen* Gott *allmechtigen, vor Ew. F. G. langes Leben und glückseliche* Regierung *vnd ewige Wohlfarth, zu erbitten, allezeit schuldigk und willigk.* Datum *in die Na-*
1545. *tivitatis Christi, Anno* MDXLV.

E. F. G.

gehorsame vnd demüthige

Priorissa vnd Decanissa vnd gantz Capittel des freyen weltlichen Stiffts zu Borchorst.

NVM. LXXVII.

Supplices litterae capituli *Borchorstensis* pro *confirmanda* electione

ne Abbatissae, *Catharinae* de Limburg, ad SIGISMVNDVM Archiepiscopum *Magdeburgensem* directae. an. 1564.

R*Euerendissimo in Christo Patri* & illustrissimo principi ac domino, *domino* SIGISMVNDO, *Dei gratia, sanctae Magdeburgensis archiepiscopo, Germaniae primati, ac Halberstadiensis ecclesiarum episcopo, Marchioni Brandenburgensi, Stetinensi, Pomeraniae, Cassubiorum, Sclauorumque duci, burggravio Noribergensi & Rugiae principi, domino nostro clementissimo, Nos Elisabeth* VALCKE *praepositissa*, Margaretha *Smisinck* iunior *thesauraria*, Alheidis de *Meruelde*, Anna *Korff*, Margaretha *Smisink* senior, Engelina de *Beuer*, Anna *Morrien*, Anna *Strik*, Catharina van der *Hegge*, Elisabeth de *Koppel*, Antonia de *Gräß*, Maria de *Velen* & Margaretha de *Vehermunde*, VIRGINES CANONISSAE, Gerhardus *Tegeder* pastor, Iohannes *Blanke* & Iohannes *Roß*, canonici secularis & *collegiatae ecclesiae* diui NICOMEDIS martyris in *Borchorst*, MONASTERIENSIS *dioecesis*, debitos, humilesque reuerentiam ac honorem ac rei gestæ agnoscere veritatem. Vacante proxime ABBATIA praedictae ecclesiae in Borchorst, obitu reuerendae, nobilis & generosae dominae *Iacobae*, natæ ex comitibus de TECKELENBORCH, quæ die vigesima secunda Nouembris, anni minoris iuniori, sexagesimi tertii proxime praeteriti hic in partibus, in *residentia abbatiae* praedictae, rebus excessit humanis, corpore etiam eiusdem, more

BORCHORSTENSIS abbatiae capitulum ritum describunt

Electionis nouae *abbatissae* in locum *Teklenburgensis* eo-mit.

more consueto, ecclesiasticae *sepulturae* tradito, exequiisque funeralibus rite & legitime celebratis, abbatiam ipsam vacare ac ecclesiam ipsam capite & superiore carere diutius, & periculosum & damnosum reputauimus Quapropter (quandoquidem merum *ius* & *libera* electio nouae abbatissae ad nos, omnimode ac citra aliquam *haesitationem*, spectare & pertinere dignoscuntur) de nostro omnium scitu, consensu & plena voluntate, die infra scripto, cum continuatione omnium sequentium, ad iustam & absolutam confictionem, pro electionis futurae abbatissae celebratione, concorditer constituto, *praefixo* & *assignato*, eodemque adueniente ac *hora capitulari* consueta, vocatis antea omnibus ac singulis *capitularibus* absentibus, eisdemque, vt praemittitur, praesentibus, praemissa solenni *decantatione missae de sancto spiritu*, eaque integre finita, per *pulsum campanulae capitularis*, in *domo capitulari* ecclesiae praedictae, nullo *alio* modo, quam ELIGENDI NOVAM ABBATISSAM, conuenimus, infusione & *sancti spiritus* gratia prius deuotissime imploratis &, vti firmiter credimus, *inspiratis*, primitus *vnanimi consensu*, nullo penitus dissentiente, reuerendos & nobiles viros, dominos Iohannem SCHENIKNICK decanum & Bitterum de RAPFFELDT thesaurarium cathedralis ecclesiae diui Pauli *Monasteriensis*, vti ecclesiasticas personas, huius *spiritualis negotii* amicos, in *scrutatores*, *collectores* & *directores* votorum nostrorum, in notarii ac *testium* infra scriptorum, ad hoc specialiter a nobis vocatorum & rogatorum, praesentia, asciuimus, rogauimus atque quibus melius potui-

Historia continuatur.

potuimus modis ac formis, deputauimus. Qui quidem domini *Decanus* & *Thesaurarius*, rogationi & deputationi a'iisque nostris acquiescere, praesensque el ctionis negotium promouere & adimplere cupientes & volentes, sese ex *domo capitulari*, notario & testibus infra scriptis comitantibus, ad horum *virginum*, *dictae* domui *capitulari* contiguum, recipientes, omnium & singulorum nostrorum *vota*, singulorum singulariter atque seorsim, diligenti praemonitione, quod scilicet *deum* optimum maximumque eiusque laudem & gloriam ac vtilitatem ecclesiae & subditorum ecclesiae, in *electione abbatissae*, odio, fauore pretio ac aliis, iustam legitimam electionem impedientibus, prorsus & omnino postpositis & semotis, prae oculis haberemus, praeuia & quoad singulos repetita, *scrutati* sunt, *collegerunt* & per *notarium* infra scriptum, & *testibus* infra scriptis praesentibus, videntibus & audientibus, annotari fecerunt, postmodum vero, conuocatis & congregatis rursum nobis omnibus & singulis praedictis, in domo capitulari, iidem domini *Decanus* & *Thesaurarius* omnium & singulorum nostrorum vota licet seorsim & singulariter a singulis & scrutata & collecta, in reuerendam, nobilem & generosam dominam *Catharinam*, natam ex Comitibus de LIMBORGH & STYRVM, *canonissam* illustris ecclesiae *sanctae Vrsulae* & sanctarum *vndecim millium virginum* in *Colonia*, cecidisse, *nullo* prorsus *discrepante*, nobis omnibus & singulis id ipsum astipulantibus & vnanimiter omnino approbantibus, retulerunt. Quapropter etiam Nos *Praepositissa*, **Nouae abbatissae de LIMBORGK unanimia suffragia.**

*Thesauraria virgines*que canonissae, *pastor, canonici* seculares e *domo capitulari*, vna cum praedictis dominis praelatis, Notario & testibus infra scriptis, ad chorum ecclesiae nos *contulimus* atque, omnibus *campanis* solenniter *pulsatis*, praecedenti alta & intelligibili voce, ad coronam vtriusque sexus hominum, in ecclesia congregatam, *electione concordi* & *vnanimi* rite & legitime *publicata*, *Deo* immortali & de tam *concordi, vnanimi* electione praedictae nostrae abbatissae, canticum diuorum Ambrosii & Augustini: Te Deum laudamus &c. solenniter, vocibus iubilis & concentu vnanimi, cecinimus. Quae omnia & singula reuerendissimae illustrissimaeque paternitati vestrae omnibusque & singulis, quorum interfuit, seu quoquo modo de praedictis interesse potuerit, de praesenti vel futuro, notificamus, intimamus & significamus, eandemque reuerendissimam illustrissimamque PATERNITATEM, tamquam ad quam CONFIRMATIO & APPROBATIO electionis pro tempore ecclesiae *Borchorst* abbatissae, *pleno* inueteratoque *iure*, spectare & pertinere dignoscitur, quatenus ELECTIONEM NOSTRAM vnanimem & concordem, in personam praedictam factam, confirmare & approbare, supradictaeque dominae electae de dicta abbatia, solennitatibus solitis, debitis & consuetis in his adhibitis, vt, DEO omnis bonitatis autore, nobis & ecclesiae praedictae vtiliter & praeesse & prodesse possit & valeat, gratiose prouidere, dignetur, in domino exhortatam rogatamque volumus. In quorum omnium & singulorum *fidem* & *testimonium* praemissorum praesentes literas per no-

Petitio *confirmationis* a MAGDEBVRGENSI archiep.

notarium, ad hoc a nobis requisitum, confici & subscribi, *sigillique* capitularis nostri fecimus appensione communiri. *Datum* & *actum* in locis respectiue supradictis, sub anno a natiuitate domini nostri Iesu Christi, millesimo, quingentesimo, sexagesimo quarto, indictione septima, die quidem Mercurii in profesto Epiphaniae domini, quae fuit quinta mensis Ianuarii, pontificatus autem sanctissimi in Christo patris & domini, domini *Pii*, diuina prouidentia *quarti*, anno quinto, praesentibus ibidem honorabili & honestissimo Frederico *Bremmer* vicario, & Bernhardo *Mussche* custode ecclesiae in *Borchorst*, testibus ad praemissa vocatis atque rogatis. ***Datum & actum* 1564.**

NVM. LXXIV.

Supplices literae *capituli Borchorstensis*, pro *confirmanda electione* MARGARETHAE comitissae de *Lippe*, ad Archiepiscopum Magdeburgensem IOACHIMVM FRIDERICVM, directae. an. 1572.

Reuerendissimo in Christo patri illustrissimoque principi ac domino, domino IOACHIMO FREDERICO, sanctae archiepiscopalis *Magdeburgensis* ecclesiae & Germaniae *primatus* postulato *administratori*, marchioni *Brandenburgensi*; *Stettinensi*, *Pomeraniae*, *Cassubiorum*, *Wendaliorum*, *Schlauruumque* duci; burghgrauio *Nuremburgensi* & *Rugiae*

 prin-

principi &c. domino nostro clementissimo. Nos *Engelina* de *Beuer* praepositissa, *Anna Strick* thezauraria, *Anna Korffs* bursaria, *Margaretha Smisingk* senior, *Anna Morien*, *Margaretha Smisingk* iunior, *Catharina* ab *Hege*, *Antonia* de *Graess*, *Margaretha* a *Viermunde*, *Elisabetha* ab *Heiden*, virgines canonissae, *Gerardus Legeder* pastor, *Iohannes Blancke* & *Iohannes Roye* canonici secularis & collegiatae ecclesiae diuini Nicomedis martyris in *Borchorst*, Monasteriensis dioecesis, debitam, humilemque reuerentiam & honorem ac rei gestae agnoscere veritatem. Vacante proxime abbatia praedictae ecclesiae & generosae dominae, *Catharinae*, natae ex comitibus de *Lymburg* & *Styrum* &c. quae anno praesenti minoris numeri septuagesimo secundo, die Martis vigesima secunda mensis *Ianuarii*, hic in *partibus* apud praetactam abbatiam *residens*, rebus excessit humanis, corpore eiusdem more consueto ecclesiasticae sepulturae tradito, exequiisque funestalibus rite & legitime peractis, *abbatiam* ipsam vacare ac collegiatam ecclesiam in *Borchorst* Rectore, capite & quasi antistite deficere, diutius sine superiore permanere, & velut oues absque pastore oberrare, maxime periculosum, extremumque discrimen & damnum allaturum reputauimus, huiusmodi itaque imminentibus malis, hoc turbulento rerum statu, difficillimis grauissimisque hisce temporibus, quibus omnia periclitari videntur, pro *defensione* & *conseruatione iurium* & bonorum capituli nostri, maxime quando ad nos *merum ius* & *libera electio* nouae abbatissae plenarie, citra alicuius con-

Capitulum virginum canonissarum *Borchorstensium* certiorem reddit IOACHIM FRIDERICVM archiep. *Magdeburgensem*. Quod vacante abbatia per mortem CATHARINAE comitissae de *Lymburg* & *Styrum*.

contradictionem spectent & pertineant, subvenire & vtilitati nostrae consulere volentes, quare, nostro omni vno consensu, plena voluntate, die infra scripta, pro iusta sequentium continuatione & absoluta perfectione *electionis futurae* abbatissae, praemature *statuta*, praefixa & assignata, vocatis antea omnibus & singulis membris capituli absentibus & ad vocationem nostram, vt praefertur, praesentibus, eademque adueniente *hora capitulari* consueta, decantata prius integre solenni *missa* de sancto spiritu & diuino implorato auxilio, ad pulsum *campanulae* capitularis, in *domo capitulari* ecclesiae praedictae, pro eligenda noua abbatissa, conuenimus, infusione & sancti spiritus gratia deuotissime imploratis &, vti constanter credimus, *inspiratis* vnanimi omni consensu, nemine dissentiente, reuerendos & nobiles dominos Bitterum a *Rasfeldt*, Thezaurarium & Bernhardum *Schmisingk*, Bursarium cathedralis ecclesiae diuini Pauli *Monasteriensis*, vt ecclesiasticas personas, viros & praelatos graues, huius spiritualis negotii amicos, a reuerendo decano & capitulo monasteriensi, ad petitionem nostram duorum praelatorum, ex antiqua consuetudine deputatos, in *scrutatores, receptores* & suffragiorum, seu vti dicitur, votorum nostrorum, in *notarii* & testium infra scriptorum, ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum, praesentia, adsciuimus, rogauimus &, quibus melius potuimus, modis & formis, ordinauimus. Qui quidem dominus *Thesaurarius* & *Bursarius*, petitioni & deputationi praemissae acquiescere ac praesens electionis nego-

Vi iuris eligendi capitulo competentis,

praemissis *solennibus* canonicis,

vnanimi consensu, quem credunt sibi *inspiratum* *scrutinium* peragentibus duobus *Monasteriensis* ecclesiae *canonicis*, ex antiqua consuetudine expetitis & deputatis.

negotium promouere, adimplere & perficere volentes, sese ex domo capitulari, *Notario* & testibus infra scriptis comitantibus ad *chorum* virginum, dictae domui *capitulari* proxime *vicinum* & quasi contiguum, contulerunt, omnium & singulorum, tam canonissarum, quam canonicorum singulorum, singula vota & suffragia, diligenti & accurata praemonitione, quod scilicet Deum optimum maximum, eiusque laudem & gloriam ac vtilitatem & commodum ecclesiae & subditorum eiusdem in *Borchorst*, in electione huiusmodi, odio, fauore, gratia, precibus, pretio, ac aliis, iustam & legitimam electionem impedientibus omnino postpositis & semotis, quaerere & prae oculis habere, eandemque solum in abbatissam ecclesiae nostrae, quam in spiritualibus & temporalibus optime praeesse posse & velle, certo confidamus, eligere velimus et debeamus, praeuia et ad singulos repetita, *scrutati*, requisiuerunt per *viam*, vti dicitur, *scrutinii*, collegerunt et per notarium infra scriptum, testibus ad hoc vocatis adstantibus, videntibus et audientibus, annotari fecerunt, quibus expeditis, conuocatis et congregatis nobis omnibus et singulis praedictis, in praetacta domo capitulari, iidem domini *Thesaurarius & Bursarius*, *notario* testibusque infra scriptis praesentibus, omnium et singulorum nostrorum vota, licet *seorsim* a singulis et *scrutata* et *collecta*, in reuerendam et generosam dominam *Margaretam*, natam ex comitibus de *Lippia &c.* abbatissam secularis collegii in *Freckenborst* cecidisse, nemine dissentiente, nobis omnibus idem referentibus &

praecedente eorum ad monitione de suffragiis non nisi ex vtilitate ecclesiae ferendis.

Elegerint MARGARETAM comitissam de *Lippia*.

& vnanimi ore approbantibus, significarunt & dixerunt. Quo circa nos *praepositissa*, *thesauraria*, virginesque *canonissae*, pastor & canonici, capitulares, *e domo capitulari* vna cum praedictis dominis praelatis & notario & testibus exeuntes, *ad chorum* ecclesiae nos recepimus atque, *omnibus campanis* solenniter pulsatis, *alta* prius & intelligibili *voce* versus *coetum* & coronam vtriusque sexus hominum, in ecclesia congregatum, *electione* talismodi rite & legitime *publicata*, Deo immortali de tali vnanimi electione praedictae nostrae abbatissae & spiritus sancti infusione, canticum diuorum Ambrosii & Augustini: *Te Deum laudamus &c.* solenniter vocibus concinnis concorditer cecinimus. Quae omnia & singula reuerendissimae illustrissimaeque paternitati & celsitudini vestrae, omnibusque & singulis, quorum interest, seu quouismodo nunc aut imposterum interesse poterit, *notificamus*, insinuamus & modis melioribus *significamus*, eandem reuerendissimam illustrissimamque paternitatem & celsitudinem vestram, ad quam *confirmatio & approbatio electionis* pro tempore ecclesiae in *Borchorst* abbatissae, *pleno ac inueterato iure* & consuetudine, spectare & *pertinere* dignoscuntur, vt *electionem* nostram, omnium votis & concordibus suffragiis approbatam, in personam praedictam factam, *confirmare*, approbare & supra dictae dominae electae de dicta abbatia, solitis & consuetis *solennitatibus* adhibitis, vt, Deo omnis bonitatis, authore nobis & ecclesiae nostrae praedictae, pro salute animae suae & nostro-

electionemque hanc legitime publicauerint.

cuius confirmationem ab Archiepiscopo Magdeburgensi petunt.

noſtrorum & praeeſſe & prodeſſe poſſit ac valeat, clementer & gratioſe prouidere dignetur, in domino exhortatam rogatamque volumus. In quorum omnium & ſingulorum praemiſſorum teſtimonium praeſentes litteras, per notarium, ad praeſcriptum actum a nobis requiſitum, confici & ſubſcribi, *ſigillique capituli* noſtri fecimus appenſione communiri.

Datum & actum 1572.

Datum & actum in locis reſpectiue praedictis ſub anno a natiuitate domini noſtri Ieſu Chriſti *milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo*, indictione decima quinta, die Martii, quarta menſis Martii, pontificatus autem ſanctisſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini PII, diuina prouidentia papae eius nominis *quinti*, anno ſeptimo vel *circiter*. Praeſentibus ibidem honorabilibus dominis Gerhardo *Querhoff* alias *Holſten* & Alberto *Scholuer* vicariis praetactae eccleſiae in *Borchorſt*, teſtibus ad praemiſſa vocatis atque rogatis.

Notarii fides.

Ad requiſitionem & mandatum praefatarum Referendar. venerabilium & nobilium dominarum *praepoſitiſſae*, *theſaurariae*, *Burſariae* & reliquarum *canoniſſarum*, canonicorum & capituli praedicti, Franciſcus *Holter*, clericus Monaſterienſis ciuitatis, apoſtolica & imperiali autoritate *notarius* ac, in venerabili epiſcopali curia Monaſterienſi, cauſarum ſcriba communis iuratus, in fidem praemiſſorum, praeſens electionis decretum manu propria confeci & ſubſcripſi.

NVM.

NVM. LXXIX.

Litterae ſupplices Abbatiſſae & capituli *Borchorſtenſis* ad capitulum *Magdeburgenſe*, ne filii comitis ARNOLDI de *Bentheim* prius inueſtiantur de *aduocatia*, quam lites eorum cum monaſterio fuerint compoſitae. an. 1606.

Hoch und ehrwürdige edle und ehrenveſte günſtige Freunde, auch gnedige und gebietende Herren. Ew. Hoch- und Ehrw. auch Edl. ſeie unſer Gruß und underthenigk erbieten mit allen gutten bevor an. Vnd mügen demſelben Ew. Hoch- und Ehrw. auch Edl. dabei, erheiſchender Notturfft, nach gutter Meinunge auch underthenigk nicht verhalten. Was geſtalt Gott Allmechtige weiland den Wohlgebohrnen Graffen und Herrn, Arnold *Graffen zu* Bentheim, Tecklenburgk und Steinfurdt &c. *Vnſern vielgelilbten* Vettern *und* Nachbarherrn, *(deſſen Seele am jüngſten Gerichte miltiglich erfreuet ſey) mit zeitlichen thode von dieſem Iammerthal unlangs chriſtlich abgefurdert hatt. Weiln denn itzmahliger Graff die* Vogtey *über unſere* Abteyen *und* Stiffts-Gutter, Zeit *ſeines Lebens, verwaltet, wie auch etliche deſſen* Vorfharen *dieſelbe Vogtey von Ew. Hoch- und Ehrw. auch Edl. oder einem zur Zeit regierenden Ertzbiſchoffen des Ertzſtiffts* Magdeburgk &c. *allem Ihr*

Abbatiſſa & conuentuales Borchorſtenſes,

mortuo eorum aduocato ARNOLDO comite de *Bentheim*

ad dies vitae de aduocatia inveſtiri ſolito ab Archiepiſcopo Magdeburgenſi,

Ihr Leben lang, zu Leben, empfangen und getragen. Vnd hierüber, bey unsern Vorfrauen Ebtissinnen *zeiten, zwischen Wohlgebohrnen Graffen und unsern Stifft, verschiedene* Miſsverſtäntniſs *sich ereuget, unsere* aigenhorige, *auch vor Iahres und mehrer Frist, mit ungewöhnlichee* neuwer Auflage *beschweret, weſshalb woll underscheidliche Verhoersstage anbestimmet und gehalten. Dennocht hatt die einigkeit derwegen nicht* gewunnen *werden können.*

Wann aber vnſs, vnserm Stifft *und desselben* angehorigen *Leutten zum hohesten angelegen, das weitere* Miſsverſtäntniſs *vnd neuwerungen vorgebauwet und, da muglich, vorige Irthumb vnd Wiederwille, in der* Güte, *beygelegt werde. Alſs gereichet zu Ew Hoch- vnd Ehrw. auch Hoch- Edl. unser güttliche vnd vnderthenig Bitten,* wofern, *in Nhamen der* Iungerer Herrſchafft zu Bentheim &c. *vnsern auch Vielgeliebtenn Vettern vnd* Nachbar herrn, *bei E. Hoch und Ehrw. auch Edl. einige Beschickunge und Ansuchen, um newe* Belehnung *der* Vogtey, *vber vnsere Gütter, geschehen mogte. Dieselbe Ew. Hoch- und Ehrw. auch Edl. als vnsere ordentlithe* confirmatores vnd protectores, ſothanigs bis ſolangk günſtig und gnedig anſchlagen wollen, *das, an seiten itzt wohlgebohrner* Iungerer Herraſchafft, *von vnſs* Zeugnüſs ſchreiben *vorgebracht, das wir mit einander güttlich* vergleichet *vnd von vnſs* vorbittlich *begehret werde, einen Wohlgebohrnen* Iungerer Herrn, *mit der* Vogtey *wieder zu* belehnen. *Daſs gereichet zu Erhaltung vnserer und vnsers*

Confirmatore & protectore abbatiae Borchorſtenſis *ordinario,* petunt, ne inueſtiatur aliquis filiorum defuncti aduocati,

Stiffts

Stiffts Gerechtigkeit, vnd damit beschigt vnß günstiger succurs, *auch sonderer gnediger Schirm, Schutz und Beistandt. Thuen vnß dessen auch also günstig und vnterthenig getrösten, und seind sothaniges mit Fleiß zu verschulden, vnd in Ehren vnderthenigst zu verthienen geneigt schuldig vnd verpflichtet. Ew. Hoch und Ehrw. auch Edl. damit dem Schutz Gottes zu glueckseeligen* regiment *mit Leibes und Seelen Wolstande lanckwerend zu erhalten, günstig und vnderthenig bevehlendt, und getröstliche wilschawige Antwort bittendt.* Datum Borchorst *am* 16. May anno 1606.

donec per documenta demonstraverit, litium inter eum & abbatiam transactionem

Datum Borchorst 1606.

E. Hoch vnd Ehrw. auch Edl.

guttwillige und vndertheniges

Agnefs *gebohrne Graffin zu* Lymburgk *vnd* Branckhorst *Frewlein zu* Styrum, Wirsch und Borckube, *Dero Kayserl. Hoch-Adelichen weltlichen Stifftenn* Eltenn, Vorden vnd Borchorst Ebtissin.

Subscriptrices Abbatissa &

Elsebe Schmisingk Probstinn.

Canonissae.

Anna von Velen *Custerinn &c. Vert Semptliche* Capitular Iunffern vnd *Herrn obernentes Stifftes* Borchorst.

Agnes *Frewleyn zu* Lymburgk.

Elisebe Smysinck.

Anna von Vehen.

NVM.

NVM. LXXX.

Litterae ſupplices Capituli *Borchorſtenſis* pro *admittenda* & *confirmanda* MARIA SOPHIA, comitiſſa de *Salm*, abbatiſſa nouiter electa, ad Archiepiſcopum Magdeburgicum directae an. 1645.

Canoniſſae abbatiae *Borchorſtenſis* certiorem reddunt Archiepiſcopum *Magdeburgenſem*, quod

defuncta abbatiſſa AGNES comitiſſa de *Limburg*

H*ochwürtigſt, Durchlauchtigſt und Hochgebohrner Fürſt. E. Hochfürſtl. Durchl. ſein vnſer demüthig und andächtiges Gebedt zu Gott vnd hochgefliſſene vnderthenige Dienſte eufferſten Vermügens alzeit zuvor. Gnedigſter Herr &c. Dieſemnegſt E. Hochfürſtl. Durchl. in höchſter Vnderthenigkeit nit pergen können, was geſtalt, nachdem es Gott Almechtig, gnedig beliebet, vnß und vnſern Stifft zu* Borchorſt, *im* Stifft Münſter *gelegen, des* ordentlichen Hauptes, *nemlich der Hochwürtig und Hochgebohrnen Frauwen, Frauwen* Agneſſen, *gebohrner Graffin zu* Limburch *&c. ſo vnſerm Stifft über* Vierzig Iahren *wol vnd vnuerweißlich fürgeſtanden,* am 23. Ianuarii *lauffenden Iahres, durch einen zeitlichen Thod zu berauben, dannenhero vnß nitt anders geziemen wollen, denn nur gleich vnſerem Stifft und Abteien, bei dieſen ungetrewen und ſehr gefährlichen* Krieglæufften, *mit einer andern Vorſteherin und Abtiſſinnen, durch* ordentliche Wahl oder poſtu-

postulation, *in beherender Zeit, zu versehen vnd zu versorgen, wie es denn die kuntbare Notturfft der Kirchen dieses Orts, dha wir umbher mitt allerseits* Kriegenden Theilen *vnd Besatzungen* benachbaret *sein, hoch und sonderlich erfordert. So haben wir am 22. vergangenen Montz* Februarii *zur* neuwen Wahl *getretten, vnd nach geziemlicher* Anruffung *des* heiligen Geistes, *andechtigen Gemüths und einhelliglichen, an statt hochgedachten in Gott ruhenden Frau Abtissinnen, die auch hochwürtig und Hochgeborne Fraw* MARIA SOPHIA, *geborne graffin zu* Salm, *Frewlein zu* Reissenscheidt, Bodttauer, Dyeben, Altzer vnd Horckenbruch, *so eines* behörenden Alters *ist, zu vnserer* Abtissinnen *vnd Vorsteherinnen* erwehlet vnd postuliret, *welche auch, auf ergangene gewönliche* intimation *vnd Ankündigung, sothane* postulation *in aller Gebür* angenommen. **elegerint MARIAM SOPHIAM, comitissam de *Salm***

Aldieweilen aber gnedigster Fürst vnd Herr, al solcher vnser einhelliger postulation, *behorende* confirmation, *dem Vhralten löblichen* Herkommen *nach, bey E. Hochfürstl. Durchl. als* Ertzbischoffen zu Magdeburg, *zu erhalten stehet: so sein wir semptliche capitularen nicht weniger willig als schuldig, dieserwegen demüthige vnd vnterthenigste* Ansuchung *zu thun. Ist also vnser semptlich vnderthenigst vnd hochfleissigst bitten, daß E. Hochfürstl. Durchl. gnedigst geruhen wollen, die einmüthige* postulation *Hochwolgeborner Frauwen* MARIEN SOPHIEN *Gräffinnen zu* Salm, Reiffenscheid &c. *als eine gnugsam qualificirte praelatin vnd* Abtissinn *vnsers Stiffts vnd Kir-* **eamque, pro iure, Archiepiscopis *Magdeburgensibus* ab antiquo competente,**

Kirchen Borchorſt, *durch übliche* ſolennitæten *der rechten und nach vhralten Gebrauch, zu* confirmiren, zu beſtettigen, *vnd zu der* Regierung, *auch würcklicher* Abnützung *der* Güttern *vnd aller dazu gehörenden recht vnd Gerechtigkeiten, vollkommene* Gewalt *gnedigſt zu zuſtellen vnd davon nothtürfftige* confirmations - Brieffe *mitzutheilen, deſſen vnd aller Gnaden zu E. Hochfürſtl. Durchl. wir uns ſamt vnd ſonders demütig und getreulich verſehen vnd ſein es, mit andechtigen Gebett und ſchuldigſt gehorſamen Dienſten, bei Got almechtig, getreulich zu verbitten vnd zu verthienen, alzeit getreulich gefließen vnd verbunden. In deren Hochfürſtl. Durchl. Gnaden und guten Willen unſ hiemit underthenigſt recommendirendt, geben in vnſern* Stifft zu Borchorſt deu 10. Aprilis anni 1645.

postulant *confirmari* & ad *administrationem bonorum* abbatiae *admitti.*

Datum Borchorſt 1645.

E. Hochfürſtl. Durchl.

demüthige underthänigſte

Barbara von Pleckenberg *Probſtin,*

Vrſula Korfs *Cüſterinn*

Helena Eliſabeth Schmiſinck Burſarie *vnd ſemptliche* Capittel Iunfern *und* Herrn *des Hochadelichen* freiweltlichen Stiffts Borchorſt.

NVM.

NVM. LXXXI.

Eiusdem argumenti literae ipſius electae & poſtulatae ad Archiepiſcopum Magdeburgenſem An. 1645.

Maria Sophia comitiſſa de SALM, *electa Borchorſtenſis*

H*ochwürdiger Durchleuchtiger und Hochgeborner Fürſt, Gnedigſter Herr. E. Hochfürſtl. Durchl. gebe ich entzbenente in Vnterthenigkeit zu verſtehen, was maſſen ein wohl Ehrwürdig und* hochadelich Capittul *des Hochadelichen freyweltlichen Stifftes* D. Nicomedis zu Borchorſt, Münſteriſchen Biſsthums, *auf Abſterben der Hochwürdigen Hochgebornen Frauen* AGNES, *gebohrner Grävinnen zu* Limborg *und* Borchorſt, *Zeit ihres Lebens geweſener Abtiſſinne daſelbſt, zu dero alſo erledigten Abdeyen am* 22. Februar. *laufenden Iahres, in gebührender Zeit vnd mit Zuſammenruffung aller Capitularen,* per ſingulorum ſuffragia, *meine Perſon, durch* ordentliche Wahl oder poſtulation, *beruefſen vnd zu Ihrer neuwen* Abtiſſinnen *gekohren, in welche Berufung ich dann, ſo viel mir die rechte zugeben vnd anderer geſtalt nicht,* verwilliget *oder conſentiret hab.*

agnoſcit, ius confirmandi & admittendi Archiepiſcoporum Magdeburgenſium.

Weiln denn, nach alten *löblichen* Brauch *vnd Gewohnheit, die* admiſſion *oder* confirmation *berührter* Abdeyen *von* zeitlichen Ertzbiſchoffen zu Magdeburg dependiret *vnd zu erhalten ſtehet.*

Als

Als gelanget an E. Hochfürstl. Durchl. neben Wohlgebornen Capittul zu Borchorst *auch meine,* pro meo interesse, *vntertheningste Bit: E. Durchl. geruhen, in ansehung dieser* Beschwerlicher Kriegslæuften, *durch welche, mit* Verwicklung der administration, *die Kirche in grossen Schaden khonte gesetzt werden,* admission oder confirmation *in mügJichster eill zu ertheilen vnd mir wiederfahren zu lassen, welches ich gegen E. Durchl. bey Gott dem almechtigen mit empzeigen Gebet zu aller gedeylicher Wolfarth vnd glückselicher langwüriger Regierung zu verdienen und zu erwerben, in unterthenigkeit begierig bin.* Signatum Verden am 19. April. An 1645.

petitque *confirmari* vel *admitti.*

Datum Verden 1645.

E. Hochfürstl. Durchl.

unterthenige

Maria Sophia *Grevin zu* Salm.

NVM. LXXXII.

Formula iuramenti, Archiepiscopo *Magdeburgensi* AVGVSTO praestiti in animam MARIAE SOPHIAE postulatae Abbatissae *Borchorstensis.*

MARIA SOPHIA Abbatissa Borchorstensis, iurat per *procuratorem*

Ego Georgius *Hagen* I. V. D. &c. *procurator* & eo nomine reuerendae, nobilis ac generosae dominae, dominae MARIAE

MARIAE SOPHIAE, natae ex Comitibus de *Salm*, dominae in *Reifferscheid*, *Dyck*, *Bedbur*, *Alffter & Hackebruch*, postulatae & confirmatae *abbatissæ* ecclesiae secularis in *Borchorst*, *in animam ipsius* constituentis iuro & promitto, quod, ab hac hora in antea, iam dicta domina MARIA SOPHIA *fidelis & obediens erit sanctæ Magdeburgensi ecclesiae & reuerendissimo ac Illustrissimo principi ac dno, dno Augusto, archiepiscopo Magdeburgensi ac primati Germaniae, duci Saxoniae, Iuliae, Cliuiae & Montium &c.* suisque successoribus, canonice intrantibus & quod non erit in consilio vel in facto, vbi periculum sui vel ecclesiae memoratae tractabitur, ipsum & *nuncios* suos ac ecclesiae *Magdeburgensis*, quos certos esse cognouerit, in eundo, stando & redeundo, honorifice tractabit & in suis necessitatibus adiuuando, *possessiones* vero, ad *mensam* suae abbatiæ pertinentes, *non vendet*, neque *donabit*, neque de nouo *infeudabit* vel aliquo modo, contra ius vel consuetudinem ecclesiae suae, *alienabit*, reuerendissimo & illustrissimo *archiepiscopo* vel successoribus suis *inconsultis*, sic me ac eam Deus adiuuet & Sancta Dei euangelia.

AVGVSTO, postulato archiepiscopo *Magdeburgensi* eiusque successoribus fidelitatem & obedientiam, bonaque *mensalia* sine eius consensu non alienanda.

Et ego Iacobus *Baumannus*, sacra Imperiali auctoritate *notarius* publicus, necnon reuerendissimo & illustrissimo principi ac domino, domino AVGVSTO, *postulato archiepiscopo Magdeburgensi, primati Germaniae, duci Saxoniae, Iuliae, Cliuiae & Montium &c.* a secretis, ad hunc actum specialiter requisitus & deputatus, testor, haec omnia & singula supra scripta, in praesentia mea,

Testimonium notarii.

acta, facta & gesta esse, quæ ego sic fieri vidi, audiui ac in notam sumpsi, in quorum fidem ac testimonium manu mea propria subscripsi.

Iacobus Baumannus.

NVM. LXXXIII.

AVGVSTVS *Magdeburgensis archiepiscopus* admittit & confirmat postulationem MARIAE SOPHIAE, comitissae de Salm, in Abbatissam Borchorstensis monasterii. An. 1645.

AVGVSTVS Archiepiscopus Magdeburgensis.

AVGVSTVS Dei gratia *Archiepiscopus Magdeburgensis, Primas Germaniae, Dux Saxoniae, Iuliae, Cliuiae & Montium, Landgrauius Thurigiae, Marchio Misniae, superioris ac inferioris Lusatiae, Comes Marchiae & Rauensburgi, dominus in Rauenstein*, venerabilibus vobis, in Christo dilectis, *praepositae, thesaurariae, bursariae*, nec non *canonissis & canonicis* ac capitulo ecclesiae secularis sancti *Nicomedis* martyris in *Borchorst, Monasteriensis dioecesis*, ac vniuersis & singulis; quos infra scriptum tangit negotium, seu tangere poterit, quomodolibet in futurum, quibuscunque censeantur nominibus aut quacunque praefulgeant dignitate, salutem & charitatem in domino sempiternam. Vacante siquidem nuper ecclesiae vestrae abbatia, per obitum venerabilis

rabiiis & generosae dominae AGNETIS, natae ex Comitibus de *Limburg, Stirumb & Wysch*, piae memoriae, vltimae *abbatissae* eiusdem, vos, diuturnae vacationi ecclesiae vestrae consulere volentes, intra *tempus debitum*, vocatis vocandis & seruatis seruandis, ad *postulationem* rite procedentes, venerabilem & generosam dominam MARIAM SOPHIAM, natam ex comitibus de *Salm*, dominam in *Reifferscheit, Duick, Badbur, Alffter & Hackenborch*, Abbatissam, *secularis & Caesareae Maiestatis collegii in Elten & Verden*, per viam *scrutinii*, in vestram concorditer *postulastis Abbatissam*, quae, *decreto electionis* vestrae sibi *praesentato*, postulationi huiusmodi, de se factae, tam humiliter quam deuote *consensit*, prout haec & alia in decreto postulationis huiusmodi, per manus *Johannis Ammersbecken*, pontificia & imperiali autoritate *notarii* publici subscripti, ac nobis, pro parte dictae dominiae postulatae, per doctissimum virum, nostrum fidelem, Georgium *Hagen* I. V. D. procuratorem suum, ad hoc specialiter constitutum, coram nobis productis viribus, plenius perspeximus contineri, vnde a nobis per praedictum procuratorem instanter petito, vt *postulationem* huiusmodi, tam *canonicam*, quam *concordem*, *approbare & confirmare* clementer dignaremur. Nos igitur super *idoneitate & habilitate* huius personae *postulatae*, praeuia examinatione diligenti & quantum sufficit, de ipsius ad id suffragantibus meritis informati, ac *prius* nobis, per praefatum doctorem *Georgium Hagen*, ad id specialiter constitutum, *in*

postulatam MARIAM SOPHIAM abbatissam Borchorstensem

praestito prius per procuratorem iuramento,

animam dictae postulatae *iuramento* praestito & recepto, *postulationem* huiusmodi de persona dominae MARIAE SOPHIAE postulatae supra dictae, rite & canonice fuisse & esse factam, eamque approbandam & *confirmandam* fore, comperimus, prout illam recipimus, *admittimus* & comprobamus & praefatam dominam MARIAM SOPHIAM, natam & comitibus de *Salm &c.* sic postulatam in *abbatissam ecclesiae* vestrae, sicut de iure possumus & debemus, confirmandam duximus & *confirmamus* Dei nomine per praesentes, *curam, regimen & administrationem* praedictae ecclesiae, tam in *temporalibus* quam in *spiritualibus*, sibi committentes, vobis in virtute sanctae obedientiae praecipiendo mandantes, quatenus saepe dictam dominam ANNAM SOPHIAM, postulatam & confirmatam, in & ad *corporalem*, realem & actualem dictae ecclesiae & eiusdem abbatiae, iurium & pertinentiarum eiusdem *possessionem* ponatis, recipiatis & admittatis, sibique reuerentiam & obedientiam debitam exhibeatis, facientes illi de vniuersis & singulis *fructibus*, reditibus, prouentibus, iuribus, obuentibus eiusdem integre & plenarie *responderi*, prout de reuerentia & obedientia vestra, quae victimam excedit, in domino valeatis commendari. In quorum omnium & singulorum fidem ac testimonium praemissorum praesentes nostras literas exinde fieri & per notarium nostrum publicum, infra scriptum, subscribi & publicari, mandauimus, nostrique *sigilli* appensione iussimus & fecimus communiri. Datum & actum *Hallis* die

admittit & confirmat

die 20. mensis Maii, anno a nato Christo saluatore nostro, *millesimo sexcentissimo quadragesimo quinto.* Praesentibus itidem reuerendo ac nobili nobis dilecto domino Georgio *Heinricus*, metropolitanae nostrae ecclesiae *capitulari* & I. V. Doctoribus, doctissimis viris, dominis Conrado *Carlslouio* Cancellario, Georgio Adam *Brummer* & *Iohanne Büttner*, nostris consiliariis, testibus, ad praemissa specialiter vocatis & requisitis.

Datum & actum Halae 1645. Testes,

NVM. LXXXIV.

FRANCISCVS episcopus *Monasteriensis* intercedit apud Archiepiscopum *Magdeburgensem* pro ARNOLDO comite de *Bentheim*, ob *moram*, in petenda *inuestitura* commissam An. 1533.

Unsen früntlichen Denst vnd was wyr alltyth leves vnd güttz vermogen tovören. Erwerdigester in Gott hochgeborne Fürst, besunders leve her vnde frünt. De Edell vnd Wallgeborn, vnse leve Neve vnnd getruwe, ARNDT *Grave tho* Bethem *vnd* Stenforde, *her tho* Wevelchauen, *heff ittzt an vns friftlige Ansockungen und meldunge gedann, wohr vergangener tyth, durch I. L. ziner* Lehens entfangung *etleger* Guder, *so von I. L. unnd Eren en* Ertzbisscofflichen Stifft Mag-

FRANCISCVS episcopus *Monasteriensis*, *Osnabrugensis* & *Mindensis* *administrator*, intercedit pro ARNOLDO Comite de

Bentheim, vasallo Magdegensi, Magdeburgk *to leen roren, bey op nest vergangen Sameda.h na Trinitatis erlangt, ock genßlich des Willens vnnd Meynung gewest, up zodane I. L. ge anstellinge vnd erforderen,* eigener personen *oder durch sine gesambte* Gewalthebber, *folge to dome, so dann Leben mit gebürligen Wise vand Verpflichtunge to ersecken vnd entfahen. Das he durch zinen* Denst, *darumpene he van vns gefordert vnd to* wedderstannt *der erschrecklicher* Vprorischer Sect *vnd emberung der ittzigen* Innhebber *vnser* Stadt Münster *vnterßgewiese bey her. gelegen, ehafftiglich* verhindert.

Ob præstita Monasteriensi Episcopo auxilia contra rebellem sectam, impedito, *Vns derhalven erseckende, dath wy Eme by I. L.* Voerbittlich *verschryven, oder sines* Denstes *erloeffnis geven w llen, En de tagestanden,* Vertoch *nicht to* nadeil *oder Beswerenge reichen vnd he unzwieveln henge vom I. L.* vthbringen *möge. Darynne wy Em vnnse Fordernisse vnd Willfarenge to ertzeigen was schuldich, na angezeigter Gestalt vnd* Verhindernifs *wetten. Dewiln nu gemelte vnnse* Neue *van* Benthem *vnd* Stenfforde, *in diesser vnser ittziger groter vnd beschwerlicher* Kriegs-Handelunge, *na sinen* pflichten, *in unsen* Denste *gewest vnd noch enthebden, vnd vp de Vertroestinge gewardet, desse he sich besanher nicht solte vorweilet hebben, dardurcht he sine* Lehens entfanginge *hedde ersocken megen, vnd durch sinen* Vnflyth öder Verseymenis *bisbere to, sunder de* ehaffte *bewislicbe Wit vpgehalten vnd verhindert. Denna*

ne ipsi obsit petendæ inuestituræ neglectus; *ersecken wy in gantzen Vlyth früntlich bidden, I. L. willen de Gelegenbe t vnd vnnse itzige* Beschwerunge *vnd* Krieges Handelunge *behertigen*

herttigen vnd die vorgefallene Hinderlige *ehafft vnſen* Neven *to zynen* nadeil *oder* Verkorttinge *upleggen vnd to metten; ſunder, daweile wy ſiner vth unſern Denſt nicht konnen entraden, ſinen affgeferdigten* Gewalthebber *in zine ſtatt der* Beleheng *genediglich geſtanden vnd komen laten, vnd darinne, vnns to eren vnd gefallen, unbeſweret ſin, vnd früntlicher Guetwilligheit erzeigen. Deswillen wy vns to I. L. in vngetwivelter Vertroeſtunge gewiſſlich verſehen vnd vmb deſelve in gelcken vnd vell mererer vermögeliches Vlytz to verdenen, ſtetz geneigt befindenn werden Datum in unnſem* Veltleger *vor* Münſter, *am fridage na Egidi Abbatis Anno Dei* D. XXXIII.

ſed admittatur ad accipiendam inueſtituram eius procurator.

Datum in caſtris prope Monaſterienſem vrbem an. 1533.

FRANCISCVS *van Gots genaden confirmirder der Stifft* Münſter *vnnde* Oſnabrugge, Adminiſtrator thu Minden.

NVM. LXXXV.

BERNHARDVS Epiſcopus *Monaſterienſis &c.* commendat Archiepiſcopo *Magdeburgenſi* CATHARINAM de *Limburg*, Abbatiſſam *Borchorſtenſis* monaſterii electam, vt eius electionem *confirmet.* An. 1564.

 Unſer

BERNHARDVS episcopus Monasteriensis notificat *Archiepiscopo Magdeburgensi*, quod, defuncta IACOBINA de *Tecklenburg* abbatissa *Borchorstensi*, Canonissae elegerint CATHARINAM de Limburg, eamque, electionem, ob singularem dexteritatem electae, ceu *ordinarius*, non *dissuadendam* putauerit, adiectis precibus, pro iure Magdeburgensibus praesulibus competente,

Unser freundlich Dienst vnd was wir mehr Liebes Gutts vermögen zuvorn. Erwürdigster in Gott vnd Hochgebohrner Fürst, besonder lieber Herr, vnd Freund. E. L. fuegen wir hiemit freundlich zu wissen, das durch thoalichen Abscheidt, der würdigen vnd wolgebohrnen IACOBENN, *gebohrnen Gräfinnen von* Tecklenburg, *die* Abtey *unsers* Weitlichen Stiffts Closters zu Borchorst *erlediget. Alse das, durch* einhellige *beschene* Wahl der Probstinnen *vnd anderer* Canonissen *vnd Canonichen daselbst, die auch würdige und Wohlgebohrne* CATHARINA, *geborne Gräfin zu* Limburgh und Styrumb, Canonissa *des Weltlichen Stiffts zu Sanckt* Reuilien, *oder zu den* Elventhausend Iungfrauen zu Cölln am Rein, *wiederumb zu einer Ebtissin* erkoren *vnd verordnet ist, laut vnß furgebrachten* auscultirten Copei, *vollenzogener* Election. *Wann nu ietztbemelte Gräffinn von* Limburg vnd Styrum, *eins ziemlichen gutten* alters, *auch vnnß berumet ist, daß sie zu Verwaltung solcher* Abdeyen *und Prelatur* dienlich *vnd* bequem, *vnd in erhaltung guts Regiments vnd christlilhs Wesens wohlgeübt. Derhalben denn wir, als der* ordinarius dis Orts, dieselb Election nit wiederrathen *megen, sondern darinn gehellet, auch gerne sehen wolten, das die* vollkommene Würckung *daruff erfolgte.* Demnach ersuchen wir E. L. (*als die* von Alters her die Bestettigung *vber diese* Election, *wie wir bericht,* haben soll) *hiermit freundlich begerendt; Sie angeregte* Wahl und Chur approbiren *vnd*

vnd die Erwelte *ietzige* Ebtiſſin, ihres Amts und prelatur halben, *als Chriſtlich Herkommen*, beſtätigen wollen, *auch ſich ſonſt genediglich vnd ziemlich diſſfals gegen ſie erzeigen. Wie E. L. vernünfftiglich ſelbſt zuthun wiſſen. Vnd ſeind wir ſolches umb dieſelb freundlichs Fleiſſ, mit unſern angenehmen Dienſten, zu beſchulden gantz geneigt, geben zu* Ahaus am 19. Ianuarii anno. 1564. eam confirmari Datum Ahaus 1564.

BERNHARDT *von Gottes Gnaden* Erwelter *vnd* beſtettigter *des Stiffts* Münſter

NVM. LXXXVI.

ERICI, regis DANIAE, EXPECTATIVA, conceſſa fratribus de PVDBVS, inſularum WITTOWE & IARSMVNDE, quas princeps, *Rugiae* poſſedit nexu clientelari a *Daniae* regno, an. 1336.

OMnibus, praeſens ſcriptum cernentibus, ERICVS, *Dei gratia*, DANORVM *Slauorumque Rex, ſalutem in Domino ſemptiternam.* Notum facimus vniuerſis, quod nos, ſano ducti conſilio noſtrorum fidelium conſiliariorum, deliberatione ſufficienti adhibita, rite & rationabiliter, iure hereditario dimiſimus, contulimus & porre- ERICVS Rex Daniae an. 1300. expectatiuam largitur.

illis de *Budbus* & *Güstouen* insularum 1) Wittowe 2) Iarzmunde,

ximus famosis *militibus*, nobis sincere dilectis, *Pridboro*, *Nicolao & Thezen*, *fratribus* de PVDBVZK dictis & *Iohanni de* GVSTOWEN ac eorum veris heredibus, insulas videlicet WITTOWE & IARZMVNDE dictas, cum omnibus distinctionibus & pertinentibus & cum omni *iure & iudicio*, cum *vasallatu & homagio* vasallorum atque subditorum, cum *pecunia & decimis*, quae dantur de *moneta &* cum iure *patronatus* Ecclesiarum & generaliter cum omni fructu & vtilitate, sicut ipsas *Princeps Magnificus*, *Dominus* WIZLAF, RVIIANORVM *Princeps &* sui progenitores hactenus in longitudine & latitudine tenuerunt & possederunt: ita, quod praedicte *insule*, cum omnibus pertinentiis, vt permittitur, *iure hereditario* ad heredes & successores, a *progenie* in progeniem predictorum *militum*, deuolui perpetuo poterunt & debent, si idem Dominus WIZLAVVS, *Ruiianorum Princeps*, absque *prole, herede legitimo*, moritur; quando ipsius terra ad nos & ad successores nostros, Reges DACIAE, fuit deuoluta.

WIZLAVO principe Rugiae mortuo

Pro quibus insulis & pertinentibus earundem *milites &* eorum heredes, perpetuis temporibus, nobis & Regno DACIE, cum DECEM DEXTRARIIS expeditis, *seruire* tenebuntur: nec aliquid proprietatis in ipsis insulis, preter *seruitium* predictum, obtinebimus, quoquo modo. Insuper ipsi, cum omnibus *amicis* suis & aliis, quos ad hoc *allicere poterunt*, vbi cum honore facere possunt, commodis, proficuis & honori nostro & regni *Dacie* feliciter & fideliter intendere debent, totis viribus & toto posse.

subeliente la X. *dextrariorum.*

posse. TESTES huius sunt HINRICVS, Deigratia, Dominus MAGNOPOLENSIS & STARGARDII, Vir *nobilis*; item MILITES Iohannes de *Cernyn*; Nicolaus *Hertogi* s. *Camerarius* noster; *Iagho Akes* s. *Marescalkus* noster; Conradus de *Oremonn* & Hermannus de *Oerze*, *milites* & plures alii fide digni. In omnium tamen premissorum testimonium &, ne scriptum nostrum a quoquam nostrorum successorum infringatur, presentem literam conscribi fecimus & *sigillo* nostro *sigillari*. *Datum* & *actum* in Castro NICOPINGEH. Anno *Domini* M CCC. nono, Sabatho post Martini. Et nos Frater Hermannus, Abbas in *Hiddensee*, Cestertiensis ordinis, Frater Thidicus, Prior Fartrum Predicatorum in *Sundis* & Frater Nicolaus, Gardianus Fratrum Minorum ibidem, supradictam literam collationis prefati Domini ERICI *Regis* DACIE, bone memorie, non rasam, non cancellatam, nec in aliqua sui parte viciatam, sed cum vero suo *sigillo* appenso sigillatam, vidimus & diligenter examinauimus; quod nostris *sigillis* presentibus protestamur. *Datum* in SVNDIS. Anno Domini M. CCC. Tricesimo VI. Festo beati Petri ad vincula.

TESTES. Dominus 1) *Mecklenburgensis* 2) *Stargardiae.* Officiales 1) aulici 2) milites.

Datum & actum 1300. Transumtum 1334.

Datum In *Sundis.*

NVM. LXXXVII.

Ioan de PLATEN vendit coenobio *Ierichowiensi* villam *Galbe* cum omnibus accessoriis an. 1298.

Quanto

Scripturae in contractibus necessariae

ad memoriam piorum locorum.

QVanto temporis *malicia crescit* euidentius, quantoque ad opprimendum pauperos violentia fortius inualescit; tanto magis necessario requiritur & oportet, vt ea, quae ad subsidia necessitatis *Deo famulantium*, sacris Ecclesiis deputantur, siue *donationis*, siue *emtionis* titulo transeant ad easdem, ordinatissime & diligentissime tam *modernis*, quam posteris nota fiant, vt auferatur *modernis* occasio reclamandi & nihilominus calumniandi materia posteris subtrahatur. Hinc est, quod nos *Iohannes dict. de* PLATE Sanctae Magdeburgensis Ecclesiae *ministerialis*, filius sororis, nobilis Hermanni dicti de WERBERGE, cum vera *protestatione*, recognoscimus. Quod nos prepolito, priori, & conuentui monasterii IERICHAVTINI vendidimus villam *Galme*, pro *sexaginta* quinque marcis *Brandenburgens. argenti*, quas nos recepisse in *ponderata pecunia*, confitemur, dictam autem villam in ipsos transtulimus, cum omnibus suis *pertinentiis*, *pratis*, *pascuis*, *syluis*, *nemoribus*, *viis & inuiis*, *molendinis* constructis & construendis, *agris cultis & incultis & iuribus* vniuersis, metis, & limitibus, prout hactenus dicta villa in dictis *metis & limitibus*, a nobis & a nostris *progenitoribus* seu aliis possessoribus quibuscunque, *rationabiliter* est *possessa*, absque *precariis*, & *exactionibus*, *angariis & parangariis & seruitiis* ordinariis & *extraordinariis*, pure *liberaliter* & in perpetuum possidendam, ipsosque in possessionem vel quasi dictae villae & *iurium* praedictorum, nomine dicti *monasterii*, induci

Ioan. de PLATE ecclesiae ministerialis. protestatio, i. e. confessio. coenobio Ierichautino uendit villam Galme. pro 65. marcis argenti Brandenbug. pecuniae ponderatae. Quae pertinentiae. molendi uanoua precariae, parangariae

induci fecimus *corporalem* ipſam illam, coram domino Magdeburgenſi *archiepiſcopo* & illuſtribus *ducibus Brunſuicenſibus*, a quibus ſaepe dictam villam, in FOEDO habuimus, ad vſus eccleſiae ſuperius nominatae, nos recognoſcimus reſignaſſe. Inſuper promiſimus, quod eandem nos eccleſiam *Ierichautinam* & ipſius honores contra quemlibet *inuaſorem, moleſtatorem*, defenſare ac tueri volumus, quocunque modo poterimus, bona fide. Vt igitur & veritas huius venditionis luce clarius ad omnem notitiam deferatur; praeſens *priuilegium* conſcribi fecimus & ad *euidentiam veritatis, ſigilli*, noſtri munimine corroborari. *Teſtes* huius rei ſunt & huic *facto interfuerunt*, dominus Iohannes, *praepoſitus* in Ierichau. Dominus Iohannes, dictus de *Weſterhauſen*, canonicus ibidem. Geuehardus *dominus* de *Plate*, filius Domini Bonerhardi de Plate. Dominus Henricus de *Stendel*. Dominus Henricus de *Barbi*. Dominus Henricus de *Callendorp*. Dominus Henricus dictus de *Gladau*. Dominus Henningus dictus de *Katte* milites & plures alii fide digni. *Acta* ſunt haec in caſtro *Plate*. Anno Incarnationis dominicae MCC. nonageſimo octauo, in die ſancti Bartholomei apoſtoli.

Vt feudum Magdeburgenſe & Brunſuicenſe. — *Cum defenſione* coenobii adu. — *Moleſtatores.* — *Priuilegium* pro contractu. — Teſtes praepoſitus de *Werterſhauſen*, de *Plate*, *Stendel*, *Barbi*, *Callendorp*, *Gladau*, *Katte*. — *Acta* in *Plate* 1298

NVM. LXXXVIII.

Conrad & *Ioan. de* PLATE vendunt coenobio IERICHOVIENSI quaedam iura, *angeſelle*, & ſuam in villa partem an. 1285.

Quanto

Prooemium vulgare, de causis *scripturae* in contractibus cum ECCLESIIS. Pro *modernis* & posteris temporibus. Inde *venditio* de PLATE, cum vera *protestatione* i. e. confessione, coenobio de *Ierichau*. Deo *famulantibus*, iure hereditario s. successorio *angefelle*. Pro 5. marcis Brandenburgensibus, coram duce *Brunsuicensi*, feudi domino. Fide *sigilli*. *Testes* canonicus, domini, milites.

QVanto temporis *malitia* crescit euidentius, quantoque ad opprimendum pauperes violentia fortius inualescit, tanto magis necessario requiritur & oportet, vt ea, quae, ad *subsidia necessitatis Deo famulantium*, sacris ecclesiis, deputantur, siue donationis siue emptionis titulo transeant ad easdem, ordinatissime & diligentissime, tam *modernis*, quam *posteris*, nota fiant, vt auferatur modernis occasio reclamandi, & nihilominus calumniandi materia posteris subtrahatur. Hinc est, quod nos Iohannes Conradus & Iohannes dicti de PLATE, cum vera *protestatione*, recognoscimus & fatemur, quod nos beatae Mariae Virgini & beato Nicolao in *Ierichau*, ad vsus dominorum, ibidem *Deo famulantium*, vendidimus, quicquid iure *haereditario* siue modo *successorio*, quod dicitur in teutonico *angefel*, vel nobis de villa, quae dicitur *Galme*, contingere potuerit in futuro, pro *quinque Marcis argenti Brandenburgens.* quas nobis integre recognoscimus *persolutas*, insuper promisimus hanc nostrae venditionis *seriem*, coram illustri duce BRVNSVICENSI firmiter & simpliciter confiteri. Vt igitur veritas huius rei ad omnem notitiam deferatur: praesens *priuilegium* conscribi fecimus & ad euidentiam veritatis *sigillorum* nostrorum munimine corroborauimus Huius rei testes sunt & huic *facto* interfuerunt. Honorabilis dominus praepositus in *Ierichau*, & dominus Albertus eiusdem ecclesiae *canonicus*. Dominus Iohannes de *Krakau*. Dominus Iohannes de *Werberg*. Dominus Iohannes de *Meindorff* & dominus Eberhardus de

Schep-

Schorenbecke, milites Zabellus & frater suus Degenardus de *Krakau*. Iohannes & Henricus de *Calendorff* & quam plures alii fide digni. Dat. Anno MCCLXXXV. Dat. 1285.

NVM. LXXXIX.

Henrici ducis BRVNSVICENSIS donatio, facta coenobio IERICHOV, XIV. mansorum an. 1296.

IN nomine Domini Amen. Nos, Dei gratia, *Henricus* de BRVNSVICK, recognoscimus, praesentibus publice protestantes, quod ob salutem & remedium *animae nostrae* ac *vxoris* nostrae dilectae, dominae Agnetis inclytae, *quatuordecim mansos*, sitos in villa *Galme*, quos huc vsque de *successione paterna* seu *haereditaria* habuimus, integraliter & cum vniuerso iure, tam in *syluis*, *campis*, *pascuis*, *aquis*, *viris religiosis*, domino *Praeposito* totique conuentui *monasterii beatae Mariae*, perpetuae *virginis* ac beati *Nicolai*, in IERICHAV, dimisimus perpetuo pacifice possidendos, accedente *consensu* omnium, quorum *consensus* erat merito requirendus. Adiicimus etiam, quod, post mortem nostram, dominus *praepositus* & conuentus ANNIVERSARIAM meam ac vxoris nostrae praedictae solenniter peragere, *annis singulis*, debeant, ac deuote. In cuius rei certitudinem praesens scriptum, *sigilli* nostri munimine corroboratum, ei monasterio concedendum

HENRICVS dux *Brunsuicensis* 1296.

Donat coenobio *Ierichau* XIV. *mansos*.

Consensu omnium, quorum interest,

sub onere *anniuersarii*.

Sigilli fide.

Testes de Campe dapifer; canonici; dum liberaliter duximus, ad cautelam huius rei donationis. Testes sunt Iordanus miles de *Campe*, DAPIFER Henrici inclyti Ducis Brunsuicensis, Arianus, *Notarius* eiusdem, Ioannes *Praepositus*, Albertus prior, Nicolaus *custos*, Andreas *Stendel*, eiusdem Ecclesiae Canonici; milites. de *militibus* Richardus de *Ierichau*, Henricus de *Stendel*, Ioannes de *Barbi*, Henricus de *Callendorp*, Henricus de *Krakau* & alii quam plures, fide digni. Actum Ierichauiae 1296. Datum & actum *Ierichau*. Anno Incarnationis Dni. M.CC.XCVI. in die Sancti Vincentii Leuitae.

NVM. XC.

ALBERTVS dux BRVNSVICENSIS promittit *warandiam* in venditis bonis coenobio An. 1296.

ALBERTVS D. BRVNSVICENSIS an. 1296. *warandiam* praestat in bonis emtis *Ierichaucensibus* *Datum* MAGDEB. 1296

DEi gratia nos ALBERTVS *Dux de Brunsuik*, tenore praesentium publice protestamur, quod bona nostra in villa, dicta Galme, praeposito, totique Capitulo in *Ierichau*, large contulimus ac ipsis *Warandiam* praestare volumus de dictis bonis, sine aliquo impedimento, quiete & libere possidenda, super quoque praesentem literam dedimus, *sigilli* nostri munimine corroboratam. Dat. *Magdeb.* Anno Domini M.CC. nonagesimo Sexto, in Die Abdon Martyris.

NVM.

NVM. XCI.

ERICI *archiep. Magdeburg.* cum consensu *capituli* confirmatio eorum, quae in villis *desertis* donata *Ierichouiensi* coenobio an. 1286.

ERICVS *Dei gratia, sancte Magdeburgensis Ecclesiae Archiepiscopus*, omnibus has literas inspecturis, salutem in eo, qui neminem vult perire. Ne ea, que geruntur in tempore, simul euanescant cum tempore: poni solent in *linguis testium & scripturarum testimonio perhennari.* Inde est, quod notum esse volumus vniuersis Christi fidelibus, tam presentis temporis quam futuri, quod nos, de totius consensu *nostri capituli*, monasterio sancti *Nicolai* in IERICHAV, has *villas desertas*, videlicet *Galme & Reberge*, liberaliter duximus conferendas, proprietatisque titulo in perpetuum possidendas. In cuius rei testimonium praesens scriptum nostro, nostrique *Capituli* sigillis fecimus communiri. *Testes* sunt, Dominus Burchardus de *Blanckenburgk* nostre Ecclesie Canonicus, clericus, Heideke de *Nigrip*, Hildebrandus de *Obisfeld*, Cunradus *Smuck Marschalcus*, milites, & quam plures alii fide digni. *Datum Magdeburg* Anno Domini M.CC.LXXXVI. In Idus Ianuarii, Pontificatus.

ERICVS archiepiscopus MAGDEBVRG. 1286. ponit in linguas testium & scripturarum, quod, cum consensu *capituli*, villae *desertae* sunt *donatae* coenobio *Ierichouiensi*. SIGILLVM 1) archiepiscopi 2) capituli. *Testes* de *Blanckenburg*, *Nigrip*, *Obisfeld*, Smuck. DATVM MAGDEBVRG. 1286.

NVM. XCII.

Fines regundi in CALME & eius vicinia.

GALME, CLEIZKE fl. eschnorth. *horst.*

ISte sunt *distinctiones campi silue Calme &* antique *ville Cleitzke*, primo a nouo flumine Eschuorth vsque ad antiquum flumen *Eschuorth*, inclusa quadam area, dicta *horst*, que pertinet ad *Galme*. Item ab antiquo flumine Eschuort ad angulum *praepositi* OTTONIS, ad fossam laci, que separat mediam partem *laci*, pertinet ad *Galme*, de dicta *lacu* exit fossa vsque ad alium locum, dicta *papenstich*, que fossa separat *Galme*, *Clitzke & Clitzke*, distinctiones ad finistram manum Galme remanebunt. Item magna *lacus capitalis*, *girans &* circuiens *Arnsuere* cum palude *Merlebruck &* vade *Sandtuort*, vsque ad terminos ville *Viriz*, facit communem distinctionem inter *Galme & Klitzke*. Item vna magna *lacus capitalis*, ex transuerso progrediens, facit distinctionem publicam inter *Viriz & Galme*, habens descensum & respectum vsque ad terminos Ville *Sollichau*, vbi est finis campi *Sollichau*. Item vna magna *lacus capitalis*, includens in se aream *Kunneckensrodt*, que lacus separat Galme et Solchau, cum media parte laci & dictus lacus exit vsque ad vadum papenstich, & idem lacus, fluens a vado *Papenstich*, circuit curiam Galme & aream dictam *Berendunck &* redit *& recurrit subtus montem, in lacum veteris fluminis Eschuorth.*

lacus separatus, papenstich. Arnsuere, Merlebruck, Sanduort, Viriz, *lacus capitalis*. Sollichau. Kunikenrod. Berendunck

NVM.

NVM. XCIII.

ADVOCATIAE *feudum*, ob infolentiam aduocati, reemit *Albertus*, cum promiſſo, ROSSENSIBVS facto, *de alio aduocato* eis non *praeficiendo* neque *aduocatiae feudum* alienando An. 1258.

ALBERTVS, *Dei gratia, maioris Eccleſie Praepoſitus Magdeburg.* Vniuerſis Chriſti fidelibus, hanc paginam inſpecturis, in perpetuum. Vigor equitatis & ordo poſtulat rationis, vt illis pacis & quietis, quantum poſſumus, remedium praeparemus, de quorum *afflictione* turbamur & quiete quieſcimus & fouemur. Cum igitur homines noſtri de villa ROSSEM, per importunas *ad uocatorum moleſtias*, attriti grauiter & afflicti, debitam nobis iam aliquot annis nondum potuerint exſoluere *penſionem*. Nos, tam ipſorum, quam noſtrum *damnum &* commune periculum remouere modis omnibus intendentes, *aduocatiam* dicte ville, quam *Helmoldus* de *Giwende, miles*, a nobis in *feudo* tenuit, datis ſibi *trecentis marcis* examinati *argenti*, *redemimus*, ipſos ab ipſius *iurisdictione*, quam hactenus in eos habuerat abſoluentes. Verum quia nobis, ad redemtionem huiuſmodi, competens de *ſuis facultatibus* ſubſidium contulerunt: Nos eis grata viciſſitudine reſpondere

ALBERTVS præpoſitus Magdeburg. auditis Roſſenſium querelis, aduerſus ADVOCATVM, Helmoldum militem, hoc *feudum aduocatiae* redimit pro 300. marcis, *examinati* argenti, cuius pretii partem praeſtant Roſſenſes.

Igitur cum *capituli* consensu liberat eos a *iurisdictione advocati*, exceptis *furti & homicidii* poenis. Addito pacto de *alio advocato* in posterum non praeficiendo neque aliénando *advocatiam*. Fides *sigillorum* eius & *capituli*. Datum *Magdeb.* 1258.

dere volentes, de approbatione totius nostri *Capituli* pariter *&* *consensu*, hanc gratiam duximus faciendam; vt deinceps, *alicuius aduocatie pretextu*, petitionibus, *exactionibus*, siue quibuslibet *seruitiis*, a nobis siue nostris successoribus, non greuentur, saluis *seruiciis* & iuribus, que alias nobis hactenus competebant in eos; sed ab *aduocatorum honore* sint soluti, *furti & causis sanguinis* duntaxat exceptis, quas coram *nobis* nostrisue *nunciis*, ad hoc missis, & accusare & agere tenebuntur, & cum, propter has iudicandas, nuncios nostros accedere continget ad ipsos, *expensas* hii, quorum causa agitur, illis eo tempore ministrabunt. Adicientes, quod *aduocatiam predictam* nos & qui tempore nobis extiterint successores, *infeudare* siue in *toto* siue in *parte*, vel ad tempus aliquod *obligare* vel alias *alienare nullatenus*, quicunque casus etiam ingruerit, debeamus. Et vt inposterum hec nostra gratia circa eos mutari nequeat aut infringi; sed potius rata semper & immobilis perseueret: presentem *literam* scribi iussimus, in *testimonium* super eo, *nostri & Capituli sigillorum* munimine roboratam. Datum MAGDEBVRG Anno Domini M.CCLVIII. VII. Kalend. Augusti.

NVM. XCIV.

De INVESTITVRA EPISCOPORVM, per Imperatores facienda, WALTHRAMI *Episcopi* NVENBVRGENSIS anno 1109. Libellus, ex veteri codice manuscripto desumptus.

LEO

LEO, *Constantini* filius, imperauit annis quinque in regno *Graecorum & Romanorum.* Post quem vxor eius *Hyrena*, filia Chaiani *Auarum*, id est *Hunnorum* Regis, cum filio suo Constantino, imperauit annis X. Verum *Constantinus* matrem suam *Hyrenen* imperio priuauit, solusque annis sex imperauit. *Hyrene* autem, super adempto sibi imperio, foemineo dolore abusa, Constantinum *filium suum* oculis & imperio priuauit & sola annis 6. imperauit. *Romani* autem, qui ab Imperatore Constantinopolitano iam animo desciuerant, propter tardum & infructuosum ipsius *auxilium* contra *tyrannos*, accepta occasionis opportunitate (quia mulier, excaecato Imperatore Constantino filio suo, imperabat) *vnanimi consensu, Carolo Magno Imperatorias Laudes* acclamarunt, eumque, per manus Leonis Papae, coronauerunt, Caesarem & Augustum appellantes.

GRAECIAE imperatores a quibus Roma aliena.

Inde CAROLI M.

Igitur ex quo *Byzantium*, Thraciae ciuitas, tertio a primo Constantino in nouam amplificata & in *Regiam* vrbem est exaltata, euolutis annis circiter CCCCLXVIII. diuiso a *Constantinopoli* Romano Imperio, *Carolus Magnus*, Rex Francorum, primus imperauit Romanis annos XIV. Et tunc a Graecis in *reges Francorum* translata est Imperatoria dignitas & *Adrianus Papa*, collaudantibus Romanis & plena *synodo, primatum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Ducum & Principum occlamante*, Carolo Magno, eiusque successoribus futuris Im-

& Francorum

Ius inuestiendi episcopos. peratoribus, sub anathemate, concessit *patriciatum Romanum* &, per se vel per nuncios suos, confirmationem in *electione*, vel in *consecratione Romani Pontificis* concessit & INVESTITVRAS EPISCOPORVM eis determinauit; vt non *consecretur* Episcopus, qui per Regem vel Imperatorem non *introierit* pure & integre: exceptis, quos *Papa Romanus inuestire* debet & consecrare, ex antiquo *dono Regum & Imperatorum*, cum aliis, quae vocantur *Regalia*, id est, a Regibus & Imperatoribus, Pontificibus Romanis data, in fundis & reditibus. In hac concessione continentur *Regales Abbatiae*, *Praepositurae*. Ex hoc constituto, *Carolus Magnus Aistulfum, Desiderium*, aliosque reges & tyrannos, caede, bello & exilio deleuit, qui fundos & bona Ecclesiae Romanae, aliorumque Ecclesiarum, inuaserant, omnia reddens libertati.

Alii *Reges & Imperatores*, *successores* Caroli Magni, DEFENSIONEM Romanae Ecclesiae & aliarum Ecclesiarum, timore Dei & charitate S. Petri, deuote prosecuti sunt, INVESTITVRAS EPISCOPORVM facientes, eorum consecrationibus, vel per se, vel per nuncios suos, assistentes, iuxta quod Paulus Apostolus ait ad Corinthios: Non primum quod spirituale, sed quod animale: deinde quod SPIRITVALE. *Magnus* enim *Gregorius Theoderico, Theodberto & Brunihildi* scribit, vt absque SYMONIA INVESTITVRAS EPISCOPORVM faciant. Hic etiam primus GREGORIVS non est consecratus, donec MAVRITII *Imperatoris* non interfuit assensus.

Sine tamen abusu Simoniae,

IOHAN-

IOHANNES *Papa Inuestituram* LEODIENSIS Episcopatus, quam *Carolus Rex* concesserat Richario, PRVMIENSI *Abbati*, plane confirmat & inuasionem *Hilduini*, per *Giselbertum* comitem de *Campremonte*, sub anathemate, damnat. *Papa* LEO primo OTTHONI, aliique plures Pontifices Romani idem confirmauerunt, sub anathemate, *Regibus & Imperatoribus*. Vnde mirum est, imo periculosum in salutem animarum, quod sancti antecessores, ex magna necessitate & potenti ratione, sub *anathemate confirmauerunt*: hoc, a tempore *Gregorii*, qui & *Hildebrandiis*, sub absolutionem immutatur.

Qui à primo *Constantino* gesta & decreta reuoluit, patenter inueniet, quod, per *Reges & Imperatores* & deuotos laicos, Romana Ecclesia, aliaeque in orbe terrarum Ecclesie, in *fundis & mobilibus, ditatae* & exaltatae sint, sibique *tutelas & defensiones*, contra tyrannos & raptores, retinuerint, vt *gladius regalis* & & stola *Petri* sibi inuicem subueniant, quasi *duo Cherubim*, conuersis vultibus respicientia in propitiatorium. *Duo Cherubim papa, imperator.*

Romani Pontifices, aliique praesules de rebus & *fundis*, per deuotos laicos & laicas acquisitis & a seculari protestate confirmatis, struxerunt & ornauerunt Ecclesias: &, a quibus acceperunt *gratiam*, non debent eis inferre *contumeliam*: & si de *Inuestituris* peccauerunt, exemplo primi Gregorii, exhibeantur. Quod Paulus dicit: Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina.

Ee 4. *Hiero-*

Hieronymus in Epistolis suis dicit: Quadringentos *Episcopos Imperiales* literae, ad *Synodum*, contraxerunt. In hoc *virtus Imperialis* egit, quod excommunicatio Pontificis agere non potuit, vt sine captione, sine damnatione, sine contumelia, tot Episcopi ierint & redierint. *Excommunicatio* quantum intelligitur & timetur, tantum *cauendo* vitatur: & punitio *corporalis* in vita vel in membris, in rebus vel in fundis, plures resipiscere facit ex *iustitia regali*.

De excommunicationis abusu.

Omni enim *Pontifici* summopere *cauendum* est, ex medulla scripturarum, ne quando ille *ligat* in terris, Deus soluat in cœlis, vel quando soluit in *terris*, Deus liget in *cœlis*. Hoc euenit ex illa gloria praelationis, nimiis motibus animorum, quando *succedentes pontifices praecedentium pontificum decreta & excommunicationes immutant & soluunt*. Vnde cum dominus IESVS, ipsa veritas, dicat: si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: mirum est & periculosum, in *Christi pusillos*, quod antiqua statuta, sub anathemate confirmata, *nouis immutationibus soluunt* & inde volunt reprehendi, obiicientes: *Romana iudicia non sunt retractanda*. Non videtur *pusillis Christi* canonicum & salutare, vt a tempore *Gregorii*, qui & *Hildebrandus*, ea *soluantur*, quae sub anathemate *confirmauerunt* SYLVESTER, LEO, ADRIANVS, *primus* GREGORIVS, LEO, BENEDICTVS, erga Reges & Imperatores, de *inuestiendis Episcopis* per illos, a quibus etiam a deuotis laicis & *fœminis*, *fundi* & alia mobilia Ecclesiis Domini in orbe terrarum prouenerunt, sibique *tutelas* & *defensiones* rerum Eccle-

Ecclesiasticarum retinuerunt, contra tyrannos & raptores. Si in *successione* quisque soluit, quod praedecessio sub anathemate confirmauit: ecce oritur confusio pusillis Christi, cui parti potius assentiendum sit, *antiquae, an nouae?* Pars ANTIQVA, in *paupertate mediocri* & honesta, arguit, obsecrauit, in *patientia & doctrina* & parcendo, iustitiae maiores & inferiores personas ad correctionem adduxit. NOVA autem pars, ex votis *fidelium* insolescens, sub *specie religionis*, omnia trahit ad se, manibus expansis. Cum Dominus dicat: *Reddite Caesari, quae sunt Caesaris: & Deo, quae sunt Dei.* GREGORIVS, AVGVSTINVS, AMBROSIVS, ea quae sunt *data Ecclesiis, a seculari potestate, &* confirmata, testantur, potius a *seculari potestate* retinenda.

Legitur etiam, de *Episcopis* HISPANIAE, SCOTIAE, ANGLIAE, VNGARIAE, quomodo ex antiqua institutione, vsque ad *modernam nouitatem*, per *Reges introierint*, cum pace temporalium pure & integre. Qui pacifice solicitus est, reuoluat *vitas patrum & historias* legat & intelligat. Sed *Episcopatus*, qui sub *Romano* degunt *imperio*, *maioribus fundis & amplioribus vigent iustitiis*; & ideo, propter maius scandalum, a *Stola Petri* disertius tractandi sunt: quia non omnes sunt *Petrus*, qui tenent *sedem Petri*, sicut Scribae & Pharisaei, qui sederunt super Cathedram *Mosis*, non omnes fuerunt *Moyses*. Elatio enim ex praelatione & indiscretio ex correctione, pariunt scandalum in confusionem & fit manifeste illud, quod Dominus in Euangelio dicit; Vos Scribae & Pharisaei circumitis mare & aridam,

***Reges* peregrini suos episcopo nominant.**

vt faciatis vnum profelytum &, cum inueneritis, faciatis filium *gehennae*, duplo magis, quam vos.

Regum *Galliae* **exempla**

Longe etiam ante decretum ADRIANI *Papae*, eiusque succefforum, *Reges*, qui erant VNCTI, & maiores domus, *iuuestituras* Episcoporum fecerunt: scilicet *Dagobertus, Theodoricus, Hildricus, Pipinus*, filius *Beggae* maior domus, *Theobertus*. Ab his *inthronisati* sunt *Remachus, Amandus, Andomarus, Antpertus, Eligius, Lampertus*, aliique sanctiffimi Praesules: cum *Reges* isti in moribus suis satis fuerint notabiles et, solo *nomine Regum*, per *maiores domus* viuebant. Postquam autem *Romani*, ingruentibus vicinis et grauibus bellis, *desciuerunt a Graecis Imperatoribus*, ex causis supradictis: Papa STEPHANVS, ob infestationem *Longobardorum*, venit *Parisios &, assensu Romanorum & Francorum*, in Regem et Imperatorem vnxit PIPINVM, filium *Caroli Martelli*, nati ex *Aspaide* (alii legunt Alphaide) propter quam, ex pellicatu increpatam, *Pontifex Lambertus* martyr factus est. *Vnxit* etiam idem *Pontifex Stephanus*, filios eiusdem Pipini: *Carolum*, qui agnominatus est *Magnus* et *Carolomannum* fratrem eius, confirmans stirpem eorum in Regia et *Imperatoria dignitate*. Ibi de *inuestiendis Episcopis* per Reges, antiquam consuetudinem confirmauit.

Symbola inuestiturarum promiscua.

Ex horum collectione pure et intergre seruanda est antiqua constitutio, ne *pusilli Christi scandalizentur*. Nihil enim refert, siue *verbo*, siue *praecepto*, siue *baculo*, siue alia re, quam in manu tenuerit, *inuestiat* aut *inthronizet*

nizet

nizet Rex & Imperator episcopum, quo die *consecrationis* veniens, *annulum & baculum ponit super altare & in curam pastoralem* singula accipit a stola & authoritate S. Petri. Sed congruum magis est per BACVLVM, qui est duplex: id est, *temporalis & spiritualis.* Operarius enim in seminandis spiritualibus, dignus est mercede sua, non in accipiendis *temporalibus*, iuxta quod Paulus ait: si *spiritualia* vobis seminamus, non est magnum, si *carnalia*, id est, *temporalia* a vobis metamus. *Praecedens inuestitura per regem,* in fundis & rebus ecclesiae, contra tyrannos & raptores, quieta & pacifica reddit omnia. *annulus & baculus.*

Sequitur autem *consecratio*, vt *bannus episcopalis, banno regali* conueniens, in communem salutem operetur. Et si episcopis fauendum est regibus: *homagium & sacramentum* de *regalibus apertius est* ante consecrationem: cum Paulus apostolus dicat: vnus quisque in suo sensu abundet. Omnia diuina & ecclesiastica, per magistros ecclesiarum, ad pacem & quietem Christi pusillorum, tendere debent. Legitur enim in *libris regum & Machabaeorum*, quod a *Regibus, Iudaeis* & gentilibus, *sacerdotes inuestituras* accipiunt in *Iudaismo.* *Consecratio alius generis, homagio saluo.*

A Petro autem vsque ad *Syluestrum*, qui *Constantinum* baptizauit, *imperatores Romani* erant GENTILES & Christianorum persecutores & in *fundis* & in *rebus* ecclesiasticis, *pauperes erant ecclesiae:* & a *timoratis Christianis,* qui tunc pauci erant Romae & alibi, constituebantur episcopi. Postquam autem, a *Syluestro*, per *Christianos reges* & imperatores *dotatae,* *Diuitiae episcopatuum.*

tatae, *ditatae & exaltatae* sunt ecclesiae, in *fundis* & aliis *mobilibus* & iura ciuitatum, in *teloneis, monetis, villicis & scabinis, comitatibus, aduocatiis, synodalibus bannis*, per reges delegata sunt episcopis: congruum fuit & consequens, vt *rex*, qui vnus est in populo & caput populi, *inuestiat* & inthronizet episcopum & contra irruptionem hostium sciat; cui, ciuitatem suam credat, cum ius suum in domum illarum transtulerit.

Egestas episcopi.

Primus *Gregorius* conqueritur dolendo, de *quodam episcopo*, qui adeo pauper erat, vt de *episcopatu* suo, contra *frigus, hyemalem vestem habere non* posset. A tali episcopo, forsitan sancto, non *erat* regi necessarium, *exigere homagium*, sacramentum, obsides. Ex hoc, vt sunt consuetudines in regnis per orbem terrarum de episcopis *inuestiendis*, seruanda sunt antiqua iura.

Papa more *maiorum* viuat.

Sicut enim primus *Gregorius* dicit: si voluissem, hodie gens *Longobardorum* nec regem nec duces haberet: & quia Deum timui, in alicuius sanguinem me miscere nolui: ita successores ipsius Gregorii cauere debent scandalum, ne *contristent* vaniter *reges in suis antiquis moribus*. Per quorum antecessores caput & membra exaltata & confirmata sunt. Sed, iuxta Paulum, a pontifice Romano & regibus omnia fiant in charitate & humilitate, remotis superbia & contentione. Quapropter apud *Pontifices & Reges* fiant ecclesiastica pure & integre. Quia dominus Iesus dicit: si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: id est, si intentio bona est & opus bonum est. Si Romani ponti-

pontifices intendunt, *regibus auferre* antiqua iura, de *inuestiendis* episcopis: timent, dubitant, dolent pusilli Christi. Reges enim, si in *episcoporum inuestituris excesserint, possunt a timoratis viris & pontifice Romano argui & ad rectam correctionis lineam reduci:* si autem in promotione & *consecratione* episcoporum, *pontifex* Romanus *exorbitauerit* &, sub verbo summae praelationis, ad voluntatem suam egerit; *non vult vt reprehendatur.* Cum dominus Iesus se reprehendi concesserit, dicens, si male locutus sum: testimonium perhibe de malo &c. Isti autem inquiunt: *summus pontifex a nemine iudicetur.* Et si ab illa summa authoritate, sub specie religionis, introducuntur personae contra oculos Dei: ecce periculum est in capite & in membris, id est, qui scienter operantur & scienter cooperantur. Vnde Dominus Iesus hypocrisin & auaritiam & cupiditatem sacerdotum in euangeliis super omnia arguit, vocans illos *sepulchra dealbata* & peccatum mulieris adulterae misericorditer suscipit & tria genera eunuchorum humane definit, proque se & *pro Petro tributum soluit; regibus iubet debita, reddi. Petrus, Paulus,* aliique in orbe terrarum viri sanctissimi, concedunt in sententiam Domini nostri Iesu Christi, qui omnibus dixit: beati pacifici, quoniam regnum Dei possidebunt.

Retrahat reges ab omni abusu.

Papa non vult iudicari.

Sunt autem pacifici, qui ex *conten ione, arrogantia, cupiditate,* ex nimiis motibus animarum, non mouent, non adinueniunt commutationes, contra *antiqua iura,* propter pacem constituta, maxime propter *potesta-*

tes

tes ſuperiores: in quarum pace (iuxta Paulum) tranquillam agere vitam debemus.

Papae iudex imperator.

Notandum eſt autem pontificibus Romanis & eorum ciuibus, quando orta fuit diuiſio in *electione pontificum, vel in communione ciuium:* non eſt pax reſtituta, niſi per *Graecos imperatores*, quamdiu imperium ibi fuit: vel per *Francos imperatores*, ex quo *imperium Romanorum* datum eſt eis. Et quidem Graeci imperatores Chriſtiani quoſdam Romanos pontifices, viros ſanctiſſimos, vsque ad *exilium & mortem* immiſericorditer tractauerunt: ſicut legitur de Agapito & de Iohanne. Imperatores autem ex Francis honeſte & pie deduxerunt: ſicut legitur de Stephano & Leone excoecato.

De diuiſione populi & cleri, in *electione pontificis* Romani, compreſſa, per Honorium Auguſtum, ex Graecis, ita legitur: Bonifacius XL. Romanorum praeſedit eccleſiae. Contra hunc Bonifacium, ordinato *Eulalio* & per hoc diffidente *eccleſia*, ambo, iuſſu *Honorii Auguſti*, ab vrbe egrediuntur: & ſic reprobato Eulalio, iuſſu Auguſti, Bonifacius, quia prior ordinatus fuerat, ſedi apoſtolicae reſtituitur.

Electio penes clerum & populum.

De diuiſione *Romanorum* ciuium, in *electione* pontificum, per imperatores ex Francis, annihilata, ita legitur: *Otho primus* Ioannem, quem Adelbertus pontificem conſtituerat, iudicio *canonico deponi fecit & Leonem ordinari fecit*. Et iſte Ioannes, ſe cum vxore cuiusdam oblectans, a diabolo percuſſus eſt ac ſine viatico mortuus. Poſt reditum Othonis, Romani, ex ambitione, quendam Benedictum

dictum superposuerunt. Imperator rediens, obsessa Roma, Romanos caede & fame adeo afflixit, vt *Leonem Papam* se recepturos, promitterent & iurarent. Benedictus, reiectus, non solum papatu, sed etiam sacerdotio a Leone exordinatur.

Idem Benedictus, *simoniace* papatu Romano inuaso, cum esset *rudis literarum*, alterum, ad vices Ecclesiastici officii exequendas, secum papam consecrari fecit: quod cum multis non placeret, tertius superducitur, qui vices duorum expleret Romae.

Vno itaque contra duos & duobus contra vnum de papatu altercantibus, *Rex Henricus*, Conradi F. contra eos *Romam venit* &, eis, Canonica & Imperiali censura, depositis, Schwigerum, *Babenbergensem* Episcopum, Papam fecit, qui & Clemens Romanae Ecclesiae CXLVI. vocatus est. Et vicissim ab eo Rex Henricus in Imperatorem benedictus est, iurantibus Romanis, se, sine eius consensu eiusque successorum, nunquam Papam electuros. *aemuli plurium.*

Igitur haec scandala pastores animarum cauere debent, coram Domino ambulantes in vera simplitate, propter Christi pusillos. Ex quo, cum imperium Romanorum Carolo Magno acclamatum est, sunt anni CCCIX. Est autem annus praesens M.CIX. quando vltimum Pascha fuit ab Incarnatione Domini, secundum cyclum Dionysii. An. 1109.

F I N I S.

Hic

Adprobatio *vindiciarum* pro *inuestitura* episcoporum.

HIc audis prolixe, tum ex *historiis & consuetudinibus*, tum & ex rationibus probari, quod, merito ac iure, *Inuestiturae Episcopatum ad Principes & Reges* pertineant, sub quorum dominio Episcopatus sunt: eoque iniustissime facere *Papam*, qui eos, contra omnia iura ac *veterem morem & priuilegia* Principum ac Regum, ad sese rapiat. Haec igitur tractatio quoque merito ad *priuilegiorum titulum* adscribitur. Sunt vero ob hasce controuersias postea ingentia *bella* mota, & plane infinitus Christianorum sanguis, praesertim *Germanorum*, effusus, vt postea indicabitur &, omnes pene historiae testantur.

NVM. XCV.

CONCORDATA NATIONIS GERMANICAE CVM PAPA MARTINO V. an.1418.

EXEMPLVM, EX AVTHENTICO TABVLARII PONTIFICIALIS DESCRIPTVM, CVRA IVSSVQVE IOANNIS CARDINALIS OSTIENSIS VICECANCELLARII, IN VSVM ECCLESIAE MAGDEBVRGENSIS.

OSTIENSIS Cardinalis.

VNiuersis & singulis IOHANNES, miseratione diuina *Episcopus* OSTIENSIS: sanctae *Romane Ecclesie* CARDINALIS & VICE-CANCEL-

CANCELLARIVS. Salutem in Domino & presentibus fidem indubiam adhibere. Si, iuxta laudabilem *antiquorum* sententiam & prouidum sapientum consilium, dignum est, ea, quæ maiorum (a) consultissima *prouidentia*, in SVBDITORVM gratiam & commoda geruntur, *scripture testimonio* redigere: dignum per consequens est & rationi consentaneum: vt *adeo* nota fiat eorum veritas, quod inde nec desit pacificis oportuna prouisio, nec vsquam peruersis, sub ignorantia, *variandi* supina facultas relinquatur.

Communicat CONCORDATA ex archiuo. *Scripturae* vtilitas in *pactis*

§. 2. Cum itaque *nuper* inter sanctissimum in Christo patrem, Dominum nostrum, Dominum MARTINVM diuina prouidentia *papam* V. & reuerendos patres *prælatos* nec non egregios & circumspectos *viros, Ambassiatores Procuratores, Doctores & Magistros* ceterosque, venerabilem NATIONEM GERMANICAM in generali *Constantiensi Concilio representantes &* facientes, nonnulla CAPITVLA CONCORDATA ab vtraque parte, sponte suscepta, nec non de dicti Domini nostri *pape* mandato, in libro *Cancellariae sancte Romane Ecclesiae*, in quo Romanorum *Pontificum* CONSTITVTIONES & ORDINATIONES solent conscribi, ad futuram rei *certitudinem*, nobis operam dante, prout ad nostrum spectat *officium*, die quintadecima men-

Nuper CONPACTATA Cum MARTINO V. 1418. Cum *prælatis* Germaniæ.

Edidit quidem hæc concordata iam LEIBNITZIVS in *Cod. iur. gent. P. I. p.* 384. non defuisse tamen nobis caussae, quin ea hic iterum exponeremus publicæ luci *castigata* magis atque correcta, docebunt *variantes lectiones*, quas adiecimus inter margine infima.

(a) Leibn edit. *maiorem*.

Mense *Aprili* in audientia *contradictorum*

sis *Aprilis*, Pontificatus dicti Domini nostri pape *anno primo*, conscripta fuerunt ac de simili *mandato in audientia contradictorum*, die secunda Mensis *Maii*, *anno*, quo supra, lecta & publicata. Adiecto quod, sub nostrarum *litterarum* testimonio, indigens quisque sibi *testimonium* sumere valeat, in toto vel in *ea parte*, qua *indiguerit* earundem. Nos, ad reuerendi in Christo patris, Domini GVNTHERI, *Archiepiscopi ac præpositi, decani & capituli Ecclesie Magdeb. instantiam*, capitula huiusmodi, sicut prefertur, CONCORDATA & *sponte* suscepta, *ex integro*, ex (b) *Libro* prædicto de *verbo ad verbum* fideliter conscribi & præsentibus *annotari*, fecimus, quorum tenor sequitur in hunc modum.

Rogatione GVNTHERI archiepiscopi M. quae sponte *suscepta*

CAP. I.

DE NVMERO & QVALITATE CARDINALIVM.

Sequuntur VERBA ipsa *concordatorum* MARTINI V. papae. 1418.

DE *numero & qualitate Cardinalium statuimus*, vt deinceps numerus Cardinalium sancte Romanae Ecclesie adeo sit *moderatus*, *quo* non sit *grauis ecclesie*, qui de omnibus *partibus Christianitatis* proportionabiliter, quantum fieri poterit, assumantur, vt notitia causarum & negotiorum, in ecclesia emergentium, facilius haberi possit & equalitas regionum in honoribus ecclesiasticis obseruetur, sic tamen, quod numerum

(b) deest vocula *ex* in edit. Leibn.

merum XXIIII. non excedant, nisi pro *honoor nationum*, quæ Cardinales non habent, vnus vel duo pro semel, de consilio & consensu Cardinalium, assumendi viderentur. Sint *viri*, in *scientia*, moribus & rerum *experientia*, *excellentes*, *doctores* in theologia aut in iure *canonico* vel *ciuili*, preter admodum paucos, qui de stirpe *regia* vel *ducali* aut magni *principis* oriundi existant. In quibus competens *litteratura sufficiat*; non fratres aut *nepotes* ex fratre vel sorore alicuius Cardinalis viuentis; nec de vno ordine *mendicancium* vltra vnum; non corpore *viciati* nec alicuius criminis vel *infamie* nota respersi; nec fiat eorum electio per *auricula vota* solummodo; sed etiam cum consilio *cardinalium collegialiter*. Sicut in promotione Episcoporum fieri consueuit. Qui modus etiam obseruetur, quando aliquis ex cardinalibus in Episcopum assumetur.

Numeri *cardinalium* definiti ne *ecclesiis* graues. Sint plerique *doctores*, praeter illos, qui *regalis* aut *principalis* stirpis. Nullius *cognationis* cum aliis. Electio non *auricularis*, sed *collegialis*.

CAP. II.

De *prouisionibus Ecclesiarum*, *monasteriorum*, *prioratuum*, *dignitatum* & aliorum Beneficiorum.

SAnctissimus Dominus noster papa MARTINVS V. super *prouisionibus ecclesiarum*, *monasteriorum*, *beneficiorum* quorumcunque

Prouisiones fiant secundum *iura* scripta.

Capitulorum *ex ecrabilis, & ad regimen,* BENEDICTI XII. constitutio an. 1335.

cunque, vtetur reseruationibus iuris scripti & constitionum (a) EXCRABILIS & AD REGIMEN, *modificate* (b) vt sequitur. AD REGIMEN ECCLESIE *generalis*, quamquam inmeriti supprema dispositione vocati, gerimus in nostris desideriis, vt debemus, quod, per nostre diligencie studium, ad quarumlibet ecclesiarum & monasteriorum regimina & alia ecclesiastica beneficia, iuxta diuinum beneplacitum & nostre intentionis affectum, *viri assumantur idonei*, qui presint & prosint committendis eis *ecclesiis, monasteriis & beneficiis prælibatis. Præmissorum* namque consideratione inducti & suadentibus nobis *rationabilibus causis, nonnullorum praedecessorum* nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis inherentes, *omnes* PATRIARCHALES, ARCHIEPISCOPALES, EPISCOPALES *ecclesias*, MONASTERIA, PRIORATVS, DIGNITATES, PERSONATVS & OFFICIA necnon *canonicatus* & *præbendas* ac *ecclesias* ceteraque beneficia ecclesiastica, *cum cura* vel *sine cura, regularia & secularia*, quaecunque aut qualiacunque fuerint, etiamsi ad illa persone consueuerint seu debuerint per electionem seu quemuis alium modum assumi, *nunc apud sedem apostolicam* quocunque modo vacantia & inposterum vacatura, nec non per *depositionem* vel *priuationem* seu *trans-*

qua arrogat sibi pontifex.

prouisionem omnium ecclesiarum & beneficiorum, siquidem vacarint 1) *apud sedem apostolicam.* 2) per depositionem

a) Leibnitiana editio habet *ex constitutione.*

b) Leibnit. edit. *modificatæ*. Caeterum hae ipsae *modificationes* causam nobis dare visæ sunt, vt locum hic non inuideremus huic *Benedicti* XII. constitutioni. Licet habeatur iam inter *extrauagant. com. tit. de praebendis.*

translationem (d) per nos seu auctoritate nostra factas (e) & in antea faciendis, vbilibet; nec non ad que aliqui in *concordia seu discordia* electi vel postulati fuerint, quorum electio *cassata seu postulatio repulsa*; vel per eos facta *renunciatio* & admissa auctoritate nostra extiterit seu quorum electorum, postulatorum & inantea *eligendorum seu postulandorum electionem cassari vel postulationem repelli aut renunciationem* admitti, *per nos vel auctoritate nostra*, contigerit, apud sedem predictam, vel alibi vbicunque & etiam *per obitum cardinalium eiusdem ecclesie Romane ac officiariorum dicte sedis*, quam diu ipsa officia actualiter tenebunt, videlicet VICECANCELLARII (f), CAMERARII, VII. NOTARIORVM (g), AVDITO-

3) translationem.
4) electione cassata.
5) postulatione repulsa.
6) renunciatione.
8) obitu cardinalium vel officiariorum Eccles. Rom. qui ea tenuerunt.

Ff 3

d) Vulg. edit. *aut muneris consecrationis suspensionem per felicis recordationis Ioannem. Pp XXII. praedecessorem nostrum seu eius auctoritate factas & per nos.* Scilicet cum suam faciat hanc *Benedicti XII.* constitutionem MARTINVS V. sub certis *modificationibus*: non quadrat mentio *Iohannis* XXII. qui antecessor fuerat *Benedicto*. Est itaque perpetua haec vulgatae editionis ab hac nostra differentia; quod de *suis* tantummodo factis sermo sit MARTINO, non *antecessorum*. Quod semel annotasse sufficiat.

(e) deest in edit. vulg. *factas.*

(f) in vulgat. edit. Camerarii munus præponitur *vicecancellario.*

(g) in vulg. edit. nulla est numeri definitio in' *notariis*, *auditoribus*, cæterisque, qui sequuntur, *officialibus.* Atque hæc est primaria *modificatio* constitutionis BENEDICTI XII, a MARTINO facta, in fauorem *nationis Germanicæ*. Quamuis parum *Germanis* consultum fuisse hac *determinatione*, sedemque Romanam *pro lubitu* auxisse vel contraxisse *officiatorum numeros*, demonstrent

Narratio Officiariorum.

AVDITORVM LITERARVM CONTRADICTARVM, & *apostolici palatii causarum* AVDITORVM CORRECTORVM, *centum & vnius* SCRIPTORVM *literarum apostolicarum & XXIIII. pœnitentiarie* prefate sedis & *XXV.* ABBREVIATORVM & etiam quorumcunque legatorum seu collectorum ac in terris ecclesie Romane Rectorum & Thesaurariorum, deputatorum seu missorum hactenus, vel deputandorum ac mittendorum in posterum, vacantia & in antea vacatura, vbicunque dictos legatos vel collectores seu rectores aut thesaurarios, antequam ad Romanam Curiam redierint seu venerint, rebus eximi, contigerit, ab humanis, nec non quorumlibet, pro quibuscunque negotiis, ad Romanam Curiam veniencium vel etiam recedencium ab eadem, si in locis, a dicta Curia vltra *duas dietas* legales non distantibus, iam forsan obierint vel, eos in antea transire de hac luce, contigerit. Et etiam simili modo quorumcunque Curialium, peregrinationis, infirmitatis aut recreationis seu alia quacumque causa, ad quaeuis loca secedencium, si eos, antequam ad dictam Curiam redierint, in locis vltra duas dietas ab eadem Curia, vt praemittitur, non remotis, dummodo eorum proprium domicilium non existat ibidem, iam forsan decesserint vel inposterum eos contigerit, de medio submoueri, nunc per obitum huiusmodi vacantia vel inposterum vacatura. *Rursus* Mona-

8) eorum qui decedunt intra *duas dietas* a curia Rom.

strent *grauamina* cleri Germanicae nationis an. 1479. vbi §. 13. *item numerus* officiatorum & *aliorum, in* concordatis *expressorum*, *redditur* incertus & *non describitur* in epitaphio *solito*.

monasteria, prioratus, decanatus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, praebendas & ecclesias, ceteraque beneficia ecclesiastica, secularia & regularia, cum cura vel sine cura, quecumque & qualiacumque fuerint; etiam si ad illa persone consueuerint seu debuerint, per electionem seu quamuis alium modum, assumi, que promoti per nos vel auctoritate nostra ad patriarchalium, archiepiscopalium, episcopalium ecclesiarum, nec non monasteriorum regimina obtinebant, tempore promotionum de ipsis factarum nunc quocunque modo vacantia seu inposterum vacatura, nec non etiam que per assecutionem pacificam, quorumcumque prioratuum (h), personatuum, officiorum, canonicatuum, præbendarum, ecclesiarum aut beneficiorum aliorum, per nos seu auctoritate literarum nostrarum immediate collatorum seu conferendorum inposterum, preterquam si virtute gratie expectatiue assecutio fiat, nunc vacantia & inantea vacatura, plena super praemissis omnibus & singulis cum fratribus nostris collatione praehabita & matura deliberatione secuta, *ordinationi, dispositioni*, ac *prouisioni* nostre, vsque *ad quinquennium*, de ipsorum fratrum consilio, auctoritate apostolica, *reseruamus*. Decernentes ex *nunc irritum* & inane, si secus super promissis & quoli-

9) eorum, qui autorite apostolica fuerant promoti.

non quidem *perpetuo*; sed per *quinquennium* tantum.

Ff 4

(h) Indefinite BENEDICTVS XII. *donec miserationis diuinae clementia nos, vniuersalis ecclesiae regimini praesidere, concesserit* Est itaque haec *quinquennii* definitio, altera *modificatio* constitutionis *Benedictinæ*, a MATINO V. facta.

quolibet eorum, per quoscumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attemptari. Non obstantibus quibuscunque constitutionibus, a prodecessoribus nostris Romanis pontificibus editis, quatenus obsistere possint superenarratis articulis, vel alicui seu aliquibus eorum, dicto quinquennio durante. *Nulli ergo* &c. reliqua in cap. 13. hic omissa.

In ecclesiis *cathedralibus* & monasteriis *immediatis* libera sit electio. ex constitutione NICOLAI III. in 6. decretal. de elect. cap. 16.

§. II. *In Ecclesiis Kathedralibus* & etiam *monasteriis*, apostolice sedi immediate subiectis, fiant *electiones canonicæ*, que ad sedem *apostolicam deferantur*, quas etiam ad tempus constitutum in constitutione NICOLAI III. que incipit: *Cupientes.* Papa expectet: *quo facto si non fuerint praesentate, vel si presentate minus canonice fuerint; papa prouideat, si vero canonice fuerint; papa eos confirmet, nisi, ex causa rationabili & euidenti & de fratrum consilio, de digniori & vtiliori persona duxerit prouidendum. Prouiso, quod confirmati & prouisi per papam nichilominus metropolitanis & aliis prestent debita iuramenta & alia, ad que de iure tenentur.*

In monasteriis mediatis nulla pontificis confirmatio vel prouisio.

§. III. *In monasteriis,* que non sunt inmediate subiecta sedi apostolice, nec non in aliis beneficiis regularibus, super quibus, pro confirmatione seu prouisione non consueuit haberi recursus ad sedem apostolicam, *non teneantur venire electi,* seu illi, quibus prouidendum est ad curiam, ad habendum confirmationem seu prouisionem, nec etiam dicta beneficia regularia cadant, in graciis expectatiuis. *Vbi autem in monasteriis ad curiam*

riam Romanam, pro confirmatione, venire vel mittere consueuerunt, ibi PAPA non aliter *confirmet* ac *prouideat*, quam superius de ecclesiis Cathedralibus est expressum.

§. IV. *De monasteriis monialium* PAPA *non disponet*, nisi sint exempta & tunc per *commissionem* in partibus. De ceteris dignitatibus & beneficiis quibuscumque, secularibus & regularibus, vacaturis, vltra reseruationes iam dictas, maioribus dignitatibus post pontificales in cathedralibus, principalibus, in collegiatis ecclesiis, exceptis, de quibus *iure ordinario prouideatur*, *per illos inferiores*, ad quos alias pertinet, nec computentur in turno seu vice eorum.

De Monasteriis Monialium. Papa non disponet, nisi per commissionem in partibus. *Turnus* seu alternatio.

§. V. Item *Dominus noster* PAPA declarat, quod per quamcunque aliam reseruationem, *gratiam expectatiuam* aut quamuis aliam dispositionem, sub quacunque verbo boram forma, per eum aut eius auctotitate, factum vel faciendam, *non velit neque vult neque intendebat nec intendit facere, fieri*, quominus de media parte illarum & illorum, cum vacabunt, alternis vicibus libere disponatur, per illos, ad quos collatio, prouisio, præsentatio, electio aut alia quæuis dispositio pertinebit Prout ad ipsos spectabit de consuetudine vel de iure, ita quod, cum de vna dignitate, personatu, officio vel beneficio ex illis, ad electionem, prouisionem, collationem seu quamuis aliam dispositionem alicuius spectantibus, fuerit auctoritate apostolica prouisum aut alias dispositum, ille, ad cuius electionem, collatio-

Alternatio pontificis, cum electoribus vel collatoribus ordinariis.

 nem

nem vel quamuis diſpoſitionem primo loco pertinebat, de alio inmediate poſtea vacaturo, prouideat aut diſponat, prout ad eum pertinebat & ita conſequenter de *ſingulis* huiusmodi *dignitatibus, perſonatibus, officiis & beneficiis* vacaturis, auctoritate eiuſdem *Domini noſtri* PAPE *& aliorum prediſtorum, alternatis vicibus,* diſponatur. Reſeruationibus, aut aliis a premiſſis diſpoſitionibus, auctoritate eiuſdem Domini noſtri pape factis vel faciendis, non obſtantibus quibuscunque.

Negligente pontifice prouiſionem, *collatio* ſpectet ad *ordinarium.*

§. IV. Quociens vero aliquo vacante *beneficio, canonica* in vice & *gratia expectatiua* non apparuerit *infra tres menſes*, a die note vacationis, in loco beneficii, qua alicui de illo, ſecundum prædictas ordinationes, fuerit apoſtolica auctoritate prouiſum: *ordinarius* vel alius, ad quem illus diſpoſitio pertinebit, *de illo libere diſponat*, nec ſibi in ſua vice computetur. *Beneficia*, que per *ſimplicem renunciationem* aut *permutationem* vacauerint, neutri parti computentur.

CAP. III.

DE QVALIFICATIONE BENEFICIANDORVM.

§. I.

SAnctiſſimus *Dominus noſter papa* MARTINVS V. ad exaltationem fidei catholice & ſpiritualibus profectibus populi Chriſtiani,

ſtiani, de *conſenſu & beneplaicito* NATIONIS GERMANICE, ſtatuit, ordinat & decernit; quod deinceps in *metropolitanis* & *cathedralibus* eccleſiis, *Nationis Germanice,* eiuſdem *ſexta pars* canonicatuum & prebendarum ſit pro *doctoribus* aut *licenciatis* in ſacra pagina vel altero *iurium* vel in *theologia bachalariis* formatis aut *magiſtris* in *medicina,* qui per biennium, ſeu *magiſtris* in artibus, qui per *quinquennium,* poſt magiſterium, in *theologia* aut altero *Iurium* ſtuduerunt in ſtudio *generali.* Sic videlicet quod vbicumque non fuerit ſaltem *ſexta pars Canonicorum praebendatorum in metropolitana aut cathedrali eccleſia taliter graduatorum,* ibi quicunque deinceps vacauerit Canonicatus & praebenda, quacuncunque etiam Apoſtolica vel alia auctoritate, non niſi taliter graduato conferatur, quouſque dicta *ſexta pars* compleatur taliter *graduatorum.* Si tamen *infra menſem,* a tempore vacationis, nullus (*) repertus fuerit taliter *graduatus;* & alius idoneus, qui per ſe vel procuratorem voluerit acceptare, quod poſtmodum continuetur (α), vt ad minus dictus numerus *ſextae partis* canonicorum taliter, vt praemittitur, *graduatorum* in ipſis metropolitanis & cathedralibus eccleſiis habeatur. Vbi autem ſoli conſueuerunt *illuſtres* ac de *comitum* vel *baronum* genere vel ex vtroque genere *militares* in canonicos admitti, taliter *graduati*, qui acceptare voluerint, ſi taliter *nobiles*, vt praemittitur, fuerint, in eccleſiis

Sexta pars canonicorum ſint *doctores, licentiati, bacalaurei.* biennium in artibus, quinquennium in academiis *graduati,*

Vbi *illuſtres* ſoli admittuntur & nobiles.

(*) edit. Leibn. deeſt vox *nullus*.
(α) edit. Leibn. *continetur.*

clesiis ceteris etiam *nobilibus*, *saltem* vsque ad dictum numerum, praeferantur. Item quod in aliis *collegiatis Ecclesiis* eiusdem *nationis*, similiter *sexta pars* canonicatuum & praebendarum deinceps, modo præmisso, conferatur sic, vt praemittitur, *graduatis* aut saltem in medicina aut in *artibus magistris* vel *licenciatis* aut in *theologia* vel altero iurium *bachalariis*, examinatis per *rigorem*.

In collegiatis ecclesiis pariter sexta pars sint *graduati*, in rigoroso examine.

In parochialibus pariter sint graduati.

§. II. Item quod *parochiales ecclesie*, habentes communi existimatione (a), que secundum *famam publicam* attendatur, *duo milia communicantium* vel plures, deinceps *non conferantur*, etiam *apostolica* vel quacunque alia auctoritate, nisi doctoribus aut licenciatis in sacra pagina vel iure *canonico* vel *ciuili* vel *bachalariis* in *theologia* formatis. Si tamen infra mensem, a tempore vacationis ecclesie numerandum, reperiatur taliter graduatus, qui per se vel procuratorem voluerit acceptare. Decernendo irritum & inane, si secus in præmissis, tam circa canonicatus & praebendas, quam parochiales Ecclesias, vel eorum aliquam, a quoquam, quamuis (b) etiam apostolica auctoritate, fuerit attemptatum, saluis semper *laudabilibus consuetudinibus & statutis* ecclesiarum, que praemissis non aduersantur, in contrarium autem faciendis, non obstantibus quibuscunque.

Nemo vltra *vnum beneficium* accipiat.

§. III. Item quatenus prædicta *ordinatio* pluribus prosit & humane *ambitioni* frenum

(a) Leibn. edit. *anni eximationem.*
(b) Leibnitzii edit. *quauis*

num imponatur; ordinat, ſtatuit & decernit idem Dominus noſter papa, quod, vigore praeſentis *conſtitutionis* ſeu *ordinationis*, nemo *graduatorum* poſſit vltra vnum beneficium eccleſiaſticum adipiſci.

CAP. IV.

DE PREROGATIVA GRADVATORVM.

Item vult, quod, in pari data ad eandem collationem, *graduatus* non *graduato preferatur, prerogatiuis* & diligentia (a) non obſtantibus quibuscunque. Item quod *Vicarie*, ad certa chori officia, in eccleſiis *Cathedralibus* & collegiatis deputate, non conferantur, etiam *Apoſtolica* auctoritate, niſi talibus, qui huiusmodi beneficia, *cantando & legendo* & alias, ſciuerint & poterint perſonaliter adimplere.

Graduatus præferatur non graduato.

In *uicariatibus*.

CAP. V.

DE ANNATIS.

De *eccleſiis & monaſteriis virorum* dun daxat, vacantibus & vacaturis, ſoluentur, pro fructibus (b) *primi anni*, a die vacationis, ſumme pecuniarum, in libris *camere* apoſtolice *taxate*, que *communia ſeruitia*

ANNATAE pro fructibus primi anni, iuxta camerae taxam.

(a) Leibn. edit. *diligentiis*.
(b) Leibn. edit. *fratribus*

uitia nuncupantur, si quæ vero *excessiue taxate* sunt, iuste *retaxentur* & prouideatur, specialiter in *grauatis regionibus*, secundum qualitatem *rerum*, *temporum & regionum*, *ne nimium prægrauentur*, ad quod dabuntur *commissarii*, qui diligenter inquirant & retaxent. Taxe autem prædicte pro *media parte* infra annum a die habite possessionis pacifice, tocius vel maioris partis, soluentur, & pro media parte alia, infra sequentem annum. Et si infra *annum bis* vel pluries *vacauerint*, semel tantum soluatur, nec debitum huiusmodi in successorem in ecclesia vel *monasterio* transeat. De ceteris autem dignitatibus, *personatibus*, officiis & beneficiis *secularibus* quibuscunque & *regularibus*, que auctoritate sedis apostolice *conferentur vel prouidebitur* de eisdem, praeterquam *vigore gratiarum expectiuarum* aut causa permutationis, soluatur *annata* (c) seu *medii fructus*, iuxta taxam solitam tempore vnions infra annum & debitum huiusmodi in successorem in beneficio non transeat. De beneficiis, que valorem XXIV. florenorum de camera non excedunt, nihil soluatur, debitis omnibus præteriti temporis vsque ad assumptionem Domini nostri, communium seruitiorum & annatorum (d), pro medietate relaxatis, soluentibus aliam medietatem infra *sex menses* a die publicationis.

excessiue taxatae retraxentur. per *commissarios* pro *media* parte *redituum*.

Si *bis* vacauerint intra annum *semel*.

gratiae *expectatiuae*,

Nisi XXIV. flor. excedant.

CAP.

(c) Leibn. edit. *annuata*.
(d) Leibn. edit. *annuatorum*.

CAP. VI.

DE CAVSIS TRACTANDIS IN ROMANA CVRIA VEL NON.

Sanctissimus Dominus noster papa MARTINVS V. statuit & ordinat, quod nulle causae in Romana curia committantur, nisi quae de *iure & natura causae in Romana curia* tractare debebunt & quod causae, quae ad *forum ecclesiasticum* de *iure vel consuetudine* non pertinent, per curiam Romanam, etiam praetextu *certesignationis* (e) *laicorum*, extra (f) *passagii* generalis, non recipiantur (g), de illis cognoscendo in curia vel extra committendo, vero (h) de *consensu partium*. Que vero ad *forum ecclesiasticum* pertinent (i), de iure sunt per *appellationem* aut alias ad Romanam curiam deuolute ac de sui natura in eadem tractande, tractentur in ea, cetere committantur in partibus, nisi forsan, pro cause & personarum qualitate, in commissione exprimenda, illas (k) tractare in curia expedierit (l), pro *iustitia consequenda* vel de *parcium consensu* in curia tractarentur.

CAVSAE nullae deferantur ad *curiam Romanam* nisi iure

nisi *partium consensu*, exceptis *appellationibus* in foro *ecclesiastico*.

CAP.

(e) Leibn. edit. *resignationis.*
(f) Leibn. edit. *extra tempus passagii.*
(g) Leibn. edit. *recipiat.*
(h) Leibn. edit. *nisi.*
(i) Leibn. edit. *pertinet & de iure*
(k) Leibn. edit. *illis.*
(l) Leibn. edit. *expediet.*

CAP. VII.

DE COMMENDIS.

Nulli dentur commendae,

ORdinat Dominus noster papa, quod inposterum monasterium aut *magni prioratus*, conuentuales hiis temporibus *vltra decem religiosos* (habentes) & officia *claustralia*, dignitates maiores post pontificales, in *cathedralibus*, sicut ecclesie *parochiales* nulli praelato, etiam *cardinali*, dentur in *commendam*; date aut dati, quam primum commendariis, loco illorum, de equiualenti prouidebitur, post pacificam *possessionem* adeptam, illas dimittant; vna etiam ecclesia *metropolitana* vni *cardinali* vel *patriarche* concedi (m) poterit, prouisionem sufficientem (n) non habenti.

nisi cardinali indigenti.

CAP. VIII.

DE SYMONIA.

Ad detergendam simoniacam labem, eligant sibi simoniaci,

VT autem considerata malitia aliquorum temporum, proxime praeteritorum, quibus *labes Symoniaca*, tam in *ordinibus* quam in *beneficiis* ecclesiasticis, tunc conferendis & percipiendis ac religionibus ingrediendis fuit, *heu! nimium* frequentata, lesis in hoc conscienciis ad puriorem (o) admini-

(m) perperam Leibn. edit. *antecedi.*

(n) Iterum falsa est lectio Leibn. edit. *officientem.*

(o) Leibnit. edit. *pernitiosiorem.* quod prorsus est inconcinnum.

miniſtrationem & perceptionem ſacrorum eccleſiaſticorum, ſalubriter omnibus conſulatur & ſingulis. *Patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, abbatiſſis,* ceteriſque prelatis nec non clericis ac perſonis eccleſiaſticis, religioſis & ſecularibus, vtriuſque ſexus, vt quælibet earum (p), infra *tres menſes*, poſt publicationem aut inſinuationem praeſencium, ſibi, aut in dioceſi, vbi domicilium habuerit, factam, aliquem in *ſacra pagina* vel in *iure canonico Doctorem* aut *Licenciatum* vel *Bachalarium* formatum, vbi talis poteſt commode reperiri vel vbi talis non reperiretur, *lectorem* aut alias inteligentem ſacerdotem diſcretum ac *bone fame*, curatum vel non curatum, *eligere* valeat *confeſſorem*, qui, infra praedictum tempus, *quantocius* commode fieri poterit, eius *confeſſione audita*, ipſam perſonam confitentem a ſuis peccatis & a quibuscunque, excommunicationum, ſuſpenſionum & interdicti (q), aliisque ſentenciis, cenſuris atque penis, quas forſan propter ſimoniam (r), *in ordine* vel *beneficio eccleſiaſtico*, religionis ingreſſu aut alias qualitercunque actiue vel paſſiue commiſſam, vſque ad tempus publicationis praedicte dinoſcitur incurriſſe, in foro conſcientiae duntaxat *abſoluere* nec non ſecum ſuper *irregularitate*, pro eo, quod, huiuſmodi ſententiis aut earum aliqua (s) ligita, forſan miſſas vel alia diuina

intra tres menſes

confeſſorem graduatum

vel ſaltem lectorem aut alias intelligentem,

qui eos, in foro conſcientiae abſoluat ab irregularitate.

(p) Leibn. edit. *eorum*.
(q) Leibn. edit. interdictis.
(r) Leibn. edit. *Symoniacam*.
(s) Leibn. edit. *aut excommunicatione*.

officia celebrasse aut se illis inmiscuisse, censebitur, vsque ad tempus prædictum contracta, ipsaque, propter præmissa aut eorum aliquod, a sui ordinis vel officii executione, suspensa. Quod in illis nihilominus ministrare, illa excercere & adepta beneficia vel statum, in quo est, retinere & ad vlteriora promouere possit, in dicto foro valeat *dispensare* ac eidem (t) beneficia, quae obtinet, ob hoc forsitan vacantia vel vacatura, si & post quam dimiserit, reconferre, omnemque inhabilitatis, irregularitatis nec non *infamie maculam*, simonicam atque aliam *labem*, per eam, occasione prædicta, vsque ad tempus prædictum, contractam, in *eodem foro totaliter abolere, fructus* quoque *beneficiorum* ecclesiasticorum, quos forsitan indebite percepit & quos percipere potuisset, ac quodcunque (*) occasione predicta fuerit refundendum, dummodo persona ipsa ad refusionem faciendam, deducto ne egeat, in statum, in quo tunc aut alias, absque nota vel scandalo sufficiens non fuerit, in dicto foro, remittetur ac eam de hiis quitare & liberare, tenore præsentium nostrarum (v), indulgemus, constitutionibus apostolicis, in contrarium facidis, non obstantibus quibuscunque.

sine fructuum, interim perceptorum, restitutione, nisi sufficiens fuerit ad refundendum.

CAP.

(t) Leibn. edit. *eadem*.

(*) Leibn. edit. *quicqu*.

(v) Leibn. edit. *literarum*.

CAP. XI.

De non vitandis excommunicatis, nisi fuerint denunciati.

INſuper ad vitandum ſcandala & multa pericula, ſubueniendumque conſcienciis timoratis, omnibus *Chriſti fidelibus*, tenore præſencium noſtrarum (w), *indulgemus*, quod nemo deinceps a communione alicuius, in ſacrorum adminiſtratione vel receptione aut aliis quibuſcunque diuinis vel extra, prætextu cuiuſcunque ſententie, aut cenſure eccleſiaſticæ, a iure vel homine generaliter promulgate, teneatur abſtinere vel aliquem vitare aut interdictum eccleſiaſticum obſeruare, niſi ſententia *vel cenſura* huiuſmodi fuerit in vel *contra perſonam*, *collegium*, *vniuerſitatem*, *eccleſiam*, *communitatem aut locum certam* vel certum a iudice publicata vel denunciata ſpecialiter & expreſſe, conſtitutionibus apoſtolicis, in contrarium faciendis, non obſtantibus quibuscunque. *Saluo ſi* aliquem *pro ſacrilega manuum iniectione in clericum*, ſententiam latam a canone adeo notorie conſtiterit incidiſſe, quod factum non poſſit, aliqua tergiuerſatione celari nec aliquo iuris ſuffragio excuſari. Nam a communione illius, licet denunciatus non fuerit, volumus, abſtineri, iuxta canonicas ſanxiones.

Tolluntur excommunicationes & interdicta,

niſi contra perſonam, aut collegium certum publicata a iudice.

exceptis Sacrilegis, qui excommunicati ipſo iure.

(w) edit. Leibn. *literarum*.

CAP. X.

DE DISPENSATIONIBVS

Vltra triennium nulla dispensatio ætatis, nisi de consilio cardinalium, ex ardua causa.

ORdinat etiam DOMINVS NOSTER *ad ecclesias cathedrales, monasteria, prioratus, conuentuales* aut *parochiales ecclesias*, super defectu etatis, *vltra triennium nullatenus dispensare*, nisi forte ecclesiis cathedralibus, ex ardua & euidenti causa, *de consilio cardinalium* seu maioris partis illorum, videretur aliter dispensandum.

Item DOMINVS NOSTER in arduis & grauibus, sine consilio cardinalium, non intendit dispensare.

CAP. XI.

DE PROVISIONE PAPE & CARDINALIVM.

Ad beneficia vacantia, Pontificis & cardinalium sustentaioni deputata, nullum monasterium, vltra XII. religiosos haben, referatur.

R*omano Pontifici & sancte Romane ecclesie cardinalibus*, pro illorum sustentatione, rebus *Romanæ ecclesie stantibus, vt sunt, non videtur aliter posse prouideri, quam hucusque factum est, scilicet per beneficia & communia seruitia, que vacantia nuncupantur.* Verum, circa *beneficiorum qualitatem*, taliter duximus prouidendum, quod nulli cardinali monasterium, prioratus conuentualis *vltra numerum decem religiosorum, secundum* moderna tempora habere consueti, nulla maior dignitas post *pontificialem* in cathedralibus aut

aut parochiali ecclesia(x), nullum *officium claustrale*, nullum *zenodochium, hospitale, elemosinaria*, aut leprosinaria in titulum vel administrationem conferantur & si quae talia nunc obtinent, quam (y) primum papa, loco illorum, de alio equiualenti prouidebit, illa dimittere teneantur, sicut superius de commendis est dictum.

2) nulla maior dignitas, in ecclesiis cathedral. officium claustrale nullum.

CAP. XII.

DE INDVLGENCIIS.

§. I.

CAuebit *Dominus noster* PAPA in futurum *nimiam indulgentiarum effusionem*, ne vilescant & in præteritum concessas, ab obitu GREGORII XI. ad instar alterius indulgentie, *reuocat & annullat*.

Reuocatio indulgentiarum. ab obitu Gregorii XI.

§. II. Item *Sanctissimus* DOMINVS NOSTER & *inclita natio Germanorum* concesserunt & protestati sunt: quod omnia & singula supra scripta durare & tollerari debeant *vsque ad quinquennium duntaxat*, a dato præsentium numerandum, constitutionibus apostolicis, regulis cancellarie factis & fiendis & aliis, in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque: quodque per obseruanciam eorum nullum ius nouum Romano Pontificiæ, Romanæ aut alicui alteri ecclе-

Concordata hæc vsque ad quinquennium durare debent.

(x) Leibn. edit. *parochialibus ecclesiis.*
(y) edit. Leibn. *quem.*

ecclesie vel persone acquiratur, seu præiudicium generetur.

Post quinquennium liberum cuique, vti suo iure.

§. III. Sed lapso dicto *quinquennio*, quelibet ecclesia & persona prædicta, liberam facultatem habeat, vtendi quolibet iure suo, non obstantibus supra dictis. Et quod capitula prædicta & quodlibet eorum dentur cuilibet, ea habere volenti, coniunctim seu diuisim, in autentica forma, sub sigillo vicecancellarii, cum subscriptione notarii, sic quod fidem faciant exhibita vbicunque. Pro toto autem non soluantur vltra *duodecim grossi Turonenses*.

taxa copiarum. XII. grossi Turon.

Hæc vniuersitati vestre tenore præsentium firmiter attestantes, easdem nostras præsentes literas, in horum fidem & testimonium, præfato domino *archiepiscopo*, præposito, *decano* & *capitulo Magdeburgensi* concessimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum Constantiæ prouinciæ Maguntinensis in domo habitationis nostre, anno quo supra *die tertia mensis Maii, pontificis* supradicti *domini* PAPE anno primo.

Dat. Constantiae. d. III. Maii.

NVM. XCVI.

OTTONIS III. donatio GIBICHENSTEIN & concessio *monete* cum omni *Banno* & *teloneo*. anno 998.

OTTO III. Imp.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. OTTO dei fauente clementia *Rex*, omnibus fidelibus nostris, præsentibus scilicet

cet atque futuris, notum esse volumus, quomodo nos, pro amore dilectæ *auiæ* nostræ ATHALHEIDIS ac carissimæ *genitricis* nostræ THEOPHANIAE, *imperatricum* videlicet *augustarum*, nec non & interuentione fidelium nostrorum WILLIGISI, *Moguntinæ sedis* venerabilis *archiepiscopi* atque HILDEBALDI, *Wormaciensis* ecclesiæ venerandi *præsulis*, ecclesiæ *Magdeburgensi*, in honore sancti *Mauricii*, martiris, sociorumque illius constructæ, atque consecratæ, cui & iam sub præsenti tempore GISALHARIVS *secundus archiepiscopus* honorificentissime præsidet, dedimus teloneum & bannum, ad *regium ius* respicientem, in loco, GIBICHENSTEIN vocato atque concessimus, vt ibi fiat *publica moneta*, ad percussionem *denariorum*. Ea videlicet ratione, vt ipse iam dictus GISALHARIVS, venerabilis *archiepiscopus*, qui sæpius beatæ memorie *auo* nostro, OTTONE & *æquiuoco* illius, *genitore* nostro, Imperatoribus scilicet Augustis & nobis deuotum ac fidele seruitium exhibuit, suique successores, per *cussuram monetæ* prædicti loci, *bannumque* ac *teloneum*, sicut hactenus ad *Regium ius* respexit; ita deinceps, ob nostram parentumque nostrorum *elemosinam*, sub suo & præfatæ ecclesiæ iure, cum omni integritate teneant ac possideant ac, *quod eis libuerit*, absque omnium hominum contradictione, inde faciant. Et vt hæc nostræ donationis traditio inuiolabilis & inconcussa de hinc permaneat: hoc nostræ *dominationis* præceptum, inde conscriptum ac *sigilli* nostri impressione signatum, *manu propria*, vt infra videtur, notauimus atque confirmauimus.

pro amore *auiæ* suæ & *matris*,

ecclesiæ *Magdeb.* donat,

in castro *Gibichenstein*, 1) Teloneum; 2) bannum *iuris regii*; 3) monetam *denariorum*.

sigillum *impressum*,

Signum *manus propriæ.* *recognitio* cancellarii, Datum 984. *Alsteti.*

Signum domini OTTONIS gloriosissimi Regis. HILDEBALDVS *episcopus & cancellarius*, vice WILLIGISI *archiepiscopi*, recognoui. Data XIII. Kal. Iunii, anno vero dominicæ incarnationis DCCCCLXXXIV, indictione XII. Anno autem tertii OTTONIS *regnantis* quarto. Actum ALSTETI feliciter. Amen.

NVM. XCVII.

Resignatio BORCHGRAVIONATVS *Magdeburgensis* Ducum SAXONIAE, sub dato 1294.

ALBERTVS *dux* SAXONIAE.

Burgrauiatum & bannum *infra muros vrbis*, quem ab *archiep. Magd.* tenuerat, resignat, præstita *waranda*. Testes *clerici*; *nobiles*;

NOs ALBERTVS Dei gratia *Saxoniæ*, *Westphaliæque* Dux & comes de *Brene*. Recognoscimus tenore presentium, publice protestantes: quod *dignitatem* seu BORCHGRAVIONATVM & *bannum* eiusdem *Borchgrauionatus*, *infra muros* Magdeburgenses & in *nouo foro*, cum omnibus pertinentiis eorundem, quos tenuimus a venerabili domino nostro ERICO, sancte *Magdeburgensis* ecclesie *archiepiscopo*, libere *resignauimus* eidem *archiepiscopo* ac ipsum de *Borchgrauionatu & banno* predictis, *warandamus* & presentibus veram *warandam* prestamus, pro nobis ac pro omnibus, nunc viuis existentibus & futuris, presentibus Bernardo decano, dicto de *Welpia*, Ottone de *Brezena* canon. Magdeb. Nobilibus viris Friderico de *Dorstat*, Alberto de *Barboye*, Richardo *Dapifero* de *Alsleue*, Heydekone de *Nigrip*, Fri-

Fridehelmo de *Damis*, Ottone de *Cosenne*, Philone *Marscalco*, Iohanne de *Bardeleue*, Thidemanno *Rabil Beruero*, Conrado de *Zsprone*, Georio de *Hyldesacker*, militibus. Iohanne de *Honsten*, *Bethemanno* dicto *Coning*, *Lencemanno Bonecke*, Walthero de *Slavsted*, Burgensibus Magdeburgensibus ac aliis fide dignis. Ne autem super hiis cuiquam in posterum dubium oriatur: presens scriptum, inde confectum, *sigillo* nostro duximus roborandum. Actum & Datum in *campo* iuxta claustrum *Plozke*. Anno domini M.CC.Nonagesimo quarto, pridie Kalend. Iunii.

milites; *burgenses.* Sigillum. Datum & actum in *campo* iuxta claustrum Plozke 1294.

NVM. XCVIII.

De bonis, pertinentibus ad seruitium *diei* beati LAMBERTI & de seruitio, soluendo de *officio prefecture*, in campis INSLEVE & villa WIDERIKESTORPH. 117--.

IN nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis. WICHMANNVS, dei gratia, sancte *Magdeburgensis* ecclesie *archiepiscopus*, notum esse volumus, tam futuris quam presentibus Christi fidelibus: quod, pro *remedio anime* nostre & ob venerationem beati *Lamberti*, episcopi & martyris, fratribus nostris, in ecclesia beati *Mauritii* deo militantibus, ad *exhibitionem caritatis*, *trium librarum*

WICHMANNVS *archiepisc. Mag.* donat canonicis ecclesiae S. *Mauritii*, reditus *trium librarum.*

aſſignatis III. manſis in Widerikeſthorph & II. in villa Inneſleue. cum Ouerlandt. Diſtribuendas 1) fratribus extra ſcholas poſitis; 2) ſcholaribus; 3) camerariis; 4) cellariis; 5) pauperibus; 6) ad luminare; 7) cantori organorum. Officium ſculteti, iure feudali antea vſurpatum a laica manu, in ius officiale redactum, de quo quatuor libræ tribus eccleſiis parochialibus ſoluendæ quotannis.

rum: reditus annuatim], in ipſius beati martyris *Lamberti* ſollempnitate, conſtituimus. Vt autem ſecurius & commodius, idem *cenſus* eis adminiſtretur: ad hoc perſoluendum *agros* adſignauimus, in villa videlicet WIDERIKESTORPH, tres manſos & in villa INNESLEVE, duos manſos, cum areis quibusdam & cum eo, quod dicitur *Ouerland*, vt, absque diminutione, de eisdem manſis, in perpetuum, ſingulis annis, *tres libre* perſoluantur. De his itaque in *feſto S. Lamberti* ſingulis fratribus, extra ſcholas poſitis, ſinguli ſolidi dabuntur; cuilibet autem *ſcholari canonico*, quatuor nummi; eccleſiaſticis quod & *camerarils* nec non *cellariis*, *ſolidus vnus* dabitur; & in vſus pauperum *duodecim ſolidi;* ad *luminare* autem, quod a veſpera vſque ad veſperam alterius diei durabit, *duo ſolidi* prebebuntur; de *reliquo* vero *cantor organorum* ipſa *organa* inſtaurabit. Preterea hoc quoque ſciendum; quod officium *ſchultheti* Magdeburgenſis, quod, ſub predeceſſoribus noſtris, in *ius feudale, laica* manus vſuperauerat, in *ius officiale*, iuſticia fauente, requiſiuimus & in ſalutem anime noſtre, ſimul quod in memoria huius facti noſtri, ad ſeruitium trium congregationum, eccleſie videlicet beati *Mauritii & S. Sebaſtiani* nec non *S. Nicolai* & parrochialium ſacerdotum, *quatuor libras* argenti, ſingulis annis, de eodem officio, in feſto *S. Iacobi*, perſolui conſtituimus, ita videlicet, vt, poſt obitum noſtrum, idem ſeruitium, in diem *anniuerſarii* noſtri transferatur & inde eadem die, in perpetuum, noſtri memoria habeatur. Vt autem hec noſtra donatio, & conſti-

constitutio stabilis & inconuulsa permaneat: cartam hanc consignari *sigillo* nostro fecimus; seriem quoque huius descriptionis, auctoritate beatorum apostolorum Petri & Pauli & nostra, domino cooperante, confirmamus. Huius rei testes sunt *Rokerus* maior prepositus, *Sigfridus* decanus, *Gero* vice dominus, omnesque canonici Magdeburgensis ecclesie. Actum anno dominice incarnationis. M.C.LXXI. Sigillum. Testes canonici Magdeburgenses.

NVM. XCIX.

Priuilegium capituli ecclesiae MAGDEBVRGENSIS, ab archiepiscopo ALBERTO datum, super *incorporatione* PRAPOSITVRARVM COLLEGIATARVM nec non quarundam *parochialium ecclesiarum*, certorumque aliorum iurium. 1383.

NOs ALBERTVS de QVERNFVRD, dei & *apostolice sedis* gratia, sancte *Magdeburgensis* ecclesie *archiepiscopus*, *Germanie primas*, volentes, vt tenemur, iura & consuetudines *Magdeburgensis ecclesie* nostre illibata conseruare ac vestigiis, in nonnullis infra scriptis, predecessorum nostrorum *archiepiscoporum Magdeburgensium* inherere, dignum duximus, aliqua iura & consuetudines eiusdem ecclesie nostre *Magdeburgensis*, ALBERTVS de QVERNFVRD, archiep. Magdeb. *electus*.

sis, vt in hiis omnis ambiguitatis tollatur materia, per noue constitutionis nostræ declarationem, ad notitiam omnium, quorum interest, deducere & scripti nostri patrocinio communire. Ea propter, de venerabilium virorum, dominorum *prepositi*, *decani*, *canonicorum & capituli* eiusdem ecclesie nostre Magdeburgensis *beneplacito*, voluntate & consensu, ordinamus, disponimus & diffinimus, *non obstante*, quod aliqua ex ipsis a nostris *predecessoribus* sunt *obmissa*: in primis quod nos & successores nostri, in emunitate & beneficiis, *extra capitulum* ecclesie nostre Magdeburgensis ante dictæ non conferendis, tenebimus formam inferius annotatam. In *curiis canonicalibus* dicte Magdeburgensis ecclesie & aliorum ecclesiarum ciuitatis *Magdeburgensis*, que plena gaudere debent *emunitatis* libertate, nos & nostri successores & quilibet alius, nostri nomine, preter voluntatem eorum, quorum sunt *curie*, in illis ordinandi seu disponendi, nullam habeamus vel habeant potestatem. Beneficia, personatus & officia, que non nisi *canonicis* Magdeburgensis ecclesie *integratis & emancipatis*, *in maioribus prebendis*, si fuerint & acceptare voluerint, alioquin *domicellis*, in *minoribus prebendis* constitutis, conferri consueuerunt, *extra* predictum *capitulum*, nos & nostri successores non conferamus, videlicet hec propter curas: in *Angaria*, in *Beuera* & in *ciuitate noua* Magdeburgensi propter curam capelle beate *Marie*, *aule* nostre *archiepiscopalis thesaurariam*, *archidiaconatus*, *scholasticam*, *custodiam*, *cantoriam*, *cameram*, *vicediaconatum*

confirmat iura *capituli.*

1) in beneficiis

2) in *immunitate curiarum* canonicalium.

3) in beneficiis, non *extra capitulum conferendis.* sed canonicis *emancipatis domicellis.*

inter quæ recensentur, *officia*;

tum cum iure suo. Item *ecclesias* in *Bigere*, in *Borne*, *Byderitz*, *Schartow*, *Alsleuen*; *Capellam* in *Calue*, *Conre*, *Loburg*, *Tuchen* & *Glynde*; *Cameram*, que supradicta est, conferre debemus cum *iudicio iudeorum*, tam in *Magdeburg*, quam in *Hallis*. Priuilegia vero, que data sunt ab *archiepiscopis predecessoribus* nostris & a quibusdam aliis dicto capitulo, nos & nostri successores seruabimus & seruari faciemus, contradictione qualibet non obstante. Et quia non omnia iura & consuetudines *specificari* in presenti carta poterant: que huiusmodi consuetudines & iura Magdeburgensi ecclesie respiciunt, illa nihilominus nos & nostri successores seruabimus & seruare debemus, de quibus, a *quatuor senioribus* dominis ecclesie predicte *canonicis*, fuerimus informati. Preterea nos & nostri officiales *archidiaconos* ecclesie nostre, in *iurisdictionibus* suis non impediemus nec impediri faciemus, sed eos, iuxta tenorem priuilegiorum, ecclesie Magdeburgensis, in predictis *iurisdictionibus* manutenebimus & confouemus. Item *res*, ad *ornatum* ecclesie pertinentes, non *alienabimus* nec obligabimus quoquo modo. Item nos & nostri successores nullam *executam* seu *precariam extraordinariam* faciemus in *bonis* ecclesiasticis *temporalibus* & *mundanis*, in dominio ecclesie Magdeburgensis, nec eam imponemus, nisi de voluntate & consensu nostri capituli ecclesie Magdeburgensis. Et preterea, quia dominus *Gerhardus* de HEIDEBRAKE, olim canonicus Magdeburgensis dum viueret, *Heinricus* & *Anno* de HEIMBORG, fratres, *tercentas marcas*

ecclesiæ,

camera cum iudicio *Iudæorum Magdeburgi* & *Halæ.*

4) in agnoscendo arbitrio *quatuor seniorum* canonicorum.

5) iurisdictione *archidiaconorum.*

6) alienatione *ornatus* eccles.

7) executa & precaria imponenda.

8) reditibus ex allodio *Bandeleuen.* pro CCC. marcis, a *Gerb.* de *Heidebrake* & *An.* de *Heimborg* legatis.

cas

cas argenti, in *parata pecunia,* pro certis annuis redditibus comparandis, ad memoriam ipsorum, in ecclesia Magdeburgensi perpetue peragendam, tradiderunt, quas quidem *trecentas marcas* venerabilis. pater, dominus OTTO, olim *archiepiscopus Magdeburgensis*, bone memorie noster predecessor & additis per eum *septingentis marcis, nobili militi*, domino *Iohanni* de WANTZLEBEN, ad tradendum & obligandum sibi vnam de *maioribus curtibus* castri *Wanzleben*, mutuauit. In quarum scilicet trecentarum marcarum *recompensam* dictus dominus OTTO, ad predictorum memoriam, annis singulis, in prefata ecclesia peragendam, *allodium* in *Bardeleuen*, cum omnibus iuribus & pertinentibus suis, *capitulo Magdeburgensi* tradidit libere & donauit, in quo *allodio*, cum rebus ibidem existentibus, nos & nostri successores Magdeburgense *capitulum* non impediemus antedictum.

& Ioh. de *Wanzleben* mutuatis pro *curte maiori*, in recompensam accepto.

Ceterum nos & nostri successores non impediemus *capitulum* nostrum Magdeburgense in perceptione *decem marcarum*, census annui, de *silua Byderiz*, datas in *recompensam* decem marcarum de *silua Schilde*, pro festo *Adelheidis* & in anniuersario ROPERTI *archiepiscopi* ministrandis, per *archiepiscopum* ecclesie supra dicte aut *forestarium* seu *officiarium* dicte silue *Byderitz*, pro tempore deputatum & existentem.

9) in censu annuo X. marcarum de silua *Byderitz*, in recompensam accepto pro silua *Schilde*. *forestarius*.

Restituere etiam debemus *quadraginta marcarum* annuos redditus *vicariis*, ob *necem* domini BORCHARDI olim *archiepiscopi* institutis, de veteri procuratione in monasterio *noui operis* prope *Hallis*.

10) in XL. marcis de procuratione monast. *Noui operis*.

Nos etiam & nostri successores non impediemus *fabri-*

11) XII.

fabricam ecclesie nostre Magdeburgensis in reddibus *duodecim marcarum*, quas annuatim, pro *seruationibus* suis, in ciuitate & diocesi Magdeburgensi soluere consueuerunt. Ho mines *feudatarios* vero, quos nos & nostri successores habuimus in villis *Oluenstede & Welsleue*, remittere debemus & tenore presentium remitimus ad *præpositum* Magdeburgensem, nomine *capituli* infeudandos. Cuicunque etiam *castra* ecclesie nostre nos vel successores nostri committere volumus, ille se debet *obligare capitulo* nostro Magdeburgensi, quod, post *mortem* seu *cessionem* nostram, libere & sine contradictione qualibet presentet *castra*, cum pertinentiis, ecclesie nostre capitulo Magdeburgensi & si quem de talibus aduocatis deponeremus & alium institueremus, ille institutus, intra *octo dierum* spatium, *capitulo* nostro memorato bona fide promittat *pari forma*. Nos quoque & nostri successores non debemus facere ali quam *ordinationem*, sine consensu capituli, de *castris & bonis* ecclesie, que vllam, post nostrum decessum seu cessionem, debeant aut valeant obtinere roboris firmitatem. Etiam adiungimus *tres parrochiales ecclesias*, videlicet ecclesiam *Domensleue* sancti Petri, *Lebechune & Resegan*, ecclesiis parochialibus videlicet *Bygern* & aliis prenominatis eas, equali libertate conseruando. Quodque in *introitu* nostro ad ecclesiam Magdeburgensem *corporaliter* prestemus iuramentum solitum, sicut in *forma ewangelaris* ecclesie predicte continetur. Postremo vero omnes *contractus*, omnia *gesta* & facta, per *capitulum* & ecclesie nostre memo-

marcis ad fabricam ecclesiæ.

12) feudatariis in *Oluenstede & Welsleue.*

13) *Præfectis castrorum* capitulo obligandis.

14) in *ordinationibus*, de *castris & bonis* ecclesiæ faciendis.

15) adduntur tres ecclesiæ supra recensitis n. 3.

Iuramentum archiepiscopi in *introitu.*

Ratihabitio gestorum *sede vacante.*

Christo pater ac illustrissimus princeps & dominus, dominus ALBERTVS *Magdeburgensis, primas germanie et Halberstadensis* confirmatus *administrator & Maguntinensis* ecclesiarum *postulatus; marchio Brandenburgensis, Stettinensis, Pomeranie, Cassuborum & Sclauorum dux; Burggrauius Nurembergensis & Rugie princeps*, habens & tenens in suis *manibus* quasdam *litteras apostolicas*, quas per egregium virum, dominum *Laurentium* ZCOGH, *cancellarium* suæ reuerendissime *paternitatis* ac *serenitatis*, nobis presentari fecit. Quas cum ea, qua decuit, reuerentia, tantamque (tanquam) obedientie filius, ad nos recepimus sequenti sub tenore: LEO, *episcopus, seruus seruorum dei*, venerabilibus fratribus, *Lubucensi & Brandenburgensi*, episcopis salutem & apostolicam benedictionem. Cum nos hodie dilectum *filium*, ALBERTVM, *electum Magdeburgensem*, tunc in *vicesimo quarto* vel circa sue etatis anno constitutum, *administratorem* in spiritualibus & temporalibus ecclesie *Magdeburgensis*, tunc *certo modo* pastoris solatio destitute, donec *vicesimum septimum* dicte etatis annum attigerit, de fratrum nostrorum concilio, auctoritate apostolica, constituerimus & deputauerimus; ac ex tunc, prout ex ea die, cum *vicesimum septimum* annum etatis huiusmodi attigerit, de persona sua eidem ecclesie, de simili consilio, eadem auctoritate, *prouidendum* duximus, præficiendo ipsum illi in *archiepiscopum & pastorem*, prout in nostris, inde confectis, litteris, plenius continetur: Nos ipsius ALBERTI *administratoris & electi, in partibus* illis degentis, ne propter hec, ad *sedem apostolicam*

per Laurentium Zcogh, cancellarium

literas Pontificis, quæ inserun-tur:

LEO. P. M. ALBERTVM *viginti quatuor annos natum, administratorem* facit eccles. Magdeb.

adepta XXVII. annorum ætate, *archiepiscopum* constituendum.

& committit episcop. Brandenburgensi.

vt iuramentum fidelitatis recipiat.

transmittendum Romam per proprium nuncium. Dat. Romæ. 1513.

quod exequitur commissarius.

licam accedendo, cogatur *personaliter* laborare, volentes parcere laboribus & expensis *fraternitati* nostre, per *apostolica scripta* committimus & mandamus: quatenus ab eodem *Alberto electo*, ratione *administrationis* huiusmodi, nostro & *Romane ecclesie* nomine, *fidelitatis* debite solitum recipiatis, seu alter vestrum, recipiat, *iuramentum*, iuxta formam, in *literis* muneris *consecrationis* annotatam, ac formam *iuramenti* huiusmodi, quod *ipse* ALBERTVS *electus* præstabit, nobis de verbo ad verbum, per eius patentes *literas*, suo *sigillo* munitas, per *proprium nuncium*, quantotius destinare curetis: Dat. *Rome* apud sanctum Petrum. Anno incarnationis dominice Millesimo quingentesimo tertio decimo quarto. Non. Decembris. Pontificatus nostri, Anno primo. Post quarum quidem *literarum apostolicarum* presentationem & receptionem, fuimus, pro parte *reuerendissimi* in Christo *patris & illustrissimi principis* & domini, domini ALBERTI administratoris præfati, per dictum dominum *Laurentium Zcogh*, cancellarium, debita cum instantia, *requisiti*: quatenus ad exequutionem illarum, iuxta concessam nobis formam, in quadam *bulla clausa* & in presentia *notariorum nostrorum*, infra scriptorum, aperta, nobis, vna cum *commissione* apostolica, præsentata, contentam, procedere, dignaremur. Nos igitur HIERONYMVS, episcopus *Brandenburgensis*, attendentes, requisitionem huiusmodi fore iustam & vt *obedientiæ filius*, ad exequutionem earundem literarum procedere volentes, *iuramentum fideliatis*, a *sede apostolia* nobis directum & præsentatum, a prædicto *reuerendissimo* in

Chri-

Chrifto *patre* ac *illuftriffimo principe* domino, domino ALBERTO, *adminiftratore* electo *tactis* corporaliter facro-fanctis *euangeliis*, in forma ecclefie, in manibus noftris recepimus huiufmodi fub tenore:

Formula iuramenti.

Ego ALBERTVS, archiepifcopusMagdeburgenfis, *ab hac hora in antea* fidelis & obediens *ero* beato Petro, *fancteque fedis apoftolice Romane ecclefie & domino meo, domino* LEONI Papæ decimo, *fuifque fuccefforibus, canonice intrantibus; non ero in confilio aut confenfu vel facto, vt vitam perdant aut membrum feu capiantur mala captione; confilium vero quod michi credituri funt, per fe aut nuncios feu literas, ad eorum damnum, me fciente, nemini pandam;* Papatum Romanum *&* regalia *fancti Petri* adiutor *eis ero ad retinenda & defendenda, faluo meo* ordine, *contra* omnes homines, legatum *apoftolice fedis, in eundo & redeundo, honorifice tractabo & in fuis neceffitatibus adiuuabo, vocatus ad* fynodum, *veniam, nifi præpeditus fuero canonica præpeditione; apoftolorum* limina, *Romana curia exiftente* citra, fingulis *annis*, vltra *vero montes, fingulis* trienniis *vifitabo, per me aut per meum nunctium, nifi apoftolica abfoluar licentia, poffeffiones vero, ad* menfam *mei epifcopatus, pertinentes, non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de nouo infeudabo vel aliquo modo alienabo, inconfulto Romano Pontifice. Sic me deus adiuuet. Et hec fancta dei euangelia.*

Poft cuius quidem iuramenti præftationem & receptionem fuimus iterum, pro parte eiufdem reuerendiffimi in Chrifto patris & illuftriffimi principis adminiftratoris &c. debita cum inftantia; re-

Hh 2 qui-

coram reuerendo in Christo patre & domino, domino episcopo *Brandenburgensi*, fierent & agerentur, vna cum *notariis* publicis, Petro *Farnholt* & Erasmo *Schulteti*, michi in hac parte collegae, ac prenominati testes, presens interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audiui ac in notam sumpsi. Ideoque presentes literas siue presens *publicum instrumentum*, presentem actum, in se continentes & continens, manu alterius, me interim aliis prepedito negotiis, conscriptum, exinde confeci, subscripsi, publicaui et in hanc publicam formam redigi, *signoque*, nomine meis solitis & consuetis, vna cum appensione *sigilli* reuerendi in Christo patris & domini, episcopi *Brandenburgensis*, signaui in fidem & testimonium omnium & singulorum premissorum, rogatus pariter & requisitus.

Et ego Petrus *Farnholt*, clericus *Brandenburgensis diocesis*, sacra imperiali auctoritate *notarius*. Quia preinsertarum litterarum apostolicarum presentationi & receptioni, iuramenti prestationi & receptioni ac decreto, omnibusque aliis & singulis premissis, dum sic, vt premittitur, coram reuerendo in Christo patre & domino, domino HIERONYMO, episcopo Brandenburgensi, fierent & agerentur, vna cum *notariis publicis*, Iohanne *Ianwolde* & Erasmo *Schulteti*, michi in hac parte collegis ac prænominatis testibus, presens interfui, eaque omnia & singula sic fieri, vidi & audiui ac in notam sumsi: ideoque presentes literas siue presens publicum instrumentum, presentem actum in se continentes & continens, *manu alterius*, me interim aliis præpedito negotiis, conscriptum, exinde *alter notarius.*

confeci, subscripsi, publicaui & in hanc publicam formam redegi, *signoque*, nomine & cognomine meis solitis & consuetis, vna cum appensione *sigilli* reuerendi in Christo patris & domini, domini episcopi *Brandenburgensis*, signaui, in fidem & euidens testimonium omnium & singulorum premissorum, rogatus pariter & requisitus.

Notarius tertius. Et ego, Erasmus *Schulte*, clericus Brandenburgens. diocess. sacra imperiali auctoritate *notarius* publicus. Quia preinsertarum literarum apostolicarum presentationi & receptioni, petitioni, iuramenti prestationi & receptioni ac decreto, omnibusque aliis ac singulis premissis, dum sic, vt premittitur, coram reuerendo in Christo patre ac domino, domino HIERONYMO, episcopo *Brandenburgensi*, fierent & agerentur, vna cum notariis publicis, Iohanne *Iansiwold* & Petro *Fornholt*, michi; in hac parte collegis ac prenominatis testibus, presens interfui, eaque omnia & singula sic fieri, vidi & audiui ac in notam sumsi: ideoque presentes literas siue presens publicum instrumentum, presentem actum in se continentes & continens, *manu alterius*, me interim aliis negotiis prepedito, conscriptum, exinde confeci, subscripsi, publicaui & in hanc publicam formam redegi, signoque, nomine & cognomine meis solitis & consuetis, vna cum adpensione *sigilli* reuerendi in Christo patris & domini, domini Episcopi Brandenburgensis, signaui, in fidem & testimonium omnium & singulorum premissorum, rogatus pariter & requisitus.

LIB.

LIB. V.

FASCICVLVS ALIQVOT OPVSCVLORVM

I. Herkunfft der Hertzoge von MECKLENBVRG.

aus einem pergamenten gemahlten Stamm-Buch in dem *Archiu.*

Regenten	Gemahlin
1. ANTHYRIVS ERVLLVS des Geblüths von den *Amazonen*, Obrister Hauptmann *Alexandri* Magni, der *Werlischen* und *Obetriten* erster König,	SYMBVLLA, Königlich *Gothische*,
2. ANARIAS.	ORETHYA. Königlich *Sarmatische* Prinzessin.
3. ALIMER.	IDA Von *Rügen.*
4. ANTHYRIVS. II.	MARINA. Königlich *Dänemärckische.*
5. HVTERVS.	IVDITHA. Königlich *Finnländische.*
6. VISILAVS.	TIBVRINA. Königlich *Norwegische.*
7. VITISLAVS.	ANARINA. Königlich *Gothische.*

8. ALARICVS.	BELLA. Königlich *Vbiorum* das nun *Cölnische.*
9. DIETERICH.	DIANA. Königl. von *Trier* und *Piccardien.*
10. THENERICH.	BIGONNA. Königl. *Doringische.*
11. ALBERICH.	DIOMEDEA Königl. *Sarmatische.*
12. WISIMARVS.	AMALASVNTA. Königl. *Sächsische.*
13. MISISLAVS.	BELGA. Königl. *Trierische.*
14. RADAGAST.	CELIA. Königl. *Vngarische.*
15. CORSICO.	FLORA. Fürstl. *Piccardische.*
16. FREDEBALD.	TVMIORNNA. Seytische Königliche.
17. GVNDREICH.	ELISSA. Königl. *Granatensische.*
18. GENSERICH.	EVDOXA. Keys. THEODOSII iunioris Tochter.
19. VISILAVS. II.	ACOLLA. Königl. *Sächsische.*
20. ALARICVS. II.	THEODORA. Königl. *Burgundische.*
21. ALBERICVS. II.	SYRISCA. Königl. *Sarmatische.*
22. IOHANNES.	EVPHEMIA. Königl. *Norwegische.*
23. RADAGAST. II.	GVBERTINA. Königl. *Granatensische.*
24. VISILAVS. III.	HAZIGA. Königl. *Dännemärckische* Prinzessin.
25. ARITBERTVS.	BERCA. Keys. CAROLI MAGNI Gemahlin Schwester.

26. BILVN-

26. BILVNGVS.	MEDEA. Königl. *Sarmatiſche.*
27. MISISLAVS II.	SOPHIA. Königl. *Vngariſche.*
28. MISTEVO.	MARGARETHA. Keyſ. HENR. I. Tochter.
29. VDO (In der Zahl ſetzet *Marſcalcus* Nicolottum II. der die Statt Rhete zerſtöhret).	MARINA. Königl. *Dännemärckiſche.*
30. GODESCHALCK. Anno 1066. um der *reformation* und *auflag* wegen erſchlagen.	SIMBVLLA. Königl. *Sarmatiſche.* SYRIRHA. Königl. *Dänmärckiſche* Princesſin.
31. BVTE	IDA. Königin von *Rügen.*
32. HEINRICH	SLAVINA. Königl. *Rügeniſche* Prinzeſſin.
33. SVENTEPOLOCHVS.	Vacat, iſt das *Sächſiſche Rauten-Wappen* dabey.
34. SVINICO.	Vacat, *Bayeriſche Wappen.*
35. NICOLOTVS.	Vacat, Wappen von *Meyland.*
36. PRIBISLAVS. der *letzte König,* deſſen titel: der *Werliſchen* und *Obetriten* König, der *Roſtocker, Ratzeburgen, Holſteiner, Mekelburger, Preuſſen* und der Völcker, wohnend am *Fluß* der *Peyne,* Herre.	VOISCLAVA. Königl. *Norwegiſche.*
37. I HENRICVS BVRWIN, Pribislai Sohn, der Werli-	MACHILD. Königl. *Pohlniſche.*

schen und Wenden Fürst und Herr.	
38. 2. HENRICVS BVRWIN II.	SOPHIA. Königin von *Sueden.*
39. 3. IOHANN, BVRWINS Sohn, hochgelehrt in heiliger Schrifft, Hertzog zu Mekelburg.	LVITGART. Grävin von *Henneberg.*
40. 4. HEINRICVS, genant der *Ierosolimische*, Fürst zu *Meklenburg*, der *Wenden* Herr.	ANASTASIA. Hertzog BERMANNS von *Stetin* und *Pommern* Tochter.
41. 5. HEINRICVS, genant der *Laue*, sein Sohn, Fürst zu *Meklenburg*, zu *Rostock* und *Stargard* Herr.	BEATRIX. Marggrävin. ANNA. Hertzog LVDOLPHVS von *Sachsen* Tochter. AGNES. Grävin von *Reppin.*
42. 6. ALBRECHT, des *Lauven* Sohn, Hertzog zu *Meklenburg*, Fürst zu *Wenden*, Grav zu *Swerin*, der Lande *Rostock* und *Stargard* Herr, am ersten mit seinem Bruder IOHANNE zum Hertzog gemachet.	EVPHEMIA. Königl. Schwedische Prinzessin.
43. 7. ALBRECHT, Albrechts Sohn, Hertzog zu Meklenburg, König in *Sweden.*	RICHARDIS. Grav OTTENS zu *Swerin.* AGNES. Hertzog von *Braunschweig.*
44. 8. MAGNVS, König *Albrechts* Bruder, pleno tit. wie 42.	AGNES. des Fürsten von *Rügen.*

45. 9. 10-

45. 9. IOHANN, Magni Sohn id. tit.	IVDITHA. Grav OTTONS von der *Hoya* Tochter. CATHARIN. Hertzogin von *Sachſen*, der Herrn zu *Eengern* Schweſter.
46. 10. HENRICH, *Iohannis* Sohn id. tit.	DOROTHEA. Marggrav FRIEDERICHS von *Brandenburg* Tochter
47. 11. MAGNVS, *Heinrichs* Sohn id. tit.	SOPHIA. Hertzogin von *Stetin* und *Pommern*, eine Schweſter Hertzog BVGSCHLAFFS.
48. 12. BALTHASAR, *Heinrichs* Sohn, *Magni* Bruder.	MARGARETHA. ſeines Bruders Gemahlin, SOPHIAE, Schweſter.
49. 13. HEINRICH *Magni* Sohn.	VRSVLA. Marggrävin von *Brandenburg*. HELENA. *Pfaltzgrävin* vom *Rhein*.
50. 14. ALBRECHT, *Magni* zweiter Sohn.	ANNA, Marggrävin von *Brandenburg* Tochter.

II. Historia succincta ducum MECKLENBVRGICORVM, ex *Archiuo Suerinensi* excerpta.

HENRICI BVRVINI I. res gestæ.

HENRICVS BVRVINVS I. *Dobranum*, igne ferroque vastatum, restituit an. 1186. monasterium in *campo solis* fundat 1211. translocat anno 1225. in locum hodie *Nien Closter*. *Hastiludio Wormatiensi*, cum nepote IOHANNE, interfuit. 1209. † 1228.

familia.

Vxor prima MECHTHILDIS, *Henrici Leonis* filia † 1191. secunda ADELHEIDIS, *Lechi Albi*, Poloniæ R. filia, cum marito & duobus filiis donat *hospitali* St. *Antonii* curiam *Timischin* anno 1222. Filii fuere HENRICVS BVRVINVS II. & NICOLOTVS, filia CATHARINA, *Iohanni IV. Comiti Oldenburgensi* sociata.

HENRICVS BVRVINVS II.

HENRICVS BVRVINVS II. confirmat cum fratre priuilegia, a patre BVRVINO & auo PRIBISLAO *Dobbrano* data 1219. Templum cathedrale *Gustrouiense* fundat, eiusdem priuilegia pridie ante mortem confirmat † 1226. Filios reliquit

vxor & liberi,

e SOPHIA, *Caroli* regis Sueciæ filia, † 1252. Primogenitus IOHANNES, de quo mox.

NICOLAVS.

NICOLAVS, *secundo genitus*, vocatur propagator lineæ *Vandalicæ* siue *Werlensis*, vnde *Werlensis* quandoque & *Bützowien-*

sis

sis nuncupatus, sincerus religionis defensor, largusque in eius cultores. Bello a Marchgrauio *Brandenburgi* petitus fortiter & feliciter se expediit. Ad 51. annos extendit regimen, deditque interea fratribus *Dobranensis* coenobii villam *Zechelin* anno 1249. † 1277. *Dobrani* sepultus. Linea eius extincta est Anno 1436.

HENRICVS BVRVINVS III. *tertiogenitus*, propagator fuit lineæ *Rostochiensis*. Vita probatissimus. *Plauium* cum fratribus fundari curauit 1228. Titulum *domini de Rostock* 1228. accepit. *Caland* oppidum 1244. fundauit. *Rostochio*, igne funditus desolato, siluam die *Rostocker Heyde*, excepta pecorum *pastione*, vendidit 1252. Excœcatus dicitur a filiis *Henrico* & *Erico* anno 1266. † 1277. linea eius expirauit anno 1316. HENRICVS BVRVINVS III. *Plauium.* *Caland.* *Rostocker heide.*

PRIBISLAVS III. *quarto genitus*, in diuisione cum *Iohanne* fratre, totam *Meclenburgensem* ditionem obtinuit 1229. eodem cum Iohanne *sigillo* vsus. Quod confirmatio priuilegiorum *Dobranensium* an. 1231. testatur. Subdiuisione inter fratres facta, *tractatus Richenbergensis* seu *Parchimensis* illi in sortem cessit anno 1234. † 1262. 1. Aug. Linea eius, *Parchimensis* dicta, exiit in annum 1315. PRIBISLAVS III.

Præter hos *filias* quoque suscepit SOPHIAM, *Hugoni Lusignano*, *Cypri Regi* & MAGDALENAM, Principi *Massiliensi*, tandemque MARGARETHAM, *Guncelino III.* Comiti *Suerinensi* elocatas.

IOHAN-

IOHANNES THEOLOGVS eius res gestæ.

IOHANNES I. dictus *Theologus*, finitis *equestribus ludis Wormatiæ* anno 1209. *Parisios* petiit, studio incubuit *theologico*, *doctorisque* titulo insignitus. Redux anno 1226. post obitam patris & aui 1228. diuisionem terrarum cum fratribus iniit.

Rhene monast.

Monasterium *Rhene* fundauit, dotauitque. *Codicem sacrum* propria manu *descripsit*. In *Lithuanos* profectus, ob fortiter res gestas, nomen ab iis *Knese Ioneke* sortitus est. † 1264.

vxor & liberi.

Coniux LVITGARDIS, *Popponis* comitis *Hennebergensis* filia, *sex* filiorum et *vnicæ* filiæ mater. Illi HENRICVS, IOHANNES, NICOLAVS, ALBERTVS, POPPON & HERMANNVS, hæc LVITGARDIS, Gerhardo I. comiti *Scaumburgico*, elocata & † 1285. tres posteriores filii ἄγαμοι decesserunt.

HENRICVS I. eius res gestæ.

HENRICVS I. anno 1266. *vniuersam* occupauit paternam ditionem, ideoque bello petitus est a fratribus, *Iohanne*, *Hermannoque*, quos inter pax denique restabilita 1272. Ex quo cum S. LVDOVICO, Gallorum rege, expeditionem *sacram* suscepit, vnde *Hierosolymitanus* dictus; sed parum feliciter, quippe ibi per plures annos captiuitate detentus. Antea circa annum 1270. peregrinatione in *Liuoniam* suscepta, e strage paganorum *puellam* triennem ex ore gladii surripuit, bapizarique curauit, quam, porro *adoptatam*, in Cœnobio *Rhenensi* educendam collocauit. *Catharinam* & filiam suam aliquoties in litteris vocat.

vxor & liberi.

VXOR ANASTASIA, *Barnimi I.* ducis *Pomeraniæ* filia, nupta 1260. †. 1315. 31. Sept. HENRICI, IOHANNIS, LVITGARDIS & ANNAE mater, marito *captiuo*, regimini præfuit.

fuit. Bis fere a *Pseudo Henricis* ludificata fuisset, qui, fraude detecta, meritas dedere pœnas. IOHANNES, e venatu rediens, in aqua periit. LVITGARDIS nupta 1277. *Pribislao* duci *Pomeraniæ, qui* eam interemit 1288. ANNA vxor facta *Iohanni* comiti *Holsatiæ*.

HENRICVS II. n. Rigæ 1262. *Leo* & *Caluus* dictus, ille quidem ob factam ALBERTO *Austriaco*, in sylua *Bohemensi*, resistentiam, cum ferme a sociis omnibus derelictus esset. Cum desperaret de patris reditu, regimen suscepit anno 1290. Defuncto patre, *confraternitatem* cum *Nicolao* Werlensi iniit 1302. *Rostochium*, perpetuo iure recipiendum, a CHRISTOPHORO, *Danorum* Rege, recepit. Terram *Stargardiensem*, quam WOLDEMARVS I. *Marchio Brandenburgensis*, repetebat, strenue defendit. Oppidum *Law*, cognomen ipsius referens, fundauit, vt & cœnobium virginum *Ribnizense*. Reliquum, quod *Marchiones Brandenburgenses* in terra *Stargardiensi* habuere, anno 1304. emit 5000. marcis argenti. Rebelles *Rostochienses* & *Wismarienses* mulctauit. 1311. a *Stargardiensibus* homagium accepit. † 1329. II. Kal. Febr.

HENRICVS II. *Confraternitas cum Werlensibus.* *Stargardia emta* *Rostochium rebelle.*

Coniuges fuere I. BEATRIX, nupta 1292. *Alberti Brandenburgici* filia, cum qua *Stargardiense* dominium in dotem accepit. † 1314. & reliquit ei filios ALBERTVM & IOHANNEM, filiasque BEATRICEM, *Abbatissam* postea *Ribnizensem*, quo munere se ob senium abdicauit anno 1398. MECHTILDEM nuptam 1310. *Ottoni Luneburgensi*; ANNAM, nuptam *Henrico ferreo*, comiti *Holsa-*

vxor & liberi

Holsatiæ; ANASTASIAM; AGNETEM, nuptam 1338. *Nicolao Werlensi*, dispensante Pontifice Romano.

2. ANNA, *Ludouici* Saxonici filia, nupta 1315. † 1327. mater HENRICI, in tenera ætate iterum morte surrepti. † 1321.

3. AGNES, comitis *Ruppinensis & Lindouiensis* filia, quæ, post mariti obitum, *Wislao*, *Rugiæ* principi, nupsit.

Iohannes, secundo genitus, de quo *supra*, lineam *Stargardiensem* propagauit, quæ anno 1471. iterum desiit.

ALBERTVS I.

ALBERTVS I. terram *Stargardiensem* perpetuo obtinet 1329. Legatus regis *Sueciæ* ad imperatorem LVDOVICVM, anno 1340. A comite *Gunthero Schwartzenburgico* capitur. 1348. cum anno præcedenti vna cum fratre *Iohanne* a CAROLO IV. *Dux* factus esset. *Ottonem I.* Com. *Swerinensem*, sibi bello grauem, cepit 1352. qui libertatem sibi redemit filia *Richardi*, *Alberti* filio, *Alberto*, in matrimonium collocata, accedente insigni *dote & Boyzenburgi* oppignoratione. Idem cum diem obiisset 1357. *Alberto* comitatus a *Rudolpho*, *Saxoniæ* duce, *feudi domino*, in feudum cessit, ex quo tempore huc vsque Ducibus *Meckelenburgensibus* perpetuo permansit. Eodem anno, cum defuncti comitis *fratre* NICOLAO, pro plenaria comitatus possessione, certa argenti summa data, transegit. Anno 1369. Duces *Wolgastensem & Sedinensem*, prope *Damgart*, cum multis nobilibus, cepit &, ex altera parte infestantem, ducem MAGNVM *Luneburgicum* profligauit. † 1380.

Dux creatus ab *imp.*

comitatus *Suerinensis*, *Saxoniæ* feudalis.

Coniuges

Coniuges I. EVPHEMIA, Regis *Suecie* ſoror & Ducis *Erici* filia, nupta 1336. † 1370. ex qua ſuſcepit ALBERTVM, in infantia mortuum, HENRICVM ſuſpenſorem, MAGNVM I. & ALBERTVM, poſtea *Regem Suecorum*, præterea ANNAM, nuptam *Adolpho* XII. Comiti *Holſatiæ* & ENGEBVRGIN, nuptam *Ludouico Romano*, Electori *Brandenburgico* 1349. — vxores & liberi.

2. ADELHAIDIS, *Vlrici* Com. de *Hohenſtein* filia, nupt. 1378. † 1380.

MAGNVS I. iniuriarum impatiens, rigidus *latronum* perſecutor. Coniugis fratres, *dotem* ſibi denegantes, *Bugislaum & Wertislaum*, bello inuaſit, victosque & captos, ad ſolutionem adegit 1369. Patruo, *Iohanni Stargardenſi*, euictionem ditionum, contra Marchionem *Brandenburgicum*, pol icetur 1370. CAROLO IV. Imperatori *Tangermundæ fidem* dat; ſe *filiis* eius, quibus *Marggrauiatum Brandenburgenſem* conceſſerat, *ſemper amicum fore* 1374. Prædones e Marchia *Prignicenſi* disiecit 1380. Interiit in aquis *Spadanis*, quo, recuperendæ ſanitatis ergo, profectus erat & ſepultus *Aquisgrani* 1384. aut iuxta alios 1395. — MAGNVS I. — nexus cum Marchionibus Brandenb.

Vxor AGNES, *Barnimi* IV. Ducis *Pomeraniæ & Rugiæ* filia, nupta 1362. ex qua ipſi IOHANNES itemque filiæ EVPHEMIA, quæ *Balthaſari*, Principi *Vandalorum* 1397. & HEDWIGIS, quæ *Ottoni* II. Duci Pomeranorum nupſit, teſte *Reuſnero* p. 470. — vxor & liberi.

ALBERTVS II. Dux *Mecklenb.* & Rex *Sueciæ.*

ALBERTVS II. a. proceribus Regni *Sueciæ*, ob Regis MAGNI, *auunculi* eius, crudelitatem, in regnum euocatus anno 1363. & *Holmiæ* Rex *Suecorum* in auguratus 1367. MAGNVM, bello renitentem, cepit, quem, post septennium liberatum, in *Norwegia*, aquæ, *Blomfiord* dictæ, suffocarunt. Ita pacato regno, cum feliciter præesse potuisset, ex quo patriam visitauit &, multis *Teutonibus* stipatus, rediit, quibus assentatoribus nimiam fidem adhibuit, indeque, contracto *Suecorum* odio, bellum sibi conciliauit, quo captus a MARGARETHA, *Daniæ* Regina, vix post septennium, libertatem recepit, regno relicto, solisque *titulis* & *insignibus*, ad vitæ finem, contentus. Nobiles *foeminæ Mecklenburgicæ* captiuitatis λύτρον magna parte suis opibus conciliarunt, vnde ius deriuatur, quod in *fœminas* quoque *feuda Mecklenburgica* deuolui possunt.

Erb Iungfer-Recht.

Vxores & liberi.

Coniuges 1. RICHARDIS, *Ottonis Rosæ*, Comitis *Swerinensis* filia, nupta 1352. † *Holmiæ* 1385. ex quo ERICVS, qui cum patre captus fuit 1389. & RICHARDIS, quæ *Iohanni Brandenburgico* nupsit. 1376.

2. AGNES, *Magni*, Ducis *Luneburgensis*, filia, nupt. 1396. mater ALBERTI, qui se appellauit *hæredem Regni Sueciæ* & cum *Iohanne*, de quo postea, Academiam *Rostochiensem* fundauit. † 1422. mater eius an. 1433.

IOHANNES II.

IOHANNES II. dictus *iunior*, pius & liberalis in religiosos. *Alberto* Regi *Sueciæ*, patruo fidelem capto operam præstitit. *Holmiam*, arcessito e patria milite, secunda vice, vindicat 1389. & 1391. Ciuitatum *Hanseaticarum* legatos implorauit *Lubecæ*, vt patruo suppetia

petias ferrent 1395. *Wismariæ* tumultus compescuit, non sine vitæ periculo 1417. Rex Sueciæ electus 1422. sed, morte præuentus, regnum occupare non potuit. **Rex *Sueciæ* electus.**

Coniuges 1. IVTTA, *Ottonis*, Comitis de *Hoia*, filia, nupt. 1398. quæ eum patrem fecit filio MAGNO, paucorum annorum, † 1415. *Swerini* sepulta. **vxor & liberi.**

2. CATHARINA, *Erici* Ducis *Saxoniæ* filia, *Iohannis Werlensis* vidua, nupt. 1417. excommunicatus ob hoc matrimonium, tamen a Pontifice *Martino V.* iterum absoluitur 1417. Filios ex ea suscepit HENRICVM & IOHANNEM, a fratre suo obtinuit, in casum defectus hæredum masculorum, successionem filiorum suorum in *Ducatu Lawenburgico* 1431. ***Lauenburgica* successio.**

HENRICVS III. *crassus*, a *matris tutela* anno 1436. regimen suscepit. Palæstinam visitauit, ibique eques Hierosolymitanus creatus est. Liberalis & fere prodigalitatis suspectus itemque conniuentiæ erga *prædones*, vnde non parum incommodi in ipsum redundauit. Principatum *Werlensem* hæreditario iure suis ditionibus addidit. 1436. *Rostochienses* rebelles, a *banno* imperii, FRIDERICI III. Imper. ope implorata, liberare, annisus est, 1450. Ob iniuriam *Rostochiensibus* illatam, *Ioachimo*, Duci *Pomeraniæ*, bellum intulit. 1454. *Sundenses*, Meclemburgum deprædantes, parum fauste persecutus est. A Duce agnato, VLRICO *Stargardensi*, *Sternbergæ* cladem per persus est 1467. illo tamen defuncto 1471. *totius* Ducatus *Meclenburgici* dominio gauisus est, sed † 1477. 19 Mart. & Dobbrani sepultus. **HENRICVS III. sub *tutela materna*.** ***totius ducatus dominus.***

Ii 2 Con-

vxor & liberi. Coniux DOROTHEA, *Friderici I.* electoris *Brandenburgici* filia, nat. 1420. nupta 1436. Ducatum inter filios *diuisit* 1480. † 1491. Filii fuere VLRICVS, nat. 1437. † 1437. ALBERTVS, n. 1438. fundator arcis capellæ GVSTROVIENSIS † 1480. IOHANNES, nat. 1439. † in itinere 1474. MAGNVS & BALTHASAR. Accesserunt filiæ CATHARINA, nat. 1444. † 1451. ANNA, nata 1447. Sponsa *Bugislai*, Ducis *Pomeraniæ* † 1464. ELISABETHA, nata 1449. Abbatissa *Ribnicensis* facta 1466. † 1496.

MAGNVS III. MAGNVS III. meruit vocari *sapiens.* 1470. in *Palæstinam* profectus, ibique eques creatus. 1471. redux, *Romæ* Pontificem salutauit *Sixtum* IV. FRIDERICO IV. Imperatori, iuxta cum patre, quartam partem *telonii*, *Greuismolensis* & *Ribnizensis* concessit 1474. Cum eodem imperatore 1475. expeditionem suscepit, aduersus CAROLVM, *Burgundiæ* ducem. Sponsam suam domum ducturus, anno, 1476. in via, *Moltzanus* prædo. a quodam *Moltzano* cimmeliis priuatus est. *Rostochium* rebelle. 1480. vna cum fratre, *Rostochii* templum *Cathedrale* ad D. *Iacobi* erigere voluit; sed ciues restiterunt, quare, iis adeo censuras & excommunicationes episcoporum & ipsius Pontificis in super habentibus, cum episcopo *Razeburgensi* 1485. *Romam* prefectus est. *Rostochienses* obedientiam simulauere; cum vero 1487. templum inaugurararetur 12. Ianuar. ignominiose ab vrbe expulsus est. Vnde, bello ancipiti orto, tandem res arbitrio Regis *Daniæ* & Electoris *Brandenburgici* commissa est, qui ciuitatem 1489. condemnarunt; sententia tamen mitigata est 1491. ac rebelles deni-

denique in gratiam recepti. Iterum *Rostochio* exclusus cum suis 1493. *Warnemundam* occupauit. A MAXIMILIANO, Rom. Rege, abrogationem *iuris Westphalici* obtinuit 1495. Pacem *Rostochiensibus* reddidit 1498. † 1503. exequiæ *Wismaris* fuerunt. Sepultura *Dobrani* 21. Nouemb. **Ius Westphalicum**

SOPHIA, Erici II. Pomeraniæ Ducis filia, sponsa *Iohannis*, fratris MAGNI, quo defuncto, votum fecit, se nulli nubituram. Voto fracto 1476. condemnata, quotannis tres *pauperculas vestire*. Peperit HENRICVM, ERICVM, n. 1483. †. 1508. ALBERTVM, CATHARINAM, n. 1477. nuptam *Henrico*, Duci *Saxoniæ* 1512. †. 1561. DOROTHEAM, n. 1480. Abbatissam *Ribnizensem* † 1537. SOPHIAM, n. 1482. nuptam *Iohanni*, Electori *Saxoniæ* 1500. † 1503. ANNAM, n. 1485. nupt. 1500. *Wilhelmo*, Landgrauio *Hassiæ* †. 1525. Mater harum † 1504. **vxor & liberi**

BALTHASAR, coadiutor *Swerinensis* & episcopus 1470. postulatus episcopus *Hildesiensis* 1471. resignauit dignitatem ecclesiasticam 1482. quater Magnificentissimus Academiæ *Rostochiensis*. Peregrinationem in *Palæstinam & Hispaniam* suscepit. Magno fratre defuncto, cum filiis eius, regimen suscepit † *Berolini* 1507. 7. Mart. Sep. *Dobrani*. **BALTHASAR**

MARGARETHA, Erici, Ducis *Pomeraniæ*, filia, nupta 1474 sine prole †. 1526. & *Wismariæ* Sep.

HENRICVS IV. *pacificus*, MAGNI filius. 1497. *Maximiliano I.* Imp. stipendio 1200. fl. seruiit. Expectatiua in Comitatum *Leuchtenberg* do- **HENRICVS IV.**

expectatius *Leuchtenbergensis.*

natur 1502. Patre defuncto, in patriam rediit, cum patruo BALTHASARE, regimen suscepit & fratribus *apanagio* satisfecit. *Monasterium Franciscorum* Gustrowi 1509. fundauit. Nobilibus *braxationem* interdixit 1517. Confraternitatem cum Lauenburgicis confirmat 1518. Wormatiæ confirmationem feudi obtinet 1521. *Diuisionem* præfecturarum cum fratre instituit; *iurisdictionem* vero in *vasallos* & 16. principaliores *ciuitates* indiuisam retinuit 1525. *Comitiis Augustanis* 1530. se stitit ac religioni *Lutheranæ* fauit. Ex commissione Imperatoria, inter *fratris* ALBERTI filios, hæreditatem diuisit 1547. Libro INTERIM subscribere noluit 1549. Controuersiam de *iurisdictione*, inter *Academiam* & *Magistratum Rostochiensem*, composuit 1551. Obdormiuit in pace 1552. *Swerini*, sepultus *Dobrani.*

confraternitas *Lauenburgica.* Diuisio in *Güstrouiensem* ducatum & *Suerinensem.*

vxor & liberi,

Coniuges I. VRSVLA, *Iohannis*, Marchionis *Brandenburgici*, filia, n. 1488. nupt. 1507. 3. Mai. † 1511. 17. Sept. Liberi; MAGNVS IV. SOPHIA, n. 1507. nupta 1528. *Ernesto*, duci *Brunsuicensi* † 1541. 18. Ianuar. & VRSVLA, n. 1510. Abbatissa *Ribnicensis* 1527. eaque vltima † 1586. 22. Apr.

2. HELENA. *Philippi Palatini* filia, n. 1493. nupt. 1513. † 1521. Liberi PHILIPPVS HENRICVS, n. 1514. † 1557. MARGARETHA, n. 1515. nupta *Henrico*, Duci Munsterbergensi 1538. † 1595. CATHARINA, n. 1518. nupt. 1538. Friderico D. Lignic. †. 1581.

3. VRSVLA

3. VRSVLA, *Magni*, Ducis *Saxoniæ*, filia, nupta 1557. 17. Sept. †1569.

MAGNVS IV. *eloquens* dictus, patris obitum sua morte anteuertit. Episcopus *Swerinensis* postulatus 1516. ætatis venia impetrata. Ad *Comitia Augustana*, cum patre & patruele, profectus, coram CAROLO V. Imp. ante lectos *Acticulos Confessionis*, latine ac Germanice, *in genua* prostratus, perorauit, cui Imperator *culcitram* substerni iussit. Primus episcopus, qui matrimonium iniit †1550. MAGNVS IV. Episcopus coniugatus.

VXOR ELISABETHA, *Friderici I. Daniæ Regis* filia n. 1525. 14. Oct. nupta 1543. *Kilonis*. Post mariti obitum cessit in sortem *Vlrici* Ducis †1586. 15. Oct. vxor.

ALBERTVS III. *Henrici* frater, ob præstantissimas corporis & animi dotes, cognomine *pulcher*. Ab initio de paterna ditione cum fratre transegit 1513. pro 3400. fl. Fœdus cum Rege *Daniæ* CHRISTIANO II. *Suecum contra & Vandalicas ciuitates*, pepigit 1515. *Rostochio*, vna cum fratre, *cereuisiarias accisas* in sexennium concessit, ac deinde 1524. in biennium continuauit. 1525. cum fratre *terras diuisit*, supra dicto modo & *Gustrouii* sedem fixit. CAROLO V. Imperatori, vt fidele seruitium bellicum in *Dania* præstaret, sibi suisque *æs alienum* conciliauit & ab *Austriacis*, pro compensatione, nihil, nisi variam *spei lactationem*, obtinuit. Tandem, multis modis recuperandi sua frustra tentatis 1547. suis æger redditus, diem obiit *Swerini*, sepultus *Dobrani*. ALBERTVS III. Dux *Gustrouiensis partis*.

vxor & liberi.

Coniux ANNA, *Ioachimi I.* Electoris *Brandenburgici*, filia, n. 1507. nupt. 1524. 17. Ian. decu!pa prole eum parentem fecit. † 1567. 19/9 Iun.

MAGNVS, n. 1524. breuis æt.

IOHANNES ALBERTVS, n. 1527. 22. Decembr.	de quibus mox plura.
VLRICVS, n. 1527. 23. April.	
GEORGIVS LVDOVICVS.	
IOHANNES.	
CHRISTOPHORVS.	
CAROLVS.	

ANNA, n. 1533. nupt. *Gothardo*, Duci *Curlandiæ* 1566. † 1602.

SOPHIA. n. 1539. defuncta eodem anno.

LVDOVICVS. n. 1535.	vterque in obsidione *Hafniensi* statim a bapt. def.
IOHANNES. n. 1536.	

IOHANNES ALBERTVS vniuersi ducatus dominus.

IOHANNES ALBERTVS, vocatus *Salomon* Meclenburgicus, *Francofurti* ad *Oderam* studiis incubuit. Ad *Comitia Ratisbonensia* cum patre 1546. profectus, Regis Romani auspiciis militiæ se addixit. Patre mortuo 1548. cum *fratribus*, de suscipiendo regimine, transegit. Libro INTERIM subscribere, recusauit 1549. Fratrem, GEORGIVM, 1551. Episcopatum *Swerinensem* armis occupare, molitum, a proposito deflexit. *Georgium Moltzanum* ad Regem *Galliæ*, HENRICVM II. misit, fœderis pro vera religione pangendi causa & vna fratrem CHRISTOPHORVM, tanquam *obsidem*. *Moguntiæ* insigni librorum copia comparata, *Bibliothecam Swerinensem* fundauit, papalique

Moltzanus legatus. fœdus cum *Galliæ* Rege.

Bibliotheca *Swerinensis*.

lique fermento ecclesias purgauit, ex quo nempe 1552. rerum in *vniuersum* potitus est. 1553. Monasterium *Franciscanorum Suerini* in *Scholam publicam* mutauit. A fratre *Vlrico* 1554. armis impetitus, vt terrarum *diuisionem* inter fratres institueret, tandem, *arbitris* electoribus *Saxoniæ* & *Brandenburgensi*, rem componi passus est 1555. *Constitutionem ecclesiasticam*, auctore *Phil. Melanchtone*, publico prelo commisit 1557. *Consiliarii* munere functus est apud *Imperatorem Ferdinandum I.* stipendio annuo 3000. imp. 1558. Infeudatus ab eodem, post abdicationem Caroli V. *Aug. Vind.* 1558. Arcem *Dömnitz*, oratorium arcis *Swerinensis* item *orogaonn pneumaticum* in templo cathedrali extrui curauit 1560. *Constitutionem politicam* promulgauit vna cum fratre *Vlrico* 1562. *Marc. Died.* de *Serankeuitz*, Italum, de arte *pyrobolica* multa temerarie iactantem, placide dimisit.1563. Marchionis *Brandenburgensis*, in arce *Custrinensi* hospes, fere fulminis ictu periisset 1565. vnde æger decubuit. *Dömitz* prope intraturus, singulari prouidentia diuina, in via, detentus est a tempestate, quæ ipsa, pyrio puluere in arce fulmine accenso, totam euertit 1571. *Constitutionem* supra dictam, cum fratre, reuisit, auctioremque reddidit 1572. eodemque tempore *testamentum* constituit. *Rostochienses* refractarios in gratiam recepit, *pactum hæreditarium* cum iis iniit 1573. Compendiariam nauigationem ex *Albi*, per *lacum Suerinensem* & Wismariam, communicato cum *vicinis principibus* consilio, intendit 1574. † 1576. 12. Febr. sepultus Swerini.

diuisio repetita.

constitutio ecclesi.

constitutio politica.

Rostochium rebelle, compendiaria nauigatio per lacum Suerin.

Vxor & liberi.

Coniux ANNA SOPHIA, *Alberti*, Ducis *Borussi* filia, nupta 1555. 25. Febr. ex qua suscepit

ALBERTVM 1556. 19. Dec. † 1561. 2. Mart. *Regiomonti* vbi & sepultus.

IOHANNEM } 1561. 11. Nou.
SIGISMVDVM AVGVSTVM } posterior.

Dresdam, gymnasmatis, principe dignis, incubiturus, profectus est 1576. cum eis, quæ pater in *testamento* sibi dispofuerat, contentus vixit † 1600. 5. Sept.

Mater, cum *Sigismundo*, *Iuenaci*, post mariti obitum, morata, multa, ob *paraphernalia* & *legata*, perpressa est † 1591. 6. Febr. sepulta *Swerini* 17. Febr.

VLRICVS *Gustrouiensis* dominus.

VLRICVS. nat. 1527. 23. April. nomen *Nestoris Meclenburgici* obtinuit. Cum fratribus 1548. *Augustam Vind.* profectus est, inuestituræ, a *Carolo V.* obtinendæ, gratia. Episcopatum *Swerinensem* obtinuit 1552. Patruo *Henrico* defuncto 1552. *diuisionem* terrarum vrsit, assistente *Henrico*, Duce *Brunswicensi* ac 1554. obtinuit. 1555. *Naumburgi* dietæ Principum, confirmandæ *Augustanæ Confessionis* ergo, adfuit. *Wolffg. Peristerium*, D. Th. primum *Swerini Superintendentem* instituit 1565. ac dissolutam Canonicorum clerique vitam correxit.

LX. viri *Rostochienses*.

Sexaginta virorum Rostochiensium causæ contra ciues fauit, ibidemque 1571. *consistorium*, cum fratre IOH. ALBERTO, confirmauit. Hoc defuncto, vna cum *electo*-

ribus

ribus Saxoniæ & *Brandenburgico, tutelam, iuxta testamentum,* suscepit 1576. eodemque *Xenodochium Stargardiæ,* cum coniuge *Elisabetha,* renouauit ac reditu 310. flor augmentauit. Eius tempore *mina alumnis,* detecta inter *Grabow* & *Eldenach*, 5. centenarios aluminis reddidit quotannis. 1577. *Constitutionem Politicam* Meclenb. 1572. editam, ab Imp. RVDOLPHO II. 1579. 9. Maii confirmatam obtinuit. Cryptam sepulchralem Dobrani monumento & inscriptione exornauit 1583. Rostochienses in gratiam recepit 1584. Curatelam filiorum fratris deposuit 1585. *Stemma genealogicum* Ducum Meclenburgicorum typis excudi curauit 1587. 1592. *tutelam* nepotum *Ioh.* ALBERTI, ex Iohanne filio, suscepit. Academiæ Rostochiensis *visitationem* instituit 1599. DAV. CHYTRAEVM impense amauit ac 1600. defunctum, luctu prosecutus est. Ipse † 1603. 14. Mart. ac sepultus *Gustrowiæ.*

mina *alumnis* detecta.

confirmatio *ord. Polit.*

Genealog. Duc. Mecl.

Dav. Chytræus.

Coniuges

I. ELISABETHA, *Friderici Dan.* Reg. filia, n. 1524. 14. Oct. vidua *Magni*, Ducis Meclenb. facta 1550. nups. 1556. Marmor *Güstrouiense,* additis, ex eadem materia, mariti suaque effigie, sculpi curauit. Ecclesiis & nosocomiis donandis perquam se liberalem gessit. Filiæ saltem vnius mater facta

Vxor & liberi.

cta, SOPHIAE, n.1557.nupt. 1572. *Friderico II.* Regi *Daniæ* † 1631. 4. Octobr. ipsa diem obiit 1586. 15. Oct.

2. ANNA, *Philippi* Ducis *Pomeraniæ* filia, n. 1554. 10. Dec. nupt. 1588. 9. Dec. absque prole decessit 1626. cum Marito & Elisabetha, quiescit *Gustrow.*

CAROLVS

CAROLVS, *Ioh. Alberti* & *Vlrici* frater, nat. 1540. 28. Sept. Diuisione terrarum facta inter *Ioh. Alb.* & *Vlricum*, cum hoc, *sustentatione* contentus, *Gustrouiæ* vixit. Coadiutor Archiepiscopi *Rigensis* factus 1555. Vnde redux 1556. in aulam IOHANNIS GEORGII *Brandenburgensis* se contulit, aliquot annis ibi commoraturus. Præfecturas *Werdenhagen* & *Nienkalden* a fratre *Vlrico* obtinuit 1571. Administrator episcopatus *Razeburgensis* postulatus 1592. *Schonebergæ* sedit. Defuncto *Vlrico* fratre, *curam* Nepotum ex fratre IOH. ALB. gessit & optime administrauit. Aliquot *diætis prouincialibus* institutis, ipse *præses*, controuersias amicabiliter componere, sategit. In afflictos & egenos perquam beneficus fuit. Matrimonium inire noluit; vt tutelæ susceptæ tanto melius præesset. *Annæ*, fratris *Vlrici* viduæ, in extruenda æde sacra *Grabouiensi*, opem tulit, ruderaque arcis *Gorlosen* eo contulit. Diuisionem terrarum inter IOH. ALBERTVM & ADOLPHVM FRIDERICVM, *Ioh. Alberti* nepotes, testamento *Ioh. Alberti I.* contrariam, instituit, fascesque regiminis postmodum iis, in *conuentu prouinciali*, tradidit, *Wismariæ* 1609. ac

administrator *Razeburgensis* episc. tutor nepotum.

ac sequenti 1616. placide obdormiuit, mense Sept. *Gustrouiæ*.

IOHANNES III. *Ioh. Alberti* filius, n. 1558. 8. Mart. Patre defuncto, cum Ephoro, *Ioachimo* de *Bassewitz*, *Lipsiam*, studiorum gratia, missus est 1577. Patruo *Vlrico* & matre *Anna Sophia* suadentibus, coniugium iniit 1585. ac demum perfecit 1587. Anno 1586. cum fratre SIGISMVNDO AVGVSTO, de hæreditate paterna, *transegit*, iuxta *paternum testamentum*, præsentibus *Vlrico* patruo & *Adolpho* socero. Sibique adeo reseruato terrarum dominio, illi *Iuenacum* tantum in *sedem* concessit. His ita se gerentibus, vrbs *Parchim* incendio 280. domos perdidit. 18. Maii. Homagium recepit 1588. confirmatis omnium vrbium oppidorumque priuilegiis. Audita morte patrui *Christophori* 1562. 4. Mart. eximio animi moerore adeo correptus est, vt mortem inde sibi accceleraret † *Stargardiæ* 1592. 22. Mart. sepultus *Suerini* in monumento, quod, patris cineribus fieri, curaverat. IOHANNES III. *Suerini & Gustrouiæ* dominus,

Coniux SOPHIA, *Adolphi Holsatiæ* Ducis filia. n. 1569. 13. Maii nupt. 1587. 17. Febr. peperit Vxor & liberi.

ADOLPHVM FRIDERICVM }
IOHANNEM ALBERTVM II. } de quibus infra.

ANNAM SOPHIAM, n. 1591. 29. Sept. quæ visu debili afflicta, *Rhenæ* vitam in cœlibatu peregit † 1648. 22. Febr.

Vidua, calamitates mariti suasque, *propria manu*, descripsit. *Diuisionem* terrarum inter filios vrsit. *Rhenæ* atrium magnum, Regum, ducum *Mecklenburgicorum* effigiebus

effigiebus, itemque *equestribus* ditionis *insignibus*, exornari, curauit 1619. *Lubzense nosocomium* fundauit 1634. 21. Sept. ac sequ. 14. Nou. animam seruatori tradidit.

ADOLPHVS FRIDERICVS *Suerinensis* lineæ genitor.

ADOLPHVS FRIDERICVS I. n. 1588. 15. Dec. *Lipsiam*, studiorum gratia, missus, inde 1607. *Parisios* iter fecit, eiusque memorabilia *propria manu* consignauit. 1609. redux regimen suscepit ac *Suerini* 1610. sedem elegit, cessa 1611. post factam terrarum diuisionem, *Gustrouiensi*, fratri suo. In *Emanuelem Phocam*, impostorem, qui se *Comitem Palatinum Constantinopolitanum* venditarat, supplicio mortis animaduertit 1615. Fœdus cum *Brandenburgicis* & *Pomeranis*, de persequendis *latronibus*, pepigit 1616. Cum Rege *Suecorum*, GVSTAVO ADOLPHO 1629. *Suerinum* occulte ingresso, firmam amicitiam iniit. *Diuisioni* terrarum, cum fratre, colophonem imposuit 1621. Obtinuit sorte erectionem *Dicasterii*, *Sternbergæ* institutam 1622. *Circulari dietæ*, *Brunswigæ* institutæ, interfuit 1623. vbi cum *Daniæ* Rege quoque fœdus & amicitiam iniit. Imperatoris inde incurrit indignationem, a quo, duce WALLENSTENIO, 1628. terris suis exutus est. Exul *Saxoniam*, inde *Lubecam* repetit 1629. *Apologiam* contra *manifestum* imperatoris edit 1630. vi armata restituitur a *Suecis* 1631. ex eoque *Sternbergense Dicasterium* confirmat 1632. *Bützouium* e manu *Commissarii Suecici* accipit & de reliquo, *episcopatum* concernente, cum *capitularibus Swerinensibus* transigit 1634. 1636. Pacis, inter *Cæsarem & Euangelicos* obtinendæ gratia, *media-*

(Margin notes: ob fœdus cum R. *Suec.* — & rege *Daniæ* exul, — sed restitutus a *Suecis*.)

diatoris officiis gnauiter defunctus est. *Tutelam* filii fraterni, renitente frustra *matre* eius, approbante vero *imperio*, gessit. In sessionis *alternationem*, quam *fratriæ* legatus suggesserat 1640. consentire noluit, causamque tutelæ sibi vindicatæ, *publicis scriptis*, defendit. Inter filios CAROLVM præcipue habuit in delitiis, quem in *Sueciam* legatum misit 1642. itidemque, maturuscente *pace Monasteriensi*, 1647. vt intercederet, ne *Wismaria*, cum *Claustro nouo* & *Paludana terra*, a Ducatu Meclenburgico rescinderetur; sed in cassum, quippe coactus fuit, in compensationem eius, episcopatus *Swerinensem* & *Raceburgensem*, secularisatos, accipere 1648. Abrogationem *telonii Warnemundani*, ad annum vsque 1650. acriter, sed parum fausto successu, vrsit, imo causam illam porro *Ratisbonæ* 1652. & *Francofurti* 1654. egit, omnia tamen frustra. *Sternbergense Dicasterium*, ob belli calamitates clausum ab anno 1638. ad 1651. denuo aperiit. † 1658. 24. Febr. sep. Dobrani.

Tutela agnatica materna prælata. **Alternatio sessionis.** **Desideria in Pac. West.**

Coniuges

I. ANNA MARIA, *Ennonis II.* Comitis *Ostfrisiæ* filia, nupta 1622. 5. Sept. *Bremerfordæ*, delitiæ & solamen mariti in aduersis. † 1634. 8 Febr. sep. Dobr. reliquit prolem, **Vxor & liberi.**
1. CHRISTIANVM, successorem.
2. CAROLVM, n. 1626. 7. Mart. †. 1675. 21. Aug.
3. IOHANNEM GEORGIVM, 1629. 5. Maii. † 1675. 9. Iul. cui Coniux *Elisabetha Eleonora*, D. B. ANTON. VLR. fil. nupt. 1658. improlis †. 1675.

4. GVSTAVVM RVDOLPHVM. n. 1632. 26. Febr. †. 1670. 14. Maii. Conj. *Erdmuth Sophia, Francisci Henrici*, Ducis *Saxo Lauenburgici*, filia, n. 1644. nupt. 1667.

5. IVLIANAM. n. 1633. 8 Nou. †1634. 3. Febr. Sepultam *Dobrani*.

6. HEDWIGIN, n. 1636. 11. Aug. †. 1631. sep. Lubec.

7. ANNAM MARIAM. n. 1627. 1. Iun. nupt. 1647. 23. Nou. *Augusto* Duci *Saxoniæ*. † 1669. 11. Dec.

8. SOPHIAM AGNESAM. n. 1625. 11. Ian. desponsata *Augusto*, Marchioni *Brandenburgico*, qui ante nuptias obiit, vitam cœlibem *Rhünæ* peregit, † 1694. 26. Dec. ibidemque sepulta.

II. MARIA CATHARINA. *Iulii Ernesti*, Ducis *Brunsuicensis Dannebergensis* filia, n. 162. nups. 1635. 15. Febr. †. 1665. 1. Iul. mater

9. FRIDERICI. n. 1638. 13. Febr. Castra electoris *Branderburgici* aliquandiu secutus, cum fratribus, causam *testamenti paterni*, contra CHRISTIANVM fratrem, egit, tandem *apanagio* 6000. imp. contentus, cessit 1681. †. 1688 24. April.

Coniux illius CHRISTIANA WILHELMINA. *Wilhelmi Christophori, Landgr. Hassiæ, filia. n.* 1653. 3 *Iun. nups.* 1671. *quadruplici prole cum parentem fecisset, de qua mox*, *anno* 1684. 18. *April. mortuo infante in partu*, *decubuit*

FRIDERICVS WILHELMVS *Christiani successor de quo imposterum plura*

CAROLVS LEOPOLDVS *nunc rerum potitus. n.* 1679. 26. *Nou.*

CHRISTIANVS LVDOVICVS II. *n.* 1683. 15. *Maii.*

Sophia

Sophia Ludouica. n. 1685. 6. *Maii nupsit Frid I. Reg. Boruss.* 1708. 20. *Aug. vidua facta.* 1713.

10. BERNHARDI SIGISMVNDI, n. 1641. 21. Ian. † 1541. 15. nou.

11. ADOLPHI ERNESTI, n. 1650. † 1651.

12. PHILIPPI LVDOVICI, n. 1652. 30. Maii † 1655. 20. Oct.

13. HENRICI WILHELMI, n. 1653. 6. Iun. † 1654. 15. Ianuar.

14. ADOLPHI FRIDERICI, n. 1658. 19. Oct. Posthumus *Güstrouii* educatus, *Christiano Ludouico* 1692. & *Gustauo Adolpho* ducibus 1694. mortuis, de successione cum FRIDERICO WILHELMO I. decertauit, tandemque 1701. 8. Mart. *Raceburgi & Stargardii* ditiones obtinuit. † 1708. 12. May.

Coniuges successiue fuerunt.

(1) MARIA, *Gustaui Adolphi Duc. Mecklenb. filia n.* 1659. 19. *Iul.* 1684. 23. *Sept.* † 1702. 16. *Ian. Cuius progenies.*

ADOLPHVS FRIDERICVS III. *n.* 1686. 7. *Iun. nunc regimine potitus.*

MAGDALENA AMALIA, *n.* 1685. 25. *April.* † 27. *April.*

MARIA, *n.* 1690. 7. *Aug.*

ELEONORA WILHELMINA *n.* 1691. 5. *Iul.* † 9. *Iul.*

GVSTAVA CHARLOTTA, *n.* 1694. 12. *Iul.*

(2) IOHANNA, FRIDERICI, *Duc. Sax. Gothan. filia n.* 1680. 1. *Oct. nupt.* 1702 † 1704. 9 *Iul.*

(3) CHRISTIANA EMILIA ANTONIA. *Christiani Wilhelmi Princ. Schwartzb. Sondersh. filia n.* 1681. *nupta* 1705. 8. *Iun. Mater*

SOPHIAE CHRISTIANAE LOVISAE *n.* 1706. 12. *Oct.*

CAROLI LVDOVICI FRIDERICI, *n.* 1708. 23 *Febr.*

15. IVLIANAE SIBILLAE, n. 1636. 16. Febr. *Dobrani*, post fata sororis, *Sophiæ Agnesæ*, in claustro *Rhünensi* morata et † 1701. 2. Oct.

16. CHRISTINAE, n. 1639. Abbatiss. *Gandersh.* † 1693.

17. AVGVSTAE, n. 1643. 24. Sept. †. 1644. 5. Maii.

18. MARIAE ELISABETHAE, n. 1646. Decanissa *Gandersh.* facta degit *Rühnæ*, inde Abbatissa *Gandersh. elect.* 1712. † ibid 1713.

19. ANNAE SOPHIAE, n. 1647. nupt. 1677. *Iulio Sigismundo* Duci *Würtenberg.* Oels.

Interea Linea Gustrouiensis sequentem in modum propagata est.

IOHANNES ALBERTVS II. *Gustrouiensis* partis dominus.

IOHANNES ALBERTVS II. n. 1590. 5. Maii in oppido *Warne.* Parente morte abrepto, studiis, principe dignis, incubuit *Lipsiæ* & *Argentorati* 1609. Veniam ætatis obtinet & *Gustrouiensem partem* sortitur 1621. penitus sopitis de ea re litibus. Fatali fœderi, cum *Rege Daniæ*, consentiens, easdem, excommunicationis & *exilii*, calamitates cum fratre sustinuit, ab anno 1628. 24. Mart. vsque Mens. Iun. 1631. Scholam Güstrouii in educationem iuuentus *Reformatæ religionis*, fundauit, eique sumtus destinauit, ex præfectura *Wantsee.* 1633. † 1636. 23. April. *Güstrouii* conditus.

exul cum fratre.

schola *reform. Gustrou.*

Con-

Coniuges

1) MARGARETHA ELISABETHA, *Christophori* Ducis *Mecklenb.* filia, n. 1584. nupt. 1608. *Holmiæ* † 1616. 16. Dec. ex qua nati
IOHANNES CHRISTOPHORVS, n. 1611. 22. Dec. †. 1612. 21. Mart. ſep. Güſtr. SOPHIA ELISABETH, n. 1613. 20. Aug. nupſit 1638. 13. Iul. *Auguſto*, Duci *Brunſuicenſi* 1676. Wolffenb. CHRISTINA MARGARETHA, n. 1615. 31. Mart. nupſ. 1640. 12. Febr. *Franciſco Alberto*, Duci *Lauenb.* & deinde 1659. *Chriſtiano*, Duci *Meclenburgico*, ſeparata ab eo 1663. † 1666. 16. Aug. CAROLVS HENRICVS, n. 1616. 30. Maii † 1617. 17. Sept. ſep. *Güſtrouii.*

2) ELISABETHA, *Mauritii*, Landgr. *Haſſiæ*, filia, n. 1597. 24. Mart. nupt. 1618. 25. Mart. Caſſellis. † 1625. 16. Dec. ſine prole. Sep. *Güſtrouii.*

3) ELEONORA MARIA, *Chriſtiani* principis *Anhaltini* filia, nupſ. 1626. 25. April. † 1657. *Strelizi.* Proles eius.
IOHANNES CHRISTIANVS, n. 1629. 2. Nou. Lubecæ in exilio † 1630. 30. Sept. ſept. ibidem. GVSTAVVS ADOLPHVS. ANNA SOPHIA, n. 1628. 29. Sept. nupſ. 1649 18. Maii *Ludouico*, Duci *Lignicenſi* †. 1669. 19. Febr. ELEONORA, n. 1630. 24. Nou. †. 1631. *Lubecæ*. LVDOVICA, n. 1635. 20. Maii † 1648. 6. Ian.

NVM. III.

Nachricht von den Burggraven zu Altenburg.

Instituti ratio.

NAchdem wir fürhabens sind, der, nunmehr vor vierdhalb hundert Iahren ausgestorbenen, *Burggrafen zu Altenburg* rühmliches *Geschlecht* und was von ihnen hin und wieder denckwürdiges fürhanden, zu beschreiben; so ist unnöthig, der *Stadt Altenburg* halber, weitläufftig sich auf zuhalten, zumahlen dasselbe der bekandte Sæchsische Geschicht-Schreiber MATTHAEVS DRESSEEVS, *im fünften Theil seiner historischen Bücher*, da er von *Städten in Teutschland* handelt, albereit werckstellig gemacht, solches auch, durch eine andere Hand, künfftig noch weiter ausgeführet werden dürffte.

Burggravius quid.

Cistula sub lit. F. Cistula sub lit. F. continet *Pontificum* atque *Episcoporum* indulgentias, aliaque *ecclesiastica*.

1. Ab-

1. Absolutio Commissarii Papalis, dominis *Weinsbergensibus* indulta, ob auxilia, contra LVDOVICVM *Bauaricum* præstita. Anno 1348.

3. Indulgentia BONIFACII IX. P. R. CONRADO *Weinspergensi* concessa, vt eligat sibi *confessionarium* idoneum, qui ipsum semel absoluat ab omnibus peccatis, in casibus etiam *reseruatis*, & commutet peregrinationum & ieiuniorum vota, in alia charitatis opera. Anno 1401.

7. Indulgentia BONIFACII IX. P. M. vt liceat CONRADO *Weinspergensi* missæ interesse, ante *solis ortum*. Anno. 1401.

9. Indulgentia ANTONII, magistri generalis *ordinis minorum Fratrum*, pro domino CONRADO *de Weinsperg*, per quas in suffragia ordinis recipitur & omnia eius bona opera cum eo communicantur. Anno 1405.

13. Litteræ MARTINI V. P. M. quibus indulget CONRADO *de Weinsberg*, vt ipsi habere liceat secum *portatile altare*, vbicunque versatus fuerit. Anno 1417.

14. Indulgentiæ MARTINI V. P. M. CONRADO *Weinspergensi* concessæ, vt, ipso iubente, *missæ* celebrari possint. sine *horarum* statutarum obseruatione; *foribus clausis*; sine *campanarum* pulsu, atque *voce suppressa*. Anno 1417.

15. Indulgentiæ MARTINI V. P. M. vt CONRADO *Weinspergensi* liceat *missam* audire ante *solis ortum*. Anno 1417.

16. Indulgentiæ MARTINI V. P. M. vt confessionarius CONRADI *de Weinsberg*, eiusque

vxoris, ipſos, in vltimo vitæ articulo, abſoluere poſſit a peccatis omnino omnibus. Anno 1417.

17. Indulgentiæ MARTINI V. P. M. vt confeſſionarius CONRADI *Weinspergenſis*, eiusque vxoris atque filiæ, ipſos abſoluere poſſit ab omnibus peccatis, præter caſus *reſeruatos*. Anno 1417.

18. Indulgentiæ MARTINI V. P. M. vt liceat CONRADO *Weinsbergenſi præbendas* inſtituere. An. 1417.

19. Indulgentiæ, GODOFREDO (*Gözen*) de *Weinsperg* conceſſæ, vt confeſſionarium habere ipſi liceat caſuum *reſeruatorum*. Anno 1417.

20. Commiſſoriales litteræ GREGORII, epiſcopi *Cephaludenſis*, ad epiſcopum *Herbipolenſem*, vt abſoluat CONRADVM *Weinsbergenſem* a voto ſuo, de viſitando *S. ſepulchro*. Anno 1425.

21. Indulgentiæ MARTINI V. P. M. vt confeſſionarius CONRADI *Weinspergenſis*, eiusque vxoris, ipſos, in agone conſtitutos, abſoluere poſſit; vtque confeſſionarius poteſtatem habeat, commutandi ieiunia iniuncta in alia opera charitatis. Anno 1425.

22. Prohibitio MARTINI V. P M. ne commeatus *Bohemis* præſtetur. Anno 1425.

23. Diſpenſatio HENRICI, Cardinalis tit. S. *Euſebii*, vt *Carthuſianis* carne veſci liceat, menſæ CONRADI *Weinspergenſis* admotis. Anno 1427.

24. *Generalis Auguſtinianorum* communicat omnia, monachorum eius ordinis, bona opera,

opera, ieiunia, preces &c. cum CONRADO *Weinsbergensi* & ANNA *Hohenloica*, viuis atque mortuis. Anno 1429.

25. Abbas *Maulbrunnensis* recipit CONRADVM *de Weinsberg* in fraternitatem sui monasterii. Anno 1439.

26. Indulgentia *Concilii Basiliensis*, CONRADO *Weinsbergensi* eiusque vxori, ANNAE & filio, PHILIPPO, concessa, vt audire ipsis liceat sacram *missam* ante *solis ortum*. Anno 1440.

27. *Concilium Basiliense* indulget CONRADO *Weinspergensi* eiusque vxori, ANNAE & filio, PHILIPPO, vt in locis, alias prohibitis, ipsis iubentibus & præsentibus, sacræ missæ celebrari possint. Anno 1440.

28. *Concilium Basiliense* permittit CONRADO *de Weinsberg* eiusque vxori, ANNAE atque filio, PHILIPPO, vt *altare portatile* secum gerere, ipsis liceat. Anno 1440.

29. Priuilegium *Concilii Basiliensis*, CONRADO de *Weinsberg* concessum, vt ipsi eiusque vxori atque filio missæ interesse liceat, *tempore interdicti*. Anno 1440.

30. Indulgentia *Concilii Basiliensis*, vt CONRADO *de Weinsberg*, quotiescunque libuerit, præbendas instituere atque dotare liceat. Anno 1440.

34. Priuilegium, CONRADO *Weinspergensi* concessum, vt capellanus eius vota, quæ non commode solui possint, præter *transmarina*, ad S. S. *Petrum & Paulum* vt & S. *Iacobum* directa, commutare possit in alia pietatis opera. Anno 1492.

eadem ci-
stula sub F.

In eadem cistula sub lit. F. habentur.

A. Consensus ANDREAE, Episcopi *Würtzburgensis*, ELISABETHAE, CONRADI *Weinspergensis* viduæ, indultus, in dotationem capellæ arcis *zum Stein*. Anno 1310.

B. Litteræ ELISABETHAE, ex *Cattimelibocensibus* comitibus natæ, CONRADI *de Weinsberg*, senioris, viduæ, quibus instituit missam annuam in altari S. *Elisabethæ*, in monasterio ordinis prædicatorum *Wimphensi*, dotatque molendino in *Köchendürn* & bonis aliis. Anno 1321.

G Litteræ Abbatis atque conuentus *Combergensis*, quibus promittunt ENGELHARDO & CONRADO, patri atque filio, *Weinsbergensibus*, anniuersarium, pro appropriatione *Vogtiæ* & *iudicii Hesenthal*. Anno 1398.

H. Promissio aniuersarii monachorum ordinis prædicatorum *Wimphensium*, CONRADO *Weinsbergensi* habendi, pro I. maltredo siliginis, I. maltredo hordei & I. maltredo auenæ, sibi emtpis, ex decimis *Belingensibus*. Anno 1410.

K. Promissio Abbatis & conuentus *Schœnthalensis* de quatuor vigiliis & missis annuis, singulis quatuor temporibus habendis, pro CONRADO *Weinsbergensi* & ANNA, eius vxore, ex gente *Hohenloica* nec non vtrorumque consanguineis, ob donationem 160. fl. in monasterium collatam. Anno 1424.

M. Promissio Abbatis & conuentualium monasterii *Engelzellensis*, ordinis Cisterciensium

ciensium, prope *Passauiam*, de celebrando aniuersario in memoriam CONRADI *Weinsbergensis*, eiusque vxoris, quæ tum viuebat, ANNAE *Hennebergensis*, nec non prioris eius vxoris, ANNAE, ex gente *Hohenloica*, huiusque fratris GODOFREDI ab *Hohenloe &c.* pro insula magni pretii, monasterio collata. An. 1447.

Cistula sub lit. G. continet acta atque monumenta, quæ ad munus PROTECTORIS *concilii Basiliensis*, CONRADO *Weinsbergensi* impositum, pertinent. **Cistula sub lit. G.**

1. Instrumentum constitutionis, quo ALBERTVS Rex. Rom. CONRADO *Weinsbergensi*, per ambassiatores suos, confert munus *protectoris* ac tutoris concilii *Basiliensis*. Anno 1439.

2. Codicillus LVDOVICI, electoris Palatini, *imperii vicarii*, quo CONRADVM *Weinsbergensem* constituit *protectorem* vicarium concilii *Basiliensis*. Anno 1439.

3. Citatio *concilii Basiliensis* ad CONRADVM *Weinsbergensem*, vt quantocyus *Basileam* veniat atque fungatur munere protectoris, sibi, nomine imperii, imposito. Anno 1439.

4. Eiusdem repetita citatio. An. 1439.

5. Declaratio *concilii Basiliensis*, quod *concilium* sit *supra* omnem *pontificis* potestatem & dignitatem. Anno 1439.

6. Decretum *concilii Basiliensis*, quod, licet aliqui cardinalium, Archiepiscoporum & episcoporum *Basilea* discedant, *concilium* tamen pro *dissoluto* haberi non debeat, & quod

quod post *sexaginta* demum dies *Papa eligi* debeat. Anno 1439.

7. Sententia definitiua *concilii vniuersalis Basileensis* contra EVGENIVM Papam IV. qua a sede apostolica remouetur & deponitur. Anno 1439.

8. Litteræ credentiales ad CONRADVM de *Weinsberg*, vt *legatis* concilii Basileensis, *Francofurthum* missis, fidem habeat. An. 1439.

9. Declaratio *concilii Basileensis*, de *translatione* concilii in locum alium. An. 1439.

10. Litteræ *nationis Germanicæ* concilii Basiliensis, de soluenda CONRADO *Weinsbergensi pecunia*, ex *indulgentiis* redacta. An. 1439.

12. Instrumentum præsentationis, de tradita CONRADO *Weinsbergensi* pecunia indulgentiarum in episcopatu *Bambergensi*. An. 1439.

13. Mandatum *concilii Basiliensis* ad archiepiscopum *Treuirensem*, de soluenda *pecunia* ex *indulgentiis* redacta. An. 1439.

14. Mandatum *concilii Basiliensis*, ad *receptores* pecuniæ, ex indulgentiis redactæ, vt tradant eam CONRADO *Weinspergensi*. Anno 1439.

15. Mandatum *concilii Basileensis* ad capitulum *Magdeburgense*, vt pecuniam, ex *indulgentiis* redactam, tradant CONRADO *Weinsbergensi*. An. 1439.

16. Edictum regium, vt omnes ac singuli status imperii CONRADO *Weinsbergensi*, ceu *protectori concilii Basiliensis*, adsint auxilio. An. 1440.

17.

17. Commiſſoriales litteræ *concilii Baſilienſis*, quibus CONRADO *Weinsbergenſi* & WERNERO ab VFFSESS *poteſtatem* concedunt, colligendi *pecuniam*, ex *indulgentiis* redactam. An. 1440.
18. Eiusdem tenoris litteræ pro CONRADO *Weinsbergenſi* & ALBERTO pincerna de LIMPVRG, canonico Moguntino. Anno 1440.
19. Litteræ commiſſoriales CONRADI de *Weinsberg*, quibus *Iohanni Gerbero*, capellano ſuo & *Conrado de Vinſterlohe*, colligendæ pecuniæ indulgentiarum, in *Rugiæ, Pomeraniæ & Caminenſi* prouinciis, delegat poteſtatem. Anno 1440.
20. Epiſtolæ quædam FELICIS V. P. M. manu propria ſcriptæ, ad CONRADVM *Weinspergenſem*. Anno 1440.
21. Mandatum *concilii Baſilienſis* ad Archiepiſcopum *Moguntinum*, de tradenda *Weinspergenſi* & *Limburgenſi* dominis *pecunia*, ex *indulgentiis* redacta. An. 1440.
22. Eiusdem tenoris litteræ ad Archiepiſcopum *Bremenſem*. An. 1440.
23. Eiusdem tenoris litteræ ad Archiepiſcopum *Rigenſem*. Anno 1440.
24. Ad Epiſcopum *Eichſtedtenſem*. Anno 1440.
25. Ad RABANVM, Epiſcopum *Spirenſem*. Anno 1440.
26. Ad epiſcopum *Curienſem*. Anno 1440.
27. Mandatum *Præſidis* concilii Baſileenſis de ſoluendo dominis *Weinsbergenſi* & *Limpurgenſi* pecunia, ex indulgentiis redacta. Anno 1440.

28. Mandatum *concilii Basileensis*, ad FRIDERICVM ducem *Saxoniæ*, de tradenda pecunia, ex indulgentiis redacta. Anno 1440.

29. Eiusdem argumenti mandatum ad LVDOVICVM *Palatinum Rheni.* Anno 1440.

30. Ad OTTONEM, *Palatinum Rheni.* Anno 1440.

31. Ad LVDOVICVM, Landgrauium *Hassiæ.* Anno 1440.

32. Ad HENRICVM, ducem *Bauariæ.* Anno 1440.

33. Ad IOHANNEM, ducem *Stiriæ.* Anno 1440.

34. Ad duces *Brunsuicenses.* Anno 1440.

35. Ad duces *Mecklenburgicos.* Anno 1440.

36. Mandatum *concilii Basileensis*, quo iniungit duci *Schleswicensi*, vt colligi iubeat *pecuniam* pro *indulgentiis.* Anno 1440.

37. Mandatum *concilii Basileensis*, ad ciuitatem *Augustanam*, de tradenda CONRADO *Weinspergensi* pecunia, ex indulgentiis redata. Anno 1440.

38. Eiusdem argumenti litteræ ad ciuitatem *Rotenburgensem.* Anno 1440.

39. Ad ciuitatem *Mülhusanam.* Anno 1440.

40. Litteræ commissoriales *Werneri* ab AVFFSESS, quibus *Iohanni Gerbero*, parocho *Greissheimensi*, delegatam concedit potestatem, vt suo nomine colligat pecuniam indulgentiarum in *Rugia* & ciuitate *Regensburg.* Anno 1441.

42. Mandatum *regium* ad Archiepiscopum *Rigensem*, vt ILLI de *Weinsperg* soluat *salarium*

larium suum de *pecunia*, ex *indulgentiis* redacta. Anno 1441.

43. *Vidimus* vrbis *Heilbronnensis* aliquot literarum regum, electorum atque principum, de soluenda CONRADO *Weinsbergensi pecunia* ex *indulgentiis* redacta. Anno 1441.

Cistula sub lit. H. continet acta ac monumenta quae ad *dotationes*, *vidualitia* & *renunciationes* Weinspergensium *filiarum* ac *viduarum* pertinent. Cistula sub lit. H.

1. Litterae CONRADI de NAGELSBERG, quibus vxori suae, MECHTILDI *de Weinsperg*, securitatem de 30. marcis argenti, *dotalitii* nomine debitis, constituit in 6. modis vinearum in monte *Spiessberg*. Anno 1305.
2. Litterae comitissae cuiusdam *Loewensteinensis*, quibus ADELHEIDI *Weinspergensi*, vxori quondam PHILIPPI, comitis *Loewensteinensis*, tradit castrum *Wolffselden* cum pertinentiis, pro 5000. fl. dotalitio (*Morgengab*). Anno 1310.
4. Consensus LVDOVICI reg. Rom. AGNESAE de *Brauneck*, viduae CONRADI *Weinspergensis*, indultus, de 200. marcis argenti, ipsi in ciuitate *Weinsberg* assignatis. Anno 1330.
5. Confessio ERCKINGERI *de Saynsheim*, de solutis ab ENGELHARDO, domino *Weinsbergensi*, 800. florenis, quorum nomine IDAE *Weinsbergensi* oppignoratum fuerat *Gochsheim*. Anno 1359.
6. Litterae HENRICI de RECHBERG, quibus MECHTILDI *Weinsbergensi*, vxori suae, securitatis causa, de 1200. libris Hallensium, *dotalitii*

talitii nomine promisfis, asfignat curtim fuam in *Sultzbach*. Anno 1359.

7. Litteræ HENRICI de PAPPENHEIM, quibus vxori filii fui, natæ ex gente *Weinsbergenfi*, fecuritatem conftituit de dote 1000. fl. in caftro *Pappenheim.* Anno 1360.

9. Pacta dotalia ENGELHARDI *Weinsbergenfis* & ANNAE eius coniugis, natæ ex comitibus de *Leiningen*. Anno 1367.

10. Pacta dotalia CONRADI pincernæ de LIMPVRG & ITAE, filiæ ENGELHARDI de *Weinsperg*. Anno 1370.

11, Pacta dotalia IOHANNIS Landgrauii *Leuchtenbergenfis* & ELISABETHAE *Weinsbergenfis.* Anno 1398.

12. Litteræ IOHANNIS Landgrauii *Leuchtenbergenfis*, quibus vxori fuæ, ELISABETHAE *Weinsbergenfi*, fecuritatem conftituit in oppido *Kreufen*, de 4500. fl. dotis nomine illatis. Anno 1400.

13. Difpenfatio CONRADO *Weinsbergenfi* & ANNAE *Hohenloicæ* indulta, vt, non obftante confanguinitate, matrimonium inire ipfis liceat. Anno 1403.

14. Apocha MARGARETHAE, comitiffæ *Schwartzburgicæ*, natæ de *Brauneck*, qua omnibus iuribus atque actionibus, aduerfus ANNAM *Weinspergenfem*, matrem fuam, ob *tutelam geftam* forte competentibus, renunciat. Anno 1403.

15. Litteræ IOHANNIS Landgrauii *Leuchtenbergenfis*, quibus vxori fuæ, ELISABETHAE *Weinspergenfi*, fecuritatem conftituit in *Parckftein*, de 7500. fl. dotis, *Morgengabæ*

&

& antidotis nomine, ipsi debitis. Anno 1404.

16. De iisdem debitis alia hypotheca in *Playstein.* Anno 1404.

17. Apocha & renunciatio AGNESAE de PAPPENHEIM, natæ ex gente *Weinspergensi*, cum ipsi de hæreditate paterna & materna satisfactum esset. Anno 1405.

18. Constitutio antidotis & Morgengabæ, a IOHANNE, Landgrauio *Leuchtenbergensi*, ELISABETHAE vxori suæ facta, in castro *Pleystein*, pro 5500. fl. Anno 1406.

20. Litteræ IOHANNIS, Landgrauii *Leuchtenbergensis*, quibus vxori suæ ELISABETHAE, *Weinsbergensi*, securitatem præstat de dote sua 4500. fl. in *Steinsberg & Riethern*, a RVPERTO rege Rom. sibi oppignoratis. Anno 1407.

21. Litteræ ELISABETHAE, Landgrauiæ *Leuchtenbergensis*, quibus filio suo GEORGIO, Landgrauio *Leuchtenbergensi*, mortis causa donat *dotem* suam 3000. fl. & 4500. fl. *antidotem* & *Morgengabam.* Anno 1407.

22. Commissoriales litteræ ENGELHARDI & CONRADI *Weinspergensium* de dandis GEORGIO Landgrauio *Leuchtenbergensi*, tutoribus. Anno 1408.

24. Donatio mortis causa ANNAE, dominæ *Weinsbergensis*, natæ ex comitibus de *Leiningen*, ENGELHARDO *Weinsbergensi*, marito suo,. facta, de *Morgengaba* & *dote* sua in *Scheffelentz* & *Brettach.* Anno 1411.

25. Promissio ENGELHARDI *de Weinsperg*, ANNAE vxori suæ, natæ ex comitibus de *Lei-*

ningen, facta, quod non oppignoraturus sit donatos sibi pagos *Scheffelenz*. Anno 1411.

26. Apocha & renunciatio *Pincernæ* FRIDERICI de LIMPVRG, qua confitetur, plene sibi satisfecisse ENGELHARDVM & CONRADVM, patrem & filium, *Weinsbergenses*, de hæreditate & dote matris suæ ITAE, natæ ex gente *Weinspergensi*. Anno 1412.

27. Renunciatio *Mechtildis* de SVLTZ & FRIDERICI *pincernæ* de *Limpurg*, super 1000. fl. matri ipsorum ITAE, comitissæ *Limpurgensi*, natæ ex dominis *Weinspergensibus*, dotis nomine adhuc debitis. Anno 1413.

28. EMICHO, comes de *Leiningen*, tradit Conrado de *Weinsperg* pagos *Walterheim*, *Vlfersheim*, *Dulgensheim & Guntersblumen* nec non quartam partem castri & pagi *Busenheim*, vt satisfaciat ei de dote matris suæ, adhuc debita & vidualitio atauito. Anno 1413.

30. ANNA *Weinspergensis*, nata ex comitibus *Hohenloicis*, mortis causa donat filiæ suæ, ELISABETHAE *Weinsbergensi*, vxori ducis *Saxoniæ*, omnia bona sua. Anno 1424.

31. Dispensatio *concilii Basileensis*, CONRADO *Weinspergensi* & ANNAE, natæ ex comitibus *Hennebergicis*, indulta, vt matrimonium inter ipsos validum sit atque firmum, non obstante consanguinitatis impedimento. Anno 1434.

32.

32. Acta iudicialia in causa CONRADI *Weinspergensis* & filiæ eius ELISABETHAE, viduæ ducis *Saxoniæ*, de hæreditate materna, dote, aliisque iuribus, vtrinque in litem deductis. Anno 1439.

33. Copia dispositionis CONRADI *Weinspergensis*, de eo, quod post mortem suam de vxore sua, ANNA, *Hennebergensi*, liberisque suis, fieri voluerit Anno 1443.

34. Acta in causa ELISABETHAE, viduæ ducis *Saxoniæ*, contra BERNHARDVM ducem *Saxoniæ*, affinem suum, de dote 8000. fl. antidote & morgengaba sua, cuius nomine ipsi hypotheca constituta fuerat, in arce & ciuitate *Lauenburg*, *Rasseburg*, *Neuhaus* & *vectigali Albis*. Anno 1445.

Cistula sub lit. I continet *pacta* atque *statuta* dominorum *Weinsbergensium*. **Cistula sub lit. I.**

1. Promissio FRIDERICI, RVDOLPHI & HERMANNI, marchionum *Badensium*, ENGELHARDO *Weinsbergensi* facta, cum hic, HERMANNVM Marchionem *Badensem*, constituisset *hæredem* omnium bonorum suorum, eum in casum, si ipse sine hæredibus masculis descesserit. Anno 1329,
2. Pacta dominorum *Weinspergensium*, de castris & bonis suis; quod ENGELHARDVS & CONRADVS ENGELHARDVS, *veri* eorundem *hæredes* sint futuri, non obstantibus pactis cum *Badensibus* initis. Anno 1331.
3. Compositio omnium controuersiarum & litium, quæ inter ENGELHARDVM & CONRADVM, dominos *Weinspergenses*, vertiatæ fuerant adhuc An. 1336.

4. Compoſitio litium ANNAE, natæ ex comitibus de *Helfenſtein*, cum marito ſuo CONRADO Weinspergenſi. Anno 1341.

5. Transactio inter CONRADVM de Weinsperg & WIPERTVM de DÜRN, de colono quodam in vincula coniecto, aliisque controuerſiis.

7. Transactio ENGELHARDI & CONRADI dominorum Weinspergenſium de *Scheuerberg* & iure patronatus in *Sultzbach*, nec non de caſtro Weinsperg, omnibusque iuribus, quæ domino ENGELHARDO in illo competierant. Anno 1346.

8. Transactio ENGELHARDI Weinsbergenſis & HENRICI HARSCHEN, de pago *Biberach*. Anno 1347.

9. Transactio PHILIPPI comitis de *Falckenſtein* & EMICHONIS comitis de *Leiningen* ſuper reditibus in die S. Martini. Anno 1347.

10. Promiſſio comitum *Helfenſteinenſium*, de reddendis ENGELHARDO Weinspergenſi omnibus *litteris* ſuis. Anno 1348.

11. Teſtamentum AGNESAE Weinsbergenſis. Anno 1349.

13. Compoſitio GERLACI Archiepiſcopi *Moguntini* & ENGELHARDI Weinspergenſis, de emptione caſtri & ciuitatis *Neydenau*. Anno 1358.

15 Pacta Archiepiſcopi *Moguntini* & dominorum Weinspergenſium de caſtro *zum Stein*, *Moguntinæ* eccleſiæ in feudum oblato. Anno 1367.

16.

16. Transactio ENGELHARDI de Weinsberg & ciuitatis *Heilbronnensis*, de litibus suis, ad *verbera* vsque agitatis. Anno 1369.

17. Transactio inter dominos Weinspergenses & *Götzen* de STETTEN, de curti in *Steinsfeld*, feudo Weinsbergensi. Anno 1371.

18. Litteræ FÖRDERERI de WALDECK, quibus iurato promittit, *pacem burgensem* seruare cum CONRADO de Weinsperg in castro *Guttenberg*. Anno 1378.

19. Transactio ENGELHARDI & CONRADI Weinspergensium, super castro *zum Stein*, qua prior promittit alteri 75. fl. monetæ aureæ die *Martini* & 75. fl. *die Georgii.* Anno 1382.

20. Litteræ FÜRDERERI de WALDECK, quibus spondet, se omnia, quæ pater eius WILHELMVS, cum Weinspergensibus dominis super castro *Guttenberg* pactus fuerat, sancte seruaturum. Anno 1388.

21. Transactio inter ENGELHARDVM Weinspergensem & BERINGERVM de SYNDRINGEN, super bonis in *Tegniegen* & *Brettach.* Anno 1398.

22. Pacta inter IOHANNEM Dapiferum de BALDERSHEIM & MARGARETHAM de BRAVNECK nec non matrem eius, ANNAM Weinspergensem, de villa *Au* inita. Anno 1399.

23. Pacta successoria, quibus VLRICVS & ALBERTVS comites de *Hohenlöe* ENGELHARDVM & CONRADVM, patrem & filium, Weinsbergenses dominos, omnium feudorum & bonorum suorum, nec non op-

pignorationum, *hæredes* constituunt, saluis tamen *filiarum dotibus*, quibus expresse prospectum, accedente quoque GODOFREDI comitis de *Hohenloe*, supra nominatorum fratris, & ANNAE eorundem sororis, consensu. Anno 1400. Quibus iunctus est IOHANNIS, episcopi Würtzburgensis, domini feudalis, consensus, vt VLRICVS & ALBERTVS Hohenloici, Weinspergenses dominos recipiant ad *inuestituram simultaneam*. Anno 1404.

25. Diuisio bonorum atque dominiorum inter ANNAM Weinspergensem & MARGARETHAM de *Brauneck*, illius filiam. Anno 1403.

28. Transactio inter CONRADVM Weinspergensem & HENRICVM de *Schwartzenberg*, de curti in *Möchingen* & piscatione in *Bieberebrn*, quæ ad massam diuidendam pertinuerant. Anno 1406.

29. Transactio inter ENGELHARDVM de Weinsperg & FRIEDERICVM de THVMENECK de pago *Signingen*. Anno 1406.

30. Conuentio inter IOHANNEM *Leuchtenbergensem* ab vna, & ENGELHARDVM ac CONRADVM, patrem & filium, Weinsbergenses, ab altera parte, de castro *Steinsberg*. Anno 1408.

31. Conuentio inter IOHANNEM Landgrauium *Leuchtenbergensem* & ENGELHARDVM atque CONRADVM, patrem & filium, Weinsbergenses, quod ille castrum *Pleystein* per septem annorum spatium & hi castrum *Guttenberg* per idem tempus tenere debeant. Anno 1408.

32.

32. Conuentio inter ciuitatem *Rotenburg* & CONRADVM dominum Weinspergensem de quibusdam *pauperibus hominibus* in *Biberern.* Anno 1409.

33. Conuentio inter EMICHONEM, comitem de *Leiningen* & CONRADVM, dominum Weinsbergensem, de modo satisfaciendi CONRADO Weinspergensi de *dote* matris suæ & *vidualitio* auiæ. Anno 1413.

34. Transactio inter EBERHARDVM, comitem *Würtenbergensem* & *Catharinam* RÜEDIN, de omnibus bonis, quæ FVRDERERVS de Waldeck, eius maritus, ipsi reliquerat. Anno 1414.

36. Conuentio inter *præpositum* atque *capitulum* noui monasterii (*des neuen Münsters*) Würtzburgensis, & CONRADVM Weinspergensem, de pago *Hæpferstatt.* Anno 1417.

37. Conuentio inter HENRICVM de *Hohenstein* & CONRADVM de Weinsperg, super hæreditate MARGARETHAE, comitissæ *Hohensteinensis*, natæ ex Weinsbergensibus dominis. Anno 1418.

38. Transactio inter FRIDERICVM de *Helfenstein* & AGNESAM, eius vxorem, ex Weinspergensibus ortam, ab vna atque CONRADVM Weinspergensem ab altera parte, de hæreditate. Annno 1419.

40. Conuentio inter electorem *Moguntinum* & dominum Weinspergensem, vt Weinspergensi tertiam partem, trium pagorum *Scheffelentz* pro 4000. fl. emere, liberum sit. Anno 1421.

43. Pax burgensis *Reigelsbergensis*, inter CONRADVM dominum de Weinsberg & CONRADVM de ROSENBERG inita. Anno 1425.

44. Conuentio inter OTTONEM *Palatinum Rheni* & CONRADVM Weinspergensem, de 7000. fl. quos OTTO mutuo acceperat pro CONRADO Weinspergensi & quorum nomine hypotheca constituta fuerat in dimidia parte castri Weinspergensis. Anno 1430.

46. Transactio inter CONRADVM Weinspergensem & Dapiferum de BALDERSHEIM, de diuisione oppidi Au. Anno 1436.

47. Promissio LVDOVICI, Palatini Rhenensis, CONRADO Weinspergensi facta, de remittendo, quandocunque libuerit CONRADO, subditis homagio. Anno 1441.

48. Transactio inter CONRADVM Weinspergensem & *Henricum Boden*, dictum *Marstaller*, de salario huic debito, pro eo, quod *seruus* fuerit in *Unser Frauenberg*, qui est Würtzburgi. Anno 1442.

Cistula sub lit. K. Cistula sub lit. K. continet *res iudicatas* pro dominis *Weinsbergensibus*.

1. Sententia iudicialis; CONRADVM *Weinsbergensem iuniorem* non stetisse pactis, cum CONRADO *Weinspergensi*, seniore, agnato, initis. Anno 1316.

2. Sententia inter CONRADVM & ENGELHARDVM *Weinsbergenses*, lata; quod ENGELHARDVS *Weinspergensis* omnia castra, homines, bona & iura sua perdiderit. Anno 1331.

4. Testi-

4. Testimonium iudiciale de pago *Biberach*, in lite inter WEINSBERG & HARSCHEN. Anno 1346.
5. Decisio litis inter ENGELHARDVM *Weinspergensem* & BVRCKHARDVM de WEYLER, super castro *Dabenfeld*; quod illius de WEYLER intentio non fundata sit. Anno 1354.
6. Immissio ex primo decreto (*Anleit*) ENGELHARDI *Weinspergensis*, in bona *Volcknandi* de AY HOLTZHEIM. Anno 1362.
7. Immissio ex primo decreto in prædium, quod est in *Baumen Erlingbach*, contra *Weinsberg*. Anno 1362.
8. Immissio ex secundo decreto (*erlangte Recht*) ENGELHARDI *de Weinsperg*, ob 1000. marcas argenti, in castrum *Meyenfels*. Anno 1375.
9. Mandatum *iudicii aulici imperialis* ad *Iohannem de* COHENDORFF, vt immittat ENGELHARDVM *de Weinsberg*, in castrum *Meyenfels*, ob 1000. marcas argenti. Anno 1375.
11. Attestatio iudicialis de dynastia *Falsteinensi* & iure hæreditario, quod *Weinsbergensibus* in ea competit. Anno 1389.
12. Sententia *iudicii prouincialis Würtzburgensis* de feudis in *Sommershausen*. Anno 1396.
13. Rotulus testium in causa *Weinsbergensium* contra *Crafftonem* KOLLERN, de curti in *Brettach*. Anno 1397.
14. Sententia iudicialis, quod *Alberto* de VINSTERLOHE, oppidum & castrum *Wei-*

ckersheim a *iudicio prouinciali* ducatus *Franconici* adiudicandum ſit. Anno 1398.

15. Sententia, in *iudicio parium curiæ* lata, inter CONRADVM *de Weinsberg* & *Iohannem* PFAFFENANGSTER, ſuper bonis & decimis in *Haldenbergſtetten*, feudis *Hohenloicis*. An. 1405.

16. Immiſſio ex primo decreto (*Anleit*) CONRADI *Weinsbergenſis* in bona & prædia, in *Kleineneyſelsheim* ſita, ob 1000. marcas argenti. Anno 1405.

17. Immiſſio ex primo decreto ENGELHARDI *Weinsbergenſis*, in caſtrum *Mayenfels* eiusque pertinentias, ob debitum 500. marcarum argenti. Anno 1409.

18. Immisſio ex primo decreto ENGELHARDI *Weinspergenſis*, in caſtrum *Gleichen*, pro 500. marcis argenti. Anno 1409.

19. Mandatum *iudicii aulici Heidelbergenſis*; quod *Iohannes Schwartzenbergenſis* ENGELHARDVM, dominum de *Weinsperg*, immittere debeat in caſtra *Gleichen* & *Mayenfels* ob 2000. marcis argenti. Anno 1409.

23. Mandatum *iudicii aulici Pragenſis* ad *Cunonem de* GOSTHEIM, quod CONRADVM *de Weinsberg* immittere debeat in dynaſtias *Falckenſtein*, *Münzenberg* & *Königſtein*, ob 10000. marcas auri. Anno 1420.

24. Sententia *iudicii aulici regii*, vi cuius CONRADVS *Weinspergenſis*, in poſſesſione atque vſu dynaſtiarum *Falckenſtein*, *Münzenberg* & *Königſtein* conſtituitur pro 1000. marcis auri, ipſi debitis. Anno 1422.

25.

25. Mandatum *iudicii aulici regii*, de adiuuando CONRADO *Weinsbergensi* in apprehendenda possessione dynastiarum *Falckenstein*, *Müntzenberg* & *Königstein*, ipsi adiudicatarum. Anno 1422.

26. Mandatum SIGISMVNDI, regis Rom. vt subditi *Falckensteinenses*, *Müntzenbergen-* & *Königsteinenses* CONRADVM *Weinsbergensem* recipiant. Anno 1422.

27. Mandatum SIGISMVNDI, regis Rom. ad CONRADVM Archiepiscopum *Moguntinum*, vt CONRADO *Weinspergensi* permittat toloneum alterna vice accipiendum, (*den Zoll turnus.*) Anno 1422.

28. Mandatum SIGISMVNDI, regis Rom. ad OTTONEM archiepiscopum *Treuirensem*, quod CONRADO *Weinspergensi*, permittere debat alterna vice teloneum, in *Engers* (*den Zollturnus in Engers*). Anno 1422.

29. Mandata *iudicii aulici imperialis*, ad electores *Moguntinum* & *Coloniensem*; episcopos *Würtzburgensem* & *Spirensem* nec non abbatem *Fuldensem*; vt CONRADVM *Weinspergensem* adiuuent in obtinendis dynastiis *Falckenstein*, *Müntzenberg* & *Kœnigstein*, ipsi adiudicatis. Anno 1422.

30. Eiusdem argumenti mandata ad electorem *Palatinum*, Marchionem *Badensem*, Landgrauium *Hassiæ* & Ducem *Geldriæ*. Anno 1422.

31. ad comites de *Leiningen*, *Nassau*, *Wertheim*, *Hanau*, *Cazenelenbogen*, *Isenburg*, *Moers* & *Rhineck*, Anno 1422.

32. ad nobiles de *Allezheim*, *Baldersheim*, *Cronenberg*, *Dürn*, *Franckenstein*, *Grosslock*,

lock, Guttenheim, Helmstett, Herboltsheim, Kæmmerer, Landschaden, Oberstein, & *Randeckh.* Anno 1422.

33. - - - ad nobiles de *Risenberg, Riedern, Rosenberg, Rüden, Schaumburg, Schelmen, Sickingen, Thalheim, Düngen, Tottenheim, Vechenbach, Weinheim* & *Weissen.* Anno 1422.

34. - - - ad ciuitates imperii *Treuiros, Coloniam, Argentoratum, Spiram, Wormatiam, Friburgum, Gelnhusam* & *Oppenheim.* Anno 1422.

35. Litteræ *banni imperii*, contra vrbem & ciuitatem *Weinsbergensem* promulgati, ad instantiam CONRADI, domini de *Weinsperg.* Anno 1422.

37. Sententia SIGISMVNDI, regis Rom. qua senatus & ciuitas *Weinsbergenses*, ad instantiam CONRADI, domini de *Weinsperg*, condemnantur in bannum imperii *superius*, (*in des Reichs Acht und Aberacht*) Anno 1426.

38. Pacta inter OTTONEM Palatinum Rheni & CONRADVM Weinspergensem dominum, de immissione ex secundo decreto, (*erlangte Recht*) contra ciuitatem Weinsperg impetrata. Anno 1426.

39. Litteræ CONRADI, domini *Weinspergensis*, quibus iuribus suis & immissioni contra ciuitatem Weinsperg, renunciat, eamque remittit ad imperium. Anno 1428.

41. Mandatum *Concilii Basiliensis*, quod STEPHANVS SCHERFF, magister monetæ Franckfurthensis, licet *ordines* acceperit atque *clericus* factus sit, in iure responde-

re

re debeat CONRADO *Weinsbergensi.* Anno 1438.

42. Instrumentum appellationis CONRADI, domini *Weinspergensis*, a *iudicio prouinciali* ducatus *Franconici*, ad regem Romanum FRIDERICVM. Anno 1440.

43. Mandatum *iudicii aulici Rothweilensis* ad *Palatinum* electorem, Marchionem *Badensem* ac dominos de *Caldenfels*, *Scheldenbach & Schoelmen*, vt adiuuent CONRADVM *Weinsbergensem* in obtinendis dynastiis *Falckenstein*, *Müntzenberg & Königstein*, quæ ipsi adiudicatæ fuerant. An. 1444.

44. Remissio iudicii aulici *Rothweilensis*, ciuitatis *Phedersheim*, ad forum electoris *Moguntini.* Anno 1444.

45. Remissio iudicii aulici *Rothweilensis* pagorum *Freymersheim* & *Ulfensheim*, auocante illos electore *Palatino.* Anno 1444.

46. Sententia iudicii aulici *Rothweilensis*, qua contra ciuitates *Münzenberg*, *Lyche*, *Butsbach & Kœnigstein* declaratur bannum imperii. Anno 1444.

47. Remissio RVPERTI, comitis de *Virnburg*, a iudicio aulico *Rothweilensi* facta, ad auocationem electoris *Palatini.* Anno 1444.

48. Sententia iudicii aulici *Rothweilensis*, qua contra ciuitates *Weilstatt*, *Hohungen & Lapach* declaratur bannum imperii, ad instantiam CONRADI domini *de Weinsberg.* Anno 1445.

50. Sententia iudicii aulici *Rothweilensis*, quod CONRADVS *Weinspergensis*, testimonium

nium perhibere debeat de accessu & discessu Heluetiorum ad arcem & vrbem Badensem. An. 1447.

Cistula sub lit. L.

Cistula sub lit. L. continet *emtionum* atque *venditionum*, *cessionum*, *permutationum* aliorumque *contractuum* literas.

1. Chirographum *Ludouici* comitis de DÜRN, cum CONRADO seniori atqe iuniori *Weinspergensibus*, dimidiam partem oppidi sui *Buchen*, oppignoraret pro 600. libris Hallensium. Anno 1220.

2. Litteræ monasterii *Amerbach*, quibus vendit CONRADO, *Weinsbergensi* domino, ius *patronatus* in *Rochensteinsfeld*, pro 24. libris Hallensium. Anno 1281.

3. Literæ venditionis CONRADI domini *Weinsbergensis*, de bonis in *Westheim* & *Rieden*, *Henrico de* TÜLLAV venditis, sub *nexu feudali* atque reseruatione dominii directi. Anno 1290.

5. Litteræ LVDOVICI & RVDOLPHI, comitum *Palatinorum* Rhenensium, quibus tradunt CONRADO, comiti de *Oettingen* castra & ciuitates *Steinsberg*, *Heilsbach*, *Creilsheim* & *Hohenhart*, titulo *redonationis*. Anno 1310.

6. Literæ RVPERTI comitis de *Dürn*, quibus *Rabano* de *Neuenstein* oppignorat *Orondelsall* pro 20. libris Hallensium. Anno 1312

7. Literæ CONRADI Weinspergensis, quibus vendit *Sinz Vogten*, curiam in Schluchtern pro 120. libris Hallensium cum pacto de

de retrouendendo (*uf die Wiederlösfuug*). Anno 1319.

8 Reuersales comitum Würtenbergensium, quod integrum esse debeat ENGELHARDO domino Weinspergensi, reluere castrum *Vypperg*, ipsis pro 300. libris Hallensium oppignoratum. Anno 1321.

9. Literæ CONRADI, domini Weinspergensis, quibus tradit filiis suis, CONRADO & ENGELHARDO, oppidum *Sulm* & castrum *Guttenberg*, pro oppido *Winneden*, quod oppignorauerat comitibus *Würtzburgensibus*. Anno 1323.

11. Literæ ENGELHARDI, domini Weinspergensis, quibus tradit CONRADO, ENGELHARDO & ENGELHARDO CONRADO, dominis Weinspergensibus, fratribus, pagum *Necker Gartach*. Anno 1326.

12. Confessio CONRADI Weinspergensis, quod ministerialis eius, *Seiz Kolb*, omnia bona sua in *Cochendiirn* vendiderit *Dietherro* de NAGELSBERG pro 60. libris Hallensium. Anno 1326.

13. *Engelhardus* de EBERSBERG promittit CONRADO & ENGELHARDO de Weinsperg, quod castrum *Herbolzheim* esse debeat *aperta domus* (*offen Haus*) dominorum Weinspergensium. An. 1328.

14. Literæ *Conradi Egens*, ciuis Hallensis, quibus promittit, vendere CONRADO domino Weinspergensi bona in *Appense*, *Rothenberg & Guthersloch*, quandocunque ipsi libuerit. Anno 1328.

15. Re-

15. Reuersales *Iohannes Fritzen*, ciuis Wimphensis, quod libera debeat esse ENGELHARDO Weinspergensi reluitio *portorii* Wimphensis, pro 50. libris Hallensium venditi. Anno 1334.

16. Reuersales *Conradi* ab ENDSBERG, quibus promittit, quod libera esse debeat dominis Weinspergensibus reluitio castri *Limpurg* pro 400. libris Hallensium. Anno 1334.

17 Literæ venditionis *Alberti Preussen*, de pago *Biberach*, filio suo *Henrico Harschen* vendito, pro 130. libris Hallensium. Anno 1335.

21. HERMANNVS, *Badensis* marchio, oppignorat partem suam castri Weinsperg ENGELHARDO domino de Weinsperg, pro 2025. libris Hallensium. An. 1341.

23. Renunciatio *Prioris & conuentus* Wimphensis, in fauorem ENGELHARDI, domini Weinspergensis facta, de molendino ad *Neccarum Wimphensi.* Anno 1344.

24. *Albertus Kutschen*, ciuis Oheringensis, vendit ENGELHARDO de Weinsperg piscationem in *Gostheim.* Anno 1344.

25. *Conradus* de HORNBERG vendit AGNESAE, Weinsbergensi dominæ, locum extruendi molendini in *Brettach.* Anno 1344.

26. Apocha GODOFREDI de *Hohenlohe*, dicti de *Brauneck*, de 800. libris Hallensium, pro pagis *Scheffelenz* solutis. Anno 1344.

27. Litteræ *Dieterici* de GEMMINGEN, quibus tradit ENGELHARDO de Weinsperg, bona in *Biberach.* Ann. 1344.

28. Li-

28. Litteræ venditionis, quibus *Crafft Kelner* transfert bona quædam in *Degmaren* & in marca *Odheimensi* pro 12. libris Hallensium. Anno 1346.

31. Litteræ *Conradi* de MARLOCH, quibus vendit *Dieterico Hunden* de BERLICHINGEN bona in *Siglingen* pro 80. florenis. Anno 1350.

32. Litteræ *Crafft Grecken* de KOCHENDORFF, quibus *vendit* ENGELHARDO, domino de Weinsperg, *fœminam propriam*, pro 2. florenis. Anno 1351.

33. Litteræ CONRADI domini de *Weinsperg*, quibus vendit WILHELMO, domino de *Waldeck*, partem suam in castro *Guttenberg* atque pagos *Husfelnhart* & *Muhlenbach* cum omnibus pertinentiis, pro 1600. florenis. Anno 1352.

34. Reuersales WILHELMI de *Waldeck*, quod libera debeat esse Weinsbergensibus reemtio castri *Guttenberg* atque pagorum *Hufelnhard* & *Mühlenbach*, ipsi venditorum pro 1600. florenis. Anno 1352.

36. CONRADVS dominus de *Weinsberg* vendit agnato suo, ENGELHARDO de Weinsperg, dimidiam partem castri Weinsperg, pro 1400. fl. Anno 1353.

37. Reuersales *Engelhardi* de HIRSCHHORN, de retrouendendis CONRADO *Weinsbergensi* pagis *Schefelens* &c. pro 1000. fl. Anno 1354.

38. *Engelhardus* de HELMBVND vendit ENGELHARDO de Weinsperg bona sua in *Helmbund* pro 30. libris Hallensium. Anno 1354.

39. Reuersales *Wilhelmi & Gerlaci* de BECKINGEN, quod libera esse debeat ENGELHARDO *Weinspergensi*, reluitio pagi *Unter eysesheim*, pro 100. fl. oppignorati. Anno 1354.

46. *Crafft* de LOCHICKEN vendit ENGELHARDO *Weinspergensi* partem suam in *Hainberg*, pro 10. libris Hallensium. Anno 1360.

51. *Reinhardus* HOFWARTEN vendit ENGELHARDO de Weinsperg homines suos proprios in *Alefelt & Krebsbach*, pro 40. libris Hallensium. Anno 1363.

52. Reuersales *Hartwigi* de THIERBACH, de retrouendendis ENGELHARDO *Weinsbergensi* bonis in *Cleber Sultzbach*, pro 400. fl. Anno 1365.

53. *Crafft Kelner* vendit ENGELHARDO de *Weinsperg* prædium in marca *Tegmaringensi* & prædium, *das Lowensteins Guth* dictum, pro 70. libris Hallensium. Anno 1366.

54. *Friedericus* de HOHENRIET vendit ENGELHARDO *Weinspergensi* decimas in *Brettach*, pro 150. fl. Anno 1366.

57. Reuersales *Friederici & Rudolphi* de HOHENRIET, fratrum, ENGELHARDO *Weinspergensi* datæ, quod reddere velint *Weinspergensibus* literas super emtione dicimarum in *Brettach*, si euictionem præstare non potuerint. Anno 1366.

58. Litteræ *Bruckhardi* KRVMMERN, quibus vendit GODOFREDO de *Hohenlohe*, dicto de *Brauneck*, pagum *Baldolzheim* pro 400. libris Hallensium. Anno 1366.

59.

59. *Engelhardus* de MEYENFELS, vendit ENGELHARDO de *Weinsperg* ſiluam, dictam *der Prüel*, pro 17. libris Hallenſium. Anno 1367.

61. *Degenhardus* de DRESCHKLINGEN vendit *Degenhardo* de WEYLER prædium *Hindernbach* cum iudicio & Vogtia, pro 90. libris Hallenſium. Anno 1368.

62. Reuerſales *Iohannis* OTTERI, de retrouendenda ENGELHARDO *Weinsbergenſi* dimidia parte pagi *Biberach*, pro 450. fl. Anno 1369.

63. *Rudgerus* de HAAG tradit CONRADO Weinspergenſi bona ſua & cenſus in *Neuſtatt*, *Helmbünd & Gleber Sultzbach.* Anno 1371.

66. Reuerſales *Bickeri* LANDSCHADENS, quod libera eſſe debeat ENGELHARDO Weinspergenſi reluitio curiæ in *Heidelberg*, ſibi pro 100. fl oppignoratæ. An. 1375.

67. CONRADVS Weinspergenſis vendit *Hermanno* de WITTSTATT vogtiam in *Iagsfeld* pro 50. fl. reſeruato tamen iure reemendi. Anno 1376.

68. Promiſſoriæ literæ *Sigfridi* de MICHELFELD, *Engelhardo* Weinsbergenſi datæ, cum permiſſum ipſi eſſet, ædificare domum *in dem Burgſtadel zu Steinsfeld.* Anno 1378.

69. Conſenſus ADOLPHI *Moguntini* archiepiſcopi, quod retinere debeat CONRADVS Weinspergenſis pratum 15. modorum (*Morgen*) in *Herbertsheim*, oppignoratum ipſi pro 120. fl. donec eccleſia Moguntina illud reluat. An. 1379.

70. Reuerſales *adminiſtratorum eccleſiaſticorum* in *Aptsgmünd*, ENGELHARDO Weinspergenſi datæ, de lapicidinis & piſcatione *in der Roth.* Anno 1379.

71. Litteræ venditionis, quibus ALBERTVS de *Lœwenſtein* vendit CONRADO Weinspergenſi hominem aliquem proprium pro 4. fl. An. 1379.

73. Reuerſales CONRADI Weihspergenſis, canonici Moguntini, ALBERTO comiti de *Lœwenſtein* datæ, de reluitione *Gleichen.* Anno 1380.

74. CONRADVS de Weinsperg vendit *Wolffen* de WVNNENSTEIN, partem ſuam caſtri *Guttenberg* cum pagis *Hüfelhart & Mühlenbach*, pro 1000. fl. Anno 1381.

76. *Appel* de *Creilsheim* vendit ENGELHARDO Weinspergenſi locum torcularis in *Veberperg*, pro 50. libris Hallenſium. Anno 1384.

77. Reuerſales Iohannis OERTTERI, quibus, permittit CONRADO Weinspergenſi reluitionem duarum curiarum in *Groſs & Kleinen-Eyſesheim*, quæ ſibi oppignoratæ fuerant pro 150. fl. An. 1386.

78. Conſenſus ENGELHARDI Weinspergenſis, fratri ſuo ENGELHARDO indultus, vt liceat ipſi facere *ſtagnum in Neuſtadt*. An. 1389.

82. Apocha FVRDERERI de Waldeck, de ſolutis ſibi 1600. fl. a CONRADO Weinspergenſi, Archiepiſcopo *Moguntino*, pro reluenda dimidia parte caſtri *Guttenberg*, ſibi oppignorata. An. 1391.

84.

84. Consensus ECKARDI episcopi *Wormatiensis*, vt liceat ENGELHARDO *Weinsbergensi* vendere *Guttenberg*, cum pacto tamen de retrouendendo. Anno 1397.

85. Litteræ testimoniales *iudicii prouincialis* ducatus Franconiæ, quod *Hartmannus* FVCHS ciuitatem *Weickersheim*, cum omnibus pertinentiis, sibi oppignoratam a dominis *Hohenloicis*, tradiderit ANNAE, dominæ *Weinsbergensi*. An. 1398.

86. Copia literarum, quibus CONRADVS *Weinspergensis Iohanni* DAPIFERO de BALDERSHEIM vendit *Au* & partem suam in *Gossmannsdorff* pro 3400. fl. Anno 1399.

87. Copia literarum, quibus DIETERICVS, archiepiscopus *Moguntinus*, vendit CONRADO Weinspergensi castrum & ciuitates *Crautheim* & *Ballenberg* cum omnibus pertinentiis, pro 1000. fl.

88. *Beringer Reichen* de MERGETHEIM vendit CONRADO Weinspergensi decimas vinearum in *Wachbach* pro 100. florenis. Anno 1400.

89. Illi de COCHENDORFF vendunt *Seyfrido* de MICHELFELD decimas in *Lauppach* pro 140. fl. Anno 1400.

92. Litteræ RVPERTI, regis Romani, quibus indulget CONRADO Weinspergensi ius extruendi molendini in *Baldersheim*. Anno 1402.

93. Instrumentum publicum super regalibus & iuribus dominorum *Weinspergensium* in *Hopferstatt*. Anno 1403.

94. *Wilhelmus Geyer* in GIBELSTATT vendit CONRADO Weinspergensi reditus & census

 suos

suos in *Eyershausen* pro 110. fl. Anno 1403.

95. Litteræ ANNAE, dominæ Weinspergensis, quibus transfert in CONRADVM *Weinsbergensem*, iura atque actiones suas ad dynastiam Falckenstein. Anno 1403.

96. Literæ *Conradi Dapiferi*, quibus vendit CONRADO Weinspergensi duas curias in *Baldersheim* pro 159. florenis. Anno 1403.

97. Literæ *Conradi Dapiferi* de BALDERSHEIM, quibus promittit Weinspergensibus & *Hohenloicis* 110. maltreda redituum vitalitiorum. Anno 1403.

98. Literæ ENGELHARDI domini de *Weinsperg*, quibus transfert in filium CONRADVM administrationem atque regimen terrarum suarum. An. 1404.

100. *Annà Behmnin* de SCHEINFELD transfert omnia bona, a *Conrado* DAPIFERO, filio eius, relicta & a CONRADO *Weinspergensi*, iure pignoris, possessa, in *Iohannem* de GRVMBACH. Anno 1404.

102. Vidimus literarum ENGELHARDI *Weinspergensis*, quibus vendit illis de HELMSTETT oppidum *Neustatt am Kocher* cum pagis *Gosheim*, *Steinsfeld*, *Cleber Sultzbach* & *Dahenfeld*, pro 14500. fl. Anno 1405.

103. Vidimus reuersalium illorum de *Helmstett*, quibus permittunt ENGELHARDO *Weinspergensi* reemtionem oppidi *Neustadt* & pagorum simul venditorum, quandocunque ipsi libuerit. Anno 1405.

104.

104. Teſtimoniales literæ *iudicii prouincialis* ducatus Franconici; quod CONRADVS *Weinsbergenſis* vxorem ſuam ANNAM receperit in communionem hypothecarii iuris in *Au Stalldorff* & *Hopferſtat* pro 4750. fl. vt & in *Kœnigsſtein* & *Rettersheim* pro 1200. fl. Anno 1406.

105. *Fridericus* & *Leonhordus* ab EHENHEIM vendunt CONRADO *Weinsbergenſi* curtim ſuam in *Baldoltzheim* pro 400. fl. Anno 1406.

106. Renunciatio *Sigfridi* ab EHENHEIM, ſuper curti inferiore in *Baldolzheim*, quam agnati eius vendiderant CONRADO Weinspergenſi. Anno 1406.

107. *Wipertus* de HELMSTETT abſoluit ab homagio ſubditos caſtri *Guttenberg*, quod CONRADVS *Weinsbergenſis* reluerat. Anno 1406.

108. Literæ *Abbatis Mühlenbrunnenſis*, quibus vendit CONRADO *Weinspergenſi den Münchhoff in Schluchtern*, pro 148. fl. An. 1407.

109. Literæ *Gœtz Weinspergers*, quibus vendit CONRADO, domino de Weinsperg, bona quædam in *Neuſtatt* pro 60. fl. Anno 1408.

110. Literæ permutationis de duabus *domibus præbendariis* in Weinsberg. Anno 1408.

111. Literæ CONRADI domini Weinsbergenſis, quibus vendit *Volmaro* LEMBLIN quartam partem caſtri *Guttenberg*, pro 1000. fl. Anno 1411.

112. Consensus IOHANNIS episcopi *Wormatiensis* in venditionem quartæ partis castri *Guttenberg* pro 2000. fl. Anno 1411.

114. Litteræ *Abbatis & conuentus Schœnthalensis*, quod libera esse debeat CONRADO Weinspergensi relutio duarum librarum pecuniæ in prato *dem Kammerad & Kühmenleben* sito, pro 40. libris Hallensium. Anno 1412.

115. Litteræ testimoniales *iudicii & vniuersitatis Hopferstadiensis* de regalibus & iuribus dominorum Weinspergensium in *Hopferstatt.* Anno 1414.

117. Reuersales *Conradi* de ROSENBERG, equitis, de permittenda CONRADO Weinspergensi reluitione castri *Rachelsberg*, pro 7000. fl. Anno 1416.

119. Consensus IOHANNIS Würtzburgensis, vt liceat CONRADO de Weinsperg vendere castrum *Raigelsberg Conrado* de ROSENBERG, pro 700. fl. cum pacto de retrouendendo. Anno 1418.

120. *Conradus* de ROSENBERG, eques, vendit agnato suo, CONRADO de ROSENBERG, seniori, castrum *Raigelsberg* pro 7000. fl. Anno 1418.

121. Reuersales ecclesiæ in *Hassmersheim*, de permittenda Weinspergensibus dominis reluitione bonorum ibi sitorum. Anno 1419.

122. Illi de GOSSHEIM vendunt CONRADO domino *Weinspergensi* bona in *Braunbach* pro 409. fl. Anno 1419.

123. *Wilhelm Geyer* in GIBELSTATT vendit CONRADO domino de Weinsperg, pro

pro 110. fl. censsus ac reditus suos in pago & marca *Urhausen*, perpetuo possidendos (*zur Urtet*). An. 1419.

124. Reuersales *Iohannis Krimmen*, Sculteti in *Neidenau*, quod CONRADO domino *Weinsbergensi* libera esse debeat reluitio piscinæ in *Sickingen*, ipsi oppignoratæ pro 60. fl. Anno 1419.

125. *Seyfardus* de MICHELFELD tradit CONRADO, domino *Weinspergensi*, omnia bona sua in *Laupach*, *Neydeck*, *Weislinsburg*, *Muhlbach*, *Bacherach & Buch* pro censu vitalitio annuo. An. 1421.

127. Reuersales CONRADI *Moguntini* archiepiscopi & IOHANNIS episcopi Würtzburgensis, cum ipsis CONRADVS, dominus *Weinsbergensis*, oppignorasset *Höllenbach*, *Adelzhausen*, *Wermbrechtshausen*, *Elpersheim*, *Schöfftersheim*, *Rettersheim*, *Stalldorff*, *Biberehrn*, *Urhausen*, *Rinderfeld*, *Streichenthal*, *Herbertshausen*, *Queckbronn*, *Neunbrunn*, *Nassau & Gau-Kœnigshofen*. An. 1422.

128. Reuersales OTTONIS, *Palatini* Rheni, quod venditi sibi a CONRADO, *Weinspergensi* domino, pagi; *Scheffelenz*, *Sygingen*, *Kreßbach*, *Brettach*, *Schwabach*, *Brezfeld*, *Bizfeld*, *Scheppach*, *Hohenbuch*, *Mühlbach*, *Guttenberg* & omnia, quæ in *marca Weinsbergensi* habuerat, nec non *Eberstatt*, *Sulzbach*, *Hœlzern*, *Grausheim*, *Gelmersbach*, *Buchern & Lienach*, post mortem eius, redire debeant ad familiam *Weinspergensem*. Anno 1423.

130. *Conradus* de SECKENDORFF vendit CONRADO, domino *Weinsbergensi*, pagum *Biberehrn*, pro 700. fl. An. 1424.

131. Litteræ CONRADI, domini *Weinsbergensis*, LVDOVICO *Palatino* Rheni datæ, super reluitione dimidiæ partis dynastiæ *Weinspergensis*. An. 1425.

132. Apocha *Henrici Fickels*, de pretio 300 fl. pro vendito iure suo in *Geyselbrechtshofen*. Anno 1425.

133. *Conradus* de SECKENDORFF vendit CONRADO domino *Weinspergensi* castrum *Clingenstein* & villam *Clingen* pro 380. fl. Anno 1425.

137. Apocha *Conradi* de ROSENBERG, de solutis sibi a CONRADO, *Weinsbergensi* domino, 3500. fl. pro reluenda dimidia parte castri *Raigelsberg*. Anno 1425.

136. Transactio CONRADI, domini *Weinsbergensis* & *Conradi* de ROSENBERG, super reluitione castri *Raigelsberg*, conciliatore LVDOVICO *Palatino* Rheni. Anno 1425.

135. LVDOVICVS *Palatinus* Rheni profitetur, CONRADVM *Weinspergensem* nulla sibi perscripsisse falsa aut mendacia, in controuersia cum *Conrado* de ROSENBERG, super reluitione castri *Raigelsberg*. Anno 1425.

134. Testimoniales literæ quorundam nobilium, de iis, quæ occasione reluitionis castri *Raigelsberg* inter CONRADVM dominum *Weinspergensem* & *Conradum* de ROSENBERG acciderunt. Anno 1425.

138.

138 Litteræ OTTONIS, *Palatini* Rheni, quibus tradit CONRADO, domino *Weinsbergensi*, oppidum *Sindsheim*, donec solutum ei fuerit pretium pro quarta parte ciuitatis *Weickersheim* aliisque bonis in *Franconia*, Palatino venditis. Anno 1426

140. CONRADVS, dominus *de Weinsberg*, oppignorat filiæ suæ ELISABETHAE, viduæ ducis *Saxoniæ*, castrum *Guttenberg* cum pertinentiis, pro 7000. fl. saluo iure reluendi. An. 1429.

141. Consensus FRIEDERICI episcopi *Wormatiensis*, quod liberum esse debeat CONRADO, domino *Weinspergensi*, pignus constituere filiæ suæ ELISABETHAE, viduæ ducis *Saxoniæ*, in castro *Guttenberg*, pro 7000. fl. ipsi debitis. Anno 1429.

142. Copia Reuersalium LVDOVICI Electoris *Palatini*, quibus CONRADO *Weinsbergensi*, post *sedecim* annos elapsos, permittit reluitionem bonorum *Weinspergensium*, sibi oppignoratorum pro 4000. fl. Anno 1430.

143. CONRADVS dominus *Weinspergensis* oppignorat OTTONI *Palatino* vectigal in *Simringen* & quæ ad id pertinent conductus & vectigalia alia, pro 1000. fl. saluo iure reluendi. Anno 1430.

144. Reuersales *Wiperti* de HELMSTETT; quod liberum esse debeat CONRADO domino *Weinspergensi*, reluere quartam partem oppidi *Neustatt*, oppignoratam sibi pro 500. fl., quocunque anno libuerit CONRADO. Anno 1431.

145.

145. *Engelhardus* de HELMÜNDE, iunior, vendit CONRADO *Weinsbergensi* curtim suam in *Wagenbach* pro 120. florenis. Anno 1431.

146. Reuersales capitularium in *Meckmüln*, quod oppignoratum sibi *saltum Siglingensem* pro 500. fl. reluendi habere debeat potestatem CONRADVS dominus *Weinsbergensis.* Anno 1433.

147. CONRADVS dominus *Weinspergensis* vendit *Iohanni* de GEMMINGEN partem de *Weinsberg* pro 4000. fl. saluo iure reemendi. An. 1438.

148. *Engelhardus* de HELMVNDE vendit CONRADO domino Weinspergensi curtim suam in *Wagenbach* pro 120. fl. reseruato iure reemendi. Anno 1439.

149. Reuersales *Reinhardi* de HELMSTETT, ENGELHARDO domino de *Weinsberg* datæ; quod in reluitione *Schwarzachii*, impensæ *ædificiorum* non debeant refundi. An. 1441.

150. Acta inter CONRADVM dominum *Weinspergensem* & *Dietericum* de GEMMINGEN, circa venditionem castri *Guttenberg.* Anno 1441.

151. Copia literarum, quibus *Iohannes* de ERNBERG vendit CONRADO, domino de *Weinsberg*, castrum *Gochsheim.* Anno 1442.

152. *Iohannes* de ERNBERG promittit CONRADO, domino *Weinsbergensi*, euictionis præstationem de vendito castro *Gochsheim.* Anno 1442.

153.

153. *Conradus* & *Iohannes Rüedenii* de *Bœddigkheim* vendunt CONRADO domino de *Weinsperg*, castrum *Ernstein* cum pertinentiis, pro 1000. fl. Anno 1443.

154. Acta inter ROSENBERG & WEINSPERG, de reluitione septem pagorum, quam *Hohenloici*, sibi competere, contenderant. Anno 1443.

155. Copia literarum, quibus CONRADVS, dominus de *Weinsberg*, vendit monasterio *Lichtenstein*, census quosdam atque reditus in *Grossen-Eysesheim* & in marca *Biberach*. Anno 1445.

156. Apocha *Catharinæ* de SICKINGEN, de solutis sibi 1500. fl. pro castro & pago *zum Stein*, CONRADO domino Weinspergensi venditis. Anno 1446.

Cistula sub lit M. condinet literas diffidationum & fœderum dominorum Weinspergensium, quæ ipsis cum pluribus nobilibus atque ciuitatibus Sueuiæ intercesserunt. Quas, cum nullius vsus esse futuras putarit descriptor, recensere sigillatim, superuacaneum duxit. Suo quidem iudicio. Cistula sub lit. M.

V. NOTITIA MONVMENTORVM ET PRIVILEGIORVM CIVITATIS NORTHEIMII.

1. Litteræ ALBERTI iuuenis, ducis *Brunsuicensis*, quibus profitetur, nolle se molestum esse vrbi *Northemio* tributis atque exacti-

exactionibus, quod *noua* illa sit. Anno 1252.

2. ALBERTVS & IOHANNES, duces *Brunsuicenses*, *Northemii* ciuitati eadem iura concedunt, quibus gaudent *Gœttingenses*. Anno 1265.

3. HENRICVS, dux *Brunsuicensis* confirmat *Northeimii* ciuitati iura *Gœttingensium*, vbi mentio occurrit GVNZELINI, comitis de WIET. Anno 1279.

4. OTTO, dux *Brunsuicensis*, concedit *Northeimensibus* omnia iura atque priuilegia, quæ *Gœttingensi* ciuitati competunt. Anno 1292

5. Literæ ALBERTI ducis. Anno 1303.

6. Eiusdem ALBERTI, ducis *Brunsuicensis*, literæ, quibus permittit burgensibus *distinctionem* arcis *Rumenau*. An. 1303.

7. ALBERTVS, dux *Brunsuicensis*, concedit monasterio & ciuitati *den Wiederberg*, cum pertinentiis. An. 1305.

8. OTTO, dux *Brunsuicensis*, indulget ciuitati *Northeim* omnia iura & priuilegia, quibus gaudent *Gœttingenses*. Anno 1305.

9. Priuilegium ALBERTI ducis *Brunsuicensis*, quod nullum ex indigenis ciuibus velit constituere *aduocatum* ciuitatis. An. 1311.

10. OTTO & MAGNVS duces *Brunsuicenses*, fratres, vendunt *monetam* Northeimensibus, pro XXX. marcis argenti puri, ponderis & qualitatis *Northeimensis*, (*Northeimischer Weichten und Witte*) quo-

quocunque tempore reluendam. Anno 1334.

11. OTTO, dux *Brunſuicenſis*, concedit Northeimenſibus tres *nundinas* anniuerſarias. Anno 1336.

12. OTTO & MAGNVS, duces *Brunſuicenſes*, vendunt ſenatui curiam, quam habuerat *Burgundus* de WOLTERSHAVSEN pro 70. marcis argenti puri, adiecta conditione, vt ſoluat inde ſingulis annis vnum *fertonem* argenti puri Abbati S. *Blaſii*. Anno 1334.

13. MAGNVS & ERNESTVS, fratres, duces *Brunſuicenſes*, confirmant venditionem curiæ. Anno 1344. *Sigillum* MAGNI, *ducis, eſt Leo, cuius pectori appendet ſcutum cum duobus Leonibus. Capiti eius impoſita eſt galea* mit zwey Seckeln von Federn.

14. ERNESTVS, dux *Brunſuicenſis*, ALBERTI filius, confirmat Northeimenſibus priuilegium, quod gaudere debeat ciuitas iuribus atque priuilegiis *Gœttingenſium*. An. 1345.

15. OTTO, dux *Brunſuicenſis*, ERNESTI filius, confirmat priuilegia patris, Northeimenſibus indulta. Anno 1367.

16. OTTO, dux *Brunſuicenſis*, confirmat Northeimenſibus *tres nundinas* annuas, additis *nundinis hebdomadalibus* die ſabbati. Anno 1384.

17. OTTONIS, ducis *Brunſuicenſis*, confirmatio collegiorum *opificum* Northeimenſium. Anno 1387.

18.

18. OTTO, dux *Brunſuicenſis*, concedit ciuitati ius *piſcandi* in flumine *Rhuma*, iuxta pontem longum, *bey der langen Brücken und dem Sülwende*. Anno 1395.

19. OTTO, dux *Brunſuicenſis*, oppignorat *conductum* pro 182. marcis argenti. Anno 1405.

20. OTTO dux *Brunſuicenſis*, oppignorat *vogtiam* & munus *Sculteti* pro 106. florenis. An. 1430.

21. OTTO, dux *Brunſuicenſis*, indulget ſenatui; vt, ſi in cauſis criminalibus *Grauio Brunſteinenſis iudicii*, requiſitus ad iudicandum, iudicare noluerit, ſenatus ſolus iudicium, adminiſtrare, ſententiam publicare atque exequi poſſit. Anno 1437.

22. Confirmatio omnium priuilegiorum. An. 1476.

23. WILHELMVS ſenior *Brunſuicenſis*, terrarum Brunſuicenſium ſupremus adminiſtrator (*Overwaldt*), *ad Linam & Luneburgi* dux; comes *Eberſteinii, Wunſtorffii, Hallermündæ & Wolpiæ* (*zu der Wolpe*); dominus in *Hœnburg*, confirmat tres *nundinas* annuas. Anno 1477.

24. WILHELMVS, dux *Brunſuicenſis*, oppignorat *Vogtiam Northeimenſem Iohanni* ERTICHVSIO pro 200. fl. cum filiam ſuam ANNAM WILHELMO ſeniori, Landgrauio *Haſſiæ* elocaret. Anno 1488.

25. WILHELMVS, dux *Brunſuicenſis*, confirmat omnia

omnia priuilegia, immunitates & consuetudines ciuitatis Northeim. Anno 1491.

26. WILHELMVS, dux *Brunsuicensis*, concedit ciuitati Northeim balneum *Guleckense*, si forte illud salutiferum reputari atque frequentari, cœperit. Anno 1492.

27. WILHELMVS, dux *Brunsuicensis*, pro se & successoribus suis, immunem pronunciat pagum *Hammernseit* ab omnibus angariis & contributionibus, a se & successoribus suis imponendis. Anno 1491.

28. WILHELMVS, dux *Brunsuicensis*, permittit senatui Northeimensi, vt facere illis liceat *piscinam magnam, unter dem Bürgerholtz*. An. 1493.

29. WILHELMVS, dux *Brunsuicensis*, indulget senatui Northeimensi, vt post *inuentam sententiam*, in causis criminalibus, ipsi *iudicio Brunsteinensi* (zum Brunstein) interesse, non teneantur. Anno 1495.

30. ERICVS, dux *Brunsuicensis*, confirmat omnia priuilegia, gratias, immunitates, concessiones, litteras atque consuetudines ciuitatis Northeimensis. Anno 1502.

31. ERICVS, dux *Brunsuicensis* promittit ciuibus Northeimensibus immunitatem a *nouo vectigali*, quo ipsum MAXIMILIANVS imperator donauerat; ciues contra permittunt duci, vt extruat intra vrbem tabernam vectigalis recipiendi, *das Zollhaus*. Anno 1502.

VI. *Transumtum* codicilli augustalis FRIDERICI II. imperatoris, quo POMERANIAE DVCATVM, vt marchicae *Brandenburgicae feudum*, agnoscit, renouatque illud *fratribus marchionibus*, ODDONI & IOANNI, Anno 1231.

Nos frater GERHARDVS, dei & apostolice sedis (gratia) episcopus Pomitzaniensis. *Notum facimus per hoc presens publicum* transsumptum, *quibus expedit, vniuersis. Quod constitutus coram nobis religiosus vir, frater* Gregorius *de* Bischofswerder, *nostre Pomezaniensis diocesis, Magnifici & Religiosi domini, fratris Michaelis* Kochmeister, *ordinis beate Marie theutunicorum Magistri generalis, capellanus ac eiusdem & sui ordinis, ad infra scripta, procurator & sindicus constitutus, prout de hoc nobis plenam fidem fecit, quasdam literas autenticas quondam* domini FREDERICI Imperatoris Romani, *eius vero* Bulla aurea *in filis* sericeis *impendens* bullatas, *sanas & integras, non viciatas, non cancellatas, neque in aliqua earum parte suspectas; sed omnibus prorsus vitio & suspicione carentes, nobis* exhibuit *&* presentauit, *asserensque; magno subiacere periculo, si eiusmodi litere, propter earum* vetustatem *& viarum diuersa* discrimina, *de loco ad locum duci deberent, quotiens*

GERHARDVS episcopus refert An. 1421.

quod produxerint coram,

FRIDERICI II. augustalem codicillum, aureæ bullæ.

vt eius apographum scriberet firm. eareiq

 ad

ad probandam ordinis sui iustitiam, *super contentis in eisdem, necessitas exigeret, vnde nos, cum constantia debita, requisiuit - - - - easdem literas, cum decreti nostri interpositione, de* verbo *ad* verbum transcribi, transsumi & publicari *per* notarios *infra scriptos, mundare, auctoritate ordinaria dignaremus; iustis igitur ipsius petionibus annuentes, rationabiliter easdem literas ad nos recepimus, ipsasque per notarios infra scriptos* transscribendas, transsumendas & publicandas, *quantum de iure potuimus, decreuimus &, facta diligente* auscultatione *de literis* originalibus *ad* transsumtum, autoritate nostra ordinaria, eisdem literis in iudicio & extra, vbique locorum standi decreuimus & decernimus per presentes. *Bulla* vero predictis literis appensa *rotunda* de *puro auro* erat, in cuius medio ab vna parte *imago* cuiusdam *regis coronati, in solio sedentis & in dextra* sceptrum & *in sinistra manibus* pomum *cum* cruce *tenentis, videbantur, litere vero circa ipsam imaginem ad* sinistram *partem sic legebantur. S:* Rex Ierusalem & *litere ad dextram partem sic legebantur*: & Sicilie, *sed litere circumferentiales sic legebantur:* FRIDERICVS Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus. In alia parte dicte Bulle & in medio eius forma cuiusdam *edificii seu* ciuitatis *ab vtraque parte duabus, turribus, vna depressa & alia alta & in medio vna alia* Turris, aliis eminentior, apparebant; litere circumferentiales sic legebantur: *Roma caput mundi regit orbis frena rotundi. Tenor* vero predictarum literarum de verbo ad verbum ac cum *signo Imperiali* sequitur & est talis.

adplenam ei fidem conciliandum.

bullæ descriptio

& inscriptio titulorum.

In

IN *Nomine ſanɫte & indiuidue Trinitatis* FREDERICVS *ſecundus diuina fauente clementia Romanorum Imperator, ſemper auguſtus, Ieruſalem & Sicilie Rex.* Requirit Imperii dignitas & celſitudo exigit principalis; vt fauore ceſareo *vota principum* conpleantur, quorum merita transfundi debent liberaliter in *heredes*, qui non minus *paterne fidei*, quam virtutis creduntur effici ſucceſſores, defeɫtumque preſentium circa Imperii decus, effeɫtu deuotionis, conplere. Inde eſt igitur, quod, preſentis ſcripti ſerie, notum fieri volumus Imperii fidelibus, tam modernis, quam poſteris vniuerſis; quod dileɫtus *princeps* noſter IOHANNES, *Marchio de Brandenburg*, noſtro culmini ſupplicauit, quatenus *Marchiam Brandenburgicam*, cum omni *honore* & pertinentiis ſuis & alia feoda, que quondam ALBERTVS *Marchio* Brandenburgenſis, pater eius, de *manu noſtra* & *Imperii* poſſidebat, quemadmodum eidem *Alberto*, genitori ſuo & heredibus eius, priuilegium *liberalitatis* noſtre inde conceſſimus, vna cum *Ducatu* POMERANIE, eidem *Ioanni* & *Oddoni* fratri ſuo, ſi ipſum *Iohannem* premori contigerit ac heredibus vtriusque concedere & confirmare, de noſtre celſitudinis gratia, dignaremur. Nos autem

FRIDERICVS II. imperator an. 1131.

precibus IOHANNIS marchionis Brandenburgici. Marchiam Brandenburgicam cum pertinentiis & ducatu Pomeraniæ, ſicut pater Albertus illa tenuerat, confert

tem, attendentes deuotionem & fidem dicti quondam *Alberti Marchionis, patris* eorum, quam ad nostram & *Imperii celsitudinem* habuit & quam deuote nobis & Imperio seruierit, quoad vixit, sperantes insuper ab eisdem *Iohanne* & *Oddone* fratribus, tamquam paterne successores fidei, seruitia recipere gratiora, predictam *Marchiam Brandenburgensem*, cum omni honore, prouentibus & iuribus, ad eam spectantibus, nec non & alia *feuda*, que nominatus *Marchio*, *pater* eorum, a nobis & Imperio noscitur tenuisse, sicut olim, eo superstite, sibi & heredibus suis concessimus. Item prenominatis *Iohanni* Marchioni & *Oddoni fratri* eius, si premori contigerit eundem Iohannem, ac heredibus eorum, ex certa scientia, iuxta *consuetudinem Imperii*, concedimus & perpetuo confirmamus de superhabundantiori gratia nostra, *confirmandum* eisdem DVCATVM POMERANIE, prout dictus, quondam & predecessores eorum noscuntur a *nostris predecessoribus* tenuisse. Presentis quoque priuilegii auctoritate mandamus; quatenus nulla persona, sublimis vel humilis, ecclesiastica vel mundana, predictum *Iohannem* Marchionem & *Oddonem* fratrem eius ac eorum heredes, contra concessionis & confirmationis nostre paginam, molestare presumat, quod

IOHANNI Marchioni Brandenb. & OTTONI fratri eius, eorundemque hæredibus ac posteris, iuxta consuetudinem imperii, quod Pomeraniam iam olim S.R.I. feudum tenuerint eorum præ-decessores.

quod qui presumpserit, penam *quingentarum librarum auri* se conpositurum agnoscat, medietatem curie nostre & reliquam iniuriam patienti. Ad huius itaque concessionis & confirmationis nostrae memoriam & robur, perpetuo valiturum, presens *priuilegium* fieri & *bulla aurea*, *typario* nostre *maiestatis* inpressa, iussimus communiri. Huius autem rei testes sunt B. patriarcha *Aquilegensis*, *Magdeburgensis* - - - *B. Panorminatensis* archiepiscopus: *C. Babenburgensis. S. Ratisponensis*, Imperialis aule *Cancellarius* - - *Wormatiensis, Osenburgensis N. Regnitz* - - *Ymolensis* - - - *Brixinensis episcopi* H. Dux *Saxonie* - L. Dux *Meranie*. B. Dux *Carinthie*, Landgrauius *Turingensis*. H. comes de *Waldeberg*. L. Landgrauius de *Luckenburg*. A. Comes de *Schweburg*. H. comes de *Ortenburg*. L. comes de *Halremunt*. M. comes de *Mulburg*. B. comes de *Harnestein sacri Imperii in Italia Legatus*. G. DAPIFER. *L. Pincerna de Clingenburg*. Th. comes *Attirr*. Marchio *Lansa*. B. comes de *Loreto*. Burchardus *camerarius* & alii complures. *Signum Domini Frederici secundi dei gratia inuictissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti, Ierusalem & Cecilie Regis. Acta sunt hec anno dominice* incarnationis *Millesimo ducentesimo tricesimo primo*, mensis *Decembris*, quintæ *indictionis*

Inde aurea bulla,

typarium maiestatis.

Testes episcopi

duces

Landgrauii,

comites,

officiales,

Italiæ comites, marchiones.

Signum imperatoris,

Actum an. 1231.

imperante domino nostro *Frederico dei gratia inuictissimo Romanorum Imperatore* semper Augusto, Ierusalem & Secilie rege. Anno *Imperii* eius duodecimo, *regni* Ierusalem septimo, Regni vero *Sicilie* tricesimo quarto feliciter. Amen. Ego SIFRIDVS Ratisponensis episcopus, imperialis aule cancellarius *vice Domini* COLONIENSIS *archiepiscopi*, totius Italie Archicancellarii, *recognoui. Datum in ciuitate* RAVENNE *anno mense & indictione prescriptis.*

Recognitio imperialis aulæ cancellarii vice Coloniensis Italiæ cancellarii. Datum RAVENNAE an. 1231. transsumtum in capella castri Rosenburg 1421.

In quorum omnium & singulorum veritatis testimonium *premissorum hoc presens publicum transsumtum fieri, nostri quoque* sigilli maioris *appensione iussimus communiri. datum & actum in* capella *minori castri nostri* Rosenburg, *nostre Residentie, sub anno domini* millesimo quadringentesimo vicesimo primo, *indictione quarta decima, die vero decima mensis* Maii, *hora tertiarum vel quasi.* Pontificatus *sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, Domini* MARTINI, *diuina prouidentia* Pape *quinti, anno eius* quarto, *presentibus ibidem honorabilibus & discretis viris, dominis Nicolao, plebano de Hoenstein &* curie *nostre* officiali; *Laurentio carpentarii de* Thorun, *capellano nostro & Iohanne* Liebenwald, *notario publico, clerico* Culmensis *diocesis, testibus ad premissa vocatis & rogatis.*

Coram testibus

& notariis, quorum alter

Et ego Iohannes, quondam Iohannis Roseneris *de Soraw* - - - *Mysnensis diocesis,* Imperiali *auctoritate* notarius *publicus quia predictarum literarum presentatarum, receptarum*

rum & decreta interpositorum omnibusque aliis & singulis premissis, dum sic, vt premittitur, fierent & agerentur, vna cum Casparo, collega meo, notario *publico subscripto & cum prenominatis testibus, presens interfui, eaque sic fieri, vidi & audiui. Ideo hoc presens publicum* TRANSVMPTVM, *de mandato reuerendi in Christo patris & domini, domini* Gerhardi, *episcopi prefati & ad requisitionem domini* Gregorii, *procuratoris predicti* transsumpti & *facta collatione diligenti, me aliis arduis prepeditum negotiis,* per alium *fideliter* scriptum, *exinde confeci publicum & in hanc publicam formam redegi,* signo & nomine *meis solitis & consuetis, vna cum dicti domini* episcopi sigilli maioris *appensione, consignaui, rogatus & requisitus in fidem & testimonium omnium & singulorum premissorum.* **subsignat cum appensione sigilli episcopalis maioris.**

Et ego Caspar *sartoris* de *Ylow theue, clericus* Pomezaniensis *diocesis, sacra imperiali autoritate* notarius *publicus, qui predictarum* literarum presentationi, receptioni, requisitioni, *decretique* interpositioni, *omnibusque aliis & singulis premissis, vna cum* notario *publico &* testibus *supra scriptis,* presens *interfui eaque omnia & singula sic, vt praemittitur, vidi fieri & audiui, ideoque hoc præsens* publicum transsumptum, *de mandato dicti reuerendi patris & domini* episcopi *ac ad requisitionem* procuratoris *ante dictii* manu aliena *conscriptum, exinde, confeci publicau & in hanc publicam formam redegi,* signoque & nomine *meis solitis & consuetis, vna cum prefati domini episcopi sigilli* minoris *appensione,* consignaui, *requisitus in fidem premissorum.* **Alter. cum appensione sigilli episcopalis minoris**

LIB. VI.

VLTIMAE LINEAE APPENDICVLA

MEMORIA THALAMI

IN XL. ANNOR. CONNVBIO
MATRONAE NOBILIS

ANNAE MARGARETHAE

DE

LVDEWIG

NATAE DIE X. OCTOBR. CIↃ IↃ C LXX.
MORTVAE DIE V. MENS. MARTII CIↃ IↃ CCXL.
QVAM REPETIIT

MARITVS

SAVCIO CALAMO
TRISTI TVRBATAQVE MENTE

IOAN. PETRVS DE *LVDEWIG*

FRIDERICIANAE CANCELLARIVS
REGIS CONSILIARIVS INTIMVS
ET REGIMINIS SACRI AC CIVILIS IN HOC DVCATV
ORDINIS IVRECONSVLTORVM PRAESES
AERARII PAVPERVM DIRECTOR
HEREDITARIVS DOMINVS BENDORFII, FREZII, GATTERSTADII.

Fidissima CONIVX, moestissimae eheu! memoriae. Quas gratias moribundae soluere nequiui, non tam repentinae mortis, quam fallacis & turbidi morbi causa; illas, inter singultus & lachrymas, in funere praesto, animo tantopere adflicto; vt dulcius esset, tecum mori, quam mortem TVAM dolere impatienter. QVADRAGINTA ANNORVM matrimonium coluimus. Intra hoc spatium, tot TIBI officiis me obstrinxisti, quae enumerare, idem esset, quam saucia indicare vulnera, quibus obitus TVVS pectus meum percussit.

cuſſit. Fuiſti parentum tuorum VNIGENA, quam illi non elocaſſent homini, TIBI ignoto ac tuis peregrino; niſi amor in me TVVS conſenſum eorum conciliaſſet &, verum fatear, extorſiſſet. PATER tuus ſeptuagenario maior fuerat, cum TE mihi deſpondiſſet. *Michael* KVHNIVS, doctor *medicus, archiater* olim Saxonicae viduae electoralis & *phyſicus* Freiburgenſis. Vir, quem ciuitas vniuerſa coluit amauitque; pauperes autem ſeruatorem dixerant ſuum; cum largarum eleemoſynarum, tum auxilii ergo, gratis praeſtiti, in peſtilentiſſimis etiam morbis, graſſantibus ſuo tempore. Difficultatis cauſae plures, ad patris animum flectendum plene; vt daret, quam requiſiueram anxie. Fuerat filia VNICA, adamata parentibus; quibus graue omnino, a ſe eam auelli & Halam abduci, in alienam prouinciam. Commendauerant eam *formae* ſingularis præſtantia; *verecundia* & integritas vitae; morum *ſuauitas*; gratia oris; animi *ſinceritas* & *prudentia*; rerum *muliebrium, muſicae* etiam, peritia ac cultus: ne quid ad *elegantiam* ſui ſexus deeſſet. Quibus acceſſerat ſpes, non ſpernenda, opum *heredis vnicae* olim. Quo ipſo ad matrimonii felicis complementum poterat deſiderari nihil. Vnde, idem mecum expetentium, numeri ſat multi; meis fortunis, vt tum erant, ſuperiores omnino. Vicit TVVM pro me ſuffragium; vt compos fierem voti, pro connubio ſuſcepti. Deduxi TE Halam in domum, non meam; ſed alienam, hoſpitis, mihi fauentiſſimi. Sed vix adueneramus in hac vrbe, ecce! nuntius aduolat Freiburgo; PATREM TVVM, de mortalibus meri-

tis-

tiſſimum ſenem, deceſſiſſe apoplexia & cauſam mortis fuiſſe abſentis filiae deſiderium. Illud enim fuerat eius, in diſceſſu noſtro, vltimum vale, diuinatio verior: *ite, valete, viuite, creſcite; ſit* DEVS *vobiscum, vti mecum fuit, puero, adoleſcenti, iuueni, viro ac ſeni. Votorum nunc ſumma eſt, diſſolui & eſſe cum* CHRISTO. *Spes mihi nulla, vos videndi, inter mortales, porro. Sed fiducia firmior, gaudendi vobiscum inter coeltes olim.* Vaticinii huius memoria TE reddidit exſanguem vere, ex eius intellecto lugubri euentu & veritate, in ipſius ſacri vatis obitu. Diſceſſimus ambo Hala Friburgum, iuſta perſoluturi piiſſimi PATRIS funeri. Fuerant ibi paratae exequiae amplisſimae, mille incolis congregatis, qui funus, ex aedibus, foro contiguis, ſequuti, tumulum circumdederunt, in templi meditullio paratum. Vera ſcribo, idque de mortuis, in viui nullius gratiam. Concione funebri a paſtore primario, quem ſuperintendentem dicimus, ad finem perducto, cum grandaeui ſenis *vitae curriculum* legeretur, de ſacris roſtris, coetum vniuerſum auſcultaſſe plorabundum & mille hominum genas, pauperculorum maxime, maduiſſe lachrymis, quibus vtrique nos iam fueramus immerſi. Funere peracto, MATREM, Hornianae atauitae gentilitatis, rogauimus; vellet illa nobiscum ſarcinulas colligere &, patria deſerta, in vnam nobiscum coire familiam Halae. Non difficilis fuerat alma MATER, ad idem ſentiendum nobiscum; quod, marito defuncto, nemo ſupereſſet; qui filiae vnicae non deberet poſtponi longis interuallis. Eosdem igitur

lares

lares & focos coluimus ac continuauimus, per integrum VICENNIVM & secutam OCTOAGENARIAE MATRONAE mortem an. CIↃ IↃ CCXX. Mater filiae suae solatio fuerat; filia matrem recreauerat suo consortio. Accesserant matri subinde nouae delitiae ex connubio nostro. Dulcissima pignora, nepotuli. Quos peperit mater; auia excepit natos precationibus &votis. Noui gaudii causae nouae quotidie; quum soboles soboli annuatim fere succederet; infantia autem maiores adolescerent, in omni flore ac virtute. Auiam, instar matris, colendo &, si quid erratum infantiliter, in auiae sinum fugiendo; vt iras matris pacaret aut verteret illas, quod plerumque accidit, in riuulos lachrymarum, effusos erga innocentiam infantilem, leuioris culpae ream, nesciam peccare tamen. Prima soboles mascula fuerat, in cunis morte nobis praerepta. Exceperunt hanc FILIAE QVINQVE numero; superstitibus tantum TRIBVS; aliis mature obeuntibus, in aetate tenella. Interea innotui egomet sanctioribus *curiae regalis* ADMINISTRIS; ad quos viri maleuoli mihi struxerant iter, suo quidem malo, meoque commodo insigni. Iuerat circa annum CIↃ IↃ CC. fama per vniuersam propemodum Europam; de nouo PORVSSIAE REGNO vel condendo vel instaurando. Intellexeram ego idem hoc pridem antea. Nam an. CIↃ IↃC XCV. vocatus Fridericianae professor, biennio post, rogaueram identidem patronos, ad indulgendum mihi iter, ad pacem RISWICENSEM. Hoc quidem fine; vt, rerum iuriumque publicorum Europae studiosissimus,

ſisſimus, redirem doctior, peritiorque interpres negotiorum, inter gentium uariarum legatos & pacificatores. Euenerat ibi, neſcio quo fato, hoc ſcio, mihi meaeque muſulae fauſtisſimo; vt ex colloquiis noſtri legati, Schmettauius fuerat, intelligerem hoc idem, iam tunc; de REGALI dignitate, pace regum ac rerumpublicarum Europae, BRANDENBVRGICAE genti inferenda. Illico inceſſerat animo meo conſilium; fore hoc litterarii ſpeciminis inſigne argumentum, intractatum præſertim aliis; quo poſſem ingenii mei vires experiri in academica arena, redux in Germaniam. Ex vniuerſae igitur *Europae regnis* in loculos meos colligere inſtitui: qua *via*, quoue *tempore* ac *loco* quodlibet *regalem dignitatem* meruiſſet? *Tria*, ſolicitius inueſtiganti, remedia ſe obtulerunt: CODICILLVS & adpellatio Romani IMPERATORIS; deinde PAPAE INDVLGENTIA, aemula priori; inſtituta demum eorum, qui, neutro ſalutato, REGALE DIADEMA, adplaudentibus ſubditis, SIBI IPSI adſeruerant, ſua, non aliena, autoritate. Neque tamen vltimos fefellerit ideo ſeruandi diadematis ſpes; ſi quidem populi reique publicae potentatum nacti eſſent; qui reſponderet amplitudini & adparatui regali. Interea, poſt triennium, CIϽ IϽ CC. certioribus factis: imminere nunc regalem noui PORVSSIAE REGIS inaugurationem ipſam. Communicaui aduerſaria mea cum LILIENFELDIO, vicario cancellario huius prouinciae; vt, quid ipſi videretur de re, ab eo requirerem & expectarem. Non ſolum adprobauit ille inſtitutum:

ſtitutum: ſed etiam autor ſuaſorque fuit; ne ſupprimerem argumentum; ſed producerem illud in academicam lucem. Ipſe praeterea, beneuolentiae nouo genere, commendauerat mihi filium ſuum, iuuenem ingenii ſollertisſimi; qui, me praeſide & moderatore conflictus, prodiret mecum in litterariam arenam. Quid fit? Horreo ſcribere. Iuris tum antiſtes primarius, mihi olim fauentisſimus; ſed offenſisſimus nuperrime ex eo, quod peregrinae virginis nuptias propinquae ſuae praetuliſſem. STAHLIVS, amicisſimus ſemper mihi collega, eo tempore prorectoris munere defungebatur. Hunc adit vrgetque belli huius promachus; vt profeſſorum ſuffragia colligeret; de academico actu mihi interdicendo. Inanium ſpecies fuerat haec: argumentum hoc nouum eſſe maximique momenti, hoc quidem tempore, quo illud tantum non mediis incudibus eſſet impoſitum. Rem igitur videri periculi plenisſimam: vt conſultum magis ſit, opuſculum proſcribere, quam tueri diſputando. Regesſi ea, quae debui & potui. Sed cum intellexiſſem, partium ſtudia vincere innocentiam: non parui inique decretis. Sed, narrata hiſtoriola academica, opuſculum ipſum; quod, de AVSPICIO REGVM, caute inſcripſeram, purpuratis rerum adminiſtris transmiſi & *Berolinum* RHETIO & *Regiomontum* FVCHSIO: vbi noui regni inſtiterat ſolennis inauguratio. Interea homines, TIBI mihique infenſisſimi, TE, FIDISSIMA CONIVX, minis metuque obruerant; fore, vt egomet, maritus tuus, poenam incurrerem,

currerem, nescio quam; foretque infaustum TVI connubii auspicium. Sed excepisti TV haec tela firmo pectore, in mei gratiam; imo, generosa mente, retorsisti osoribus; quod nulla dubitares, de *felici* huius conflictus *exitu*, quem excitassent maleuoli, atra bile. Hoc primum ac praecipuum specimem fuerat TVAE in me *fiduciae* & *amoris*, nullis aliorum calumniis & insectationibus expugnati. Expleta etiam spes TVA abunde. Tertia statim hebdomade post, ex quo me damnauerant patres conscripti; adfertur academiae, per celeres hebdomadales, regalis codicillus, his verbis conceptus: *vestrum non fuerat, proscribere opusculum; multo minus tale, quod causam publicam tuetur, nullo offensae alicuius reperto vestigio. Proscriptio vestra cassa & irrita sit; cum adiiciali mandato; ne quid tale fiat inposterum.* Erat solatii TVI meique hoc faustum initium. Verum, nouo REGE, e Porussia reduce; Berolinum ego vocor; epistola accepta subscriptaque manu regis, quam aperueram meticulosus ideo; ne scena forte rerum mutata esse videretur, in mei odium & perniciem. Ambiguus rerum, ingressus fueram iter contenderamque SCHOENHVSIVM, vbi rex diuerterat. ILGENIVS, at quantus ille togatae militiae heros! qui rerum harum, iuxta WARTENBERGICVM comitem, autor actorque fuerat, cum intrarem eius conclaue, me manibus verbisque complexus est humanissimis. *Ter*, inquit, *legi opusculum tuum, de regum auspicio. Parum est, quod reperi apud alios, tu solus*

solus satisfecisti argumento ex asse. Vtinam fuisset illud ante biennium mihi ad manus! Sed etiam nunc illud utile; ad persuadendum illis rem nouam, inde ab aliquot seculis adhuc inauditam. Abi, expectat te comes de WARTENBERG, bona tibi uerba plura dicturus ideo. Parui ac iui. Binis uerbis auditis, aperit ille mihi; REGEM ipsum uelle, ut in eius conspectum prodirem. Praeit CAMERARIVS, ego sequor, timidulus ualde: ne academicus peccarem in curiale decorum. Verum praeuenit REX sermonem meum: gratam ei commendatamque a rerum administris operam meam, adhibitam in regali argumento. Certissimum me esse posse, de regali indulgentia, etiam deinceps. Post igitur, quam altero die redieram ad ILGENIVM, mihi aperuit ille: REGEM me numero suorum consiliariorum, cum trecentorum imperialium salario, sponte adscripsisse; quod, instar incrementi, reportarem quotannis Berolino. Properaueram, redire huc; ut fidissima coniux & particeps fieret fortunarum neque uaticinii fiduciaeque, in me positae, posset illam poenitere. Offendi TE, laborantem partu, quem etiam feliciter es enixa, edito filiolo, quem, post sacram initiationem, fata nobis inuiderunt. Tristia sic laetis mixta; ne mens se efferret nimium, ageretque nouus honor ac praemium uel alterutram partem in transuersum. Vt uero maecenas meus, maximi nominis, ILGENIVS, cum noui seculi ingressu mihi meisque lucubratiunculis semper fauit; ita, tot etiam lustris post, continuauit ille priorem in me animum suum;

ut nihil fere eueniret; ubi ſcriptore iuris publici conſulto opus eſſet, quod, regali iuſſu, calamo meo non demandaretur. Quod magis eſt, conſuluit ille plerumque etiam academicos alios; quorum tamen reſponſa iterum communicauit mihi; ut ultimam rei manum imponerem & propugnatam a me cauſam, iuſſu regali, darem in lucem. Atque hic ille FOMES fuit; qui animum meum ad uigilias & induſtriam inflammauit; imo impulit, ad profundendum opes in BIBLIOTHECAM, omni librorum & codicum, ex uniuerſa propemodum *Europa*, conductorum, adparatu ſumtuoſisſimo, inſtructam; ut nihil poſtea ſubſidii deeſſet, ad tractandum & reſpondendum curialia quaeque argumenta. Factum eſt ita; ut ſtudia mea redderem curiae regali commandatisſima; ne ulla in re, ſiue domi ſiue foris illa eueniſſet, muſula mea obmuteſceret. Toties inde & fere quotannis ſemel iterumque Berolinum uocatus; ideo, ut principis quoque tabularium ad manus eſſet & purpuratis ego magis magisque innoteſcerem. Vnus tamen ILGENIVS, ex pluribus, mihi ſatis fuerat, omnium publicorum negotiorum autor actorque ſtrenuus adeo; ne opus ei eſſet adiutore VLLO. TIBI, fidisſima coniux, *aeris profuſio* in tantam librorum molem nunquam diſplicuit: diſplicuerunt autem tibi *Berolinenſia itinera*, quae tuliſti etiam aegerrime. Licet enim, ne ſemel quidem, vacuus rerum inde rediiſſem; contra ſemper, cum *munuſculis* & *congiario*, ſim dimiſſus, quorum aurea *numiſmata* familiae conſeruo etiamnunc, imo quandoque *noua ſpartae*

gradu

graduque *dignitatis* nouo auctus ſimul; poſthabuiſti tamen omnia hæc *conſortio* meo. *Malo*, inquiebas idemtidem, *cum marito & liberis eſſe, in quotidiano, modicae ſortis, conuictu uſuque; quam opibus & honoribus augeri aliunde ac saepius a meis ideo diuelli.* Quo ultimo fidiſſimae uxori nihil eſſe poterat moleſtius & intolerabilius, magisque inimicum, ſuo iudicio, foederi connubiali legique, a DEO ſancitae; quam uiolare nequeat humana poteſtas. Inter has altercationes obmutui ſaepius, pectore tuſo; quod omnino deberem dediſſemque tori ſociae fidisſimae. Contigit aliquo tempore; ut, in grauiori cauſa, auocarer protinus; ut adeo, parum ſalutata coniuge, diſcederem hinc: ne illa obicem itineri obiiceret, ſupra commemoratum. Sed intolerantia abſentiae meae uicit decorum; ut illa, improuiſo conſilio, cum pedisſequa itineri ſe daret, contenderetque ante Berolinum; quam litteras expectaſſet mei ibidem aduentus. Ruit illa, primo ibi adſpectu, in lachrymas & amplexus meos; ut, ſi quid praeceps egiſſet, illud amori condonarem intenſisſimo; qui ipſam huc detuliſſet. Tegere & disſimulare uolui hanc hiſtoriam & ideo urgentior rogaui abitus mei indulgentiam ab aulae proceribus. Sed proditum fuit arcanum purpuratis. Qui non ſolum coniugalis amoris ſpecimen commendauerant matronis aliis; ſed etiam traxerant moras misſionis meae ideo. Ex quo enim uxorem mecum haberem, cauſae minores nunc eſſe, ad reditum maturandum. Fateor, me aliquantisper commotum eſſe animo &

exprobrasse TIBI, fidissima coniux, tuum iter. Quod cum intellexisset MAECENAS meus & ipse, multoque magis uxor illius, matrona eiusdem cum coniuge mea in suum maritum fidei, obiurgabant acrioribus uerbis rigorem meum admonueruntque me grauiter; ne, quod coniux amori dedisset meo, uerterem in iras & odia, indignissima connubiali foedere. Sic ambo facile conciliati, discessimus Berolino, cum impensis itinerum & quotidie adsignato aere, diaetam dicimus; praeterea duobus iterum numismatibus honorati centum aureorum. Absit, ut haec narrem alio fine, quam in TVI, fidissima coniux, gratiam & perseuerantiam in me amando. Erat praeterea aliud, quod tibi non minus displicuerat in meo uitae genere. Vigiliae nimiae meae, saepius, in musarum cultu ac elucubrandis libellis, a principe demandatis, tractae in feram usque noctem. Nam ante cubitum ire, quam maritus TE sequeretur, TIBI religioni duxeras; ne horas in lecto traheres insomnes. Iunctis manibus ac uotis NVMINI commendare se suaque ante somnum, imaginem mortis, decentius & sanctius esse, dixisti: quam, uicibus distractis ac interruptis. Pietas TVA haec tibi suggesserat & ordo piissimi patris TVI, cui fuerat a teneris adsueta. Reposui quidem; oleum operasque commendari uiris doctis; notuam illis, symboli instar esse, ad agendum vigilias, obducta nocte, amicissima musis. Sed spreuisti TV hanc studii immoderationem; quod nulla uiolenta diuturna essent, foretque consultum magis; seruare uires senectuti, quam fran-

frangere illas in uegeta & uirili aetate. Parui ego quandoque monitis; ne uiderer, precibus TVIS dedisse nihil. Interea benignissimo NVMINI debemus hoc; quod protulerit utriusque tamen uitam in longissimos annos, auxeritque rem familiarem nostram, nouis subinde beneficiis & rerum incrementis. Illud inprimis prouidentiae NVMINIS singulari est tribuendum; quod uiuae elocare licuerit duas filias, uiris optimis. Et gentilitiae nobilitatis &, munerum publicorum dignitate atque honore, conspicuis. Natu maximae ANNAE SOPHIAE factus est maritus, CAROLVS de NÜSSLER, *Porussiae regi a sanctioribus consiliis atque supremorum tribunalium plurium collega & comparate director*: alteram HELENAM CHRISTIANAM duxit PHILIPPVS KRVGIVS de NIDDA, *Porussiae regis consiliarius intimus & rerum belli ac domanialium*, sigillatim *metallicarum praeses*. Ex *primo* matrimonio vidimus NEPOTVLOS *septem*, TRIBVS superstitibus tantum; ex *altero* autem QVATVOR, efflorescentes etiamnunc. Communis haec & mihi & coniugi felicitas fuit; sed ultimae seges gaudendi ulterior; quo plus otii eidem fuerat, nepotulos secum habendi, confabulandi cum iis, in ludo ac ioco infantili. Nihil fuerat ei dulcius; quam dicier a *balbutientibus infantulis, auia* aut *mater!* Praeterea enim parum aut nihil euenire poterat aut, quod aliae mulieres maximi fecissent, contingere, quibus illa gauisa esset nimium. Fugacibus certe & transitoriis rebus oblectabatur illa, uelut in transitu; ut diuerteret ita mentem; non occuparet aut irretiret illam seculi illecebris. Cum ante

aliquot lustra GATTERSTADIVM, praedium est Querfurdo uicinum, uenale esset, meque haberet emtorem, fidissima coniux illud, soluto a me pretio, occupauit in fidemque recepit subditos, meo nomine; quod, ex grauissimo tunc morbo, lectulo essem adfixus. Cum inde redux facta esses requireremque a TE; quid in hac uillula gauderes aut desiderares; regessisti, subridendo: *opes plus absinthii habere, quam mellis.* Naturam acquiescere paucis; reualescentiam meam maiorem sibi thesaurum fore; quam praediorum umbratilia. Aliquandiu post redemeram BENDORFIVM, sub uoce & hasta praeconis. Qui pagus, uti momenti maioris fuerat; sic nouam gaudendi causam eamque maiorem uidebatur mereri. Reperi tamen uel sic animum TVVM necquicquam feruentiorem. Nisi quod, eleuatis manibus oculisque in coelum uersis, & filias & nepotulos his uerbis compellares: DEO *sit laus & gloria!* Patri uestro *gratias habete, horum omnium heredes olim. Magnae diuitiae parsimonia.* Praeterea imis sensibus tenete edictum; *labore multo, a maioribus parta, tueri posteros debere uirtute.* Diuinae prouidentiae haec commendanda precibus adsiduis & curandum sedulo: ut liberi imbuantur mature studio pietatis. Quot quaeso! bona dissipantur in altero aut tertio herede! quae exempla uos admoneant; ne, uestra ruatis culpa, in tale praecipitium. Quod DEVS auertat a nobis uestrisque aeternum. Cum *anno* CIↃ IↃ CC XIX, die XI. mensis *Aprilis* augustissimus IMPERATOR IMPERIALIS NOBILITATIS mihi indulsisset codicillos

atque

atque potentisſimus REX illos non ſolum ratos habuiſſet; ſed etiam NOBILITATAE CONIVGIS meae ſingularem feciſſet mentionem, diplomate *anno* CIƆ IƆ CC XX. die XXVII. menſis *Aprilis* ſubſcripto. Tum quidem illud ſemel intellexi; ſumma uxorem laetitia ideo perfuſam fuiſſe. Non quod conſtantem illa animum ſuum mutaſſet; nullis adfici ſeculi bonis ultra, quam pareſt: ſed quod maiorum ſuorum gloriae, praecipui quodam iure, hoc eſſet dandum. Quod HORNIANAE gentilitatis NOBILITAS atauita, ob temporum iniurias, obliterata & obliuione quadam ſepulta; nunc in illa inſtauretur quaſique reſurgat, quadam anaſtaſi, poſtliminio, ob merita ſui mariti transeatque in poſteros ſine fine. Sed quorſum abripior egomet, amoris & doloris uehementisſimo adfectu. Mei ipſius obliuiſcor commoti animi perturbatione. Praeceps ac deuius excurro. Cum, uertere ſtylum, ſeligere, reſecare, mutare, emendare ſcripta, non ſit eius, qui non ſibi eſt relictus uere; ſed agitur fati lege ac acerbitate. Fidisſima coniux! uidear aliis, TVI cauſa, in hac epiſtola deſipere & inſanire. Venia eſt in furore poetis. Ego non fingo; ſed uera ſcribo: licet forte non ad cuiusuis palatum ac ſenſum. Sint iudicia aliorum. Quae demum ratio? dolere obitum matronae, in extrema ſenecta? dolere *ſeptuagenariam* fere? Sed caſu tangor & angor; non conſilio. Scio, connubium *quadraginta annorum* eſſe plerumque diuturnisſimum. Sed, recte amantium, hae leges; quo diutius, eo ſincerius, ſine fuco & ſimultate. Demum fruſtra orbum auxiliis eum

credi: cui gener adſint filiaeque, rei oeconomicae adſuetae ab unguiculis? Mihi autem ex ultimis quae ſolatia? Cum utraeque doleant maternum obitum inſolabiliter. Vltima certe natu poſtrema, inclamat identidem: o mater! Nolui egomet, TE relinquere, neque TV dimittere me uoluiſti, a latere tuo & ſinu. Quaſi ultimum ſi fieret, ut dicebas, hoc idem eſſet, quam TIBI eripere aut diſſecare cor. Colui etiam TE, non ut matrem; ſed dominam; a cuius nutu penderem tota, Quo nexu egimus ac uiximus adhuc neque memini alicuius rei, quam mihi verbulo exprobraſſes unquam. Quod idem hoc eſt, quo me erigo & ſolor; niſi inflictum pectori meo uulnus omne ſpreuerit, quod, hactenus ſentio, remedium. Ex quo morbus TE adfixerat lecto; diu noctuque adhaeſi TVO lateri.& toties pectus tuſum & cor exſangue ſenſi; quoties, ſingultante quaſi anima, formulam iteraſti, iteraſti autem ſaepius: MEA IVLIANA VALE ET VIVE. Fuiſti nullo non tempore officioſisſima erga tuam matrem. Quae officia praeſtas etiam nunc moribundae. DEVS compleat in TE, diuini promisſi ſui iuſtitiam & veritatem: *ut tibi bene ſit & ſis longaeua ſuper terram.* Verum praeſtat abrumpere, quam proſequi tragoediam; cum eadem illa ipſa ſit, quam uideo prae aliis flere & lamentari. Ceterum FIDISSIMA VXOR! neque deerimus ad iuſta TIBI ſoluenda ulla in parte, quae ad dignitatem decusque TVVM facere videntur. Arcus ſepulchralis, qui oſſa etiam tegit PIAE MATRIS TVAE, ipſa fuiſti author conditorque; me grauisſi-

uisſimo tum morbo ſuccumbente. Inuiſiſti hoc *conditorium* TVVM meumque quotannis, ſemel iterumque. Neque inde rediiſti unquam; niſi ſolatii & hilaris animi plena: quod in tam placido & pulchro loco oſſa olim TVA fuerint reponenda. Tecta tutaque ab iniuriis ſeculi. Fueras enim, ſenſu NVMINIS perfuſa uere & adfecta & tacta eo multoties impenſe & ultra modum. Nunquam ſacri ſynaxi uſi ſumus; quin TE, multos ante dies, deprehenderem in lachrymis &, hac peracta, in animi quadam praeſentia & pectoris fiducia pleniſſima; TE DEO, intercesſore CHRISTO, pacatam eſſe; ut malles ultimo ſociari, placida morte; quam porro uiuere & exponi humanorum lapſuum periculis. Paſtor & noſtrarum confesſionum, quas ſymbola noſtra requirunt, auditor, SEMLERVS, *archidiaconus Vlricianae parochiae*, cui noſtrae aedes adſcriptae ſunt, ſaepius eſt mihi teſtatus: eſſe deuotionem coniugis meae ſingularem; quam gratia DIVINI NVMINIS in illa excitet abunde. Vt perſuaſisſimus ſit; hilari mente eam morituram olim. Quod ille gaudeat in *filia ſpirituali* maximopere. Ceterum illud acerbius excruciat animum meum; quod FIDISSIMAE CONIVGI non licuerit dicere ultimum uale. Principio enim morbi, quo correpta fuerat, praeſenſerant medici nulla futurae mortis ueſtigia. Potius nil minus metueramus, quam uitae finem; minime omnium uero adeo repentinum. Verum, aliquot diebus poſt, rerum omnium facta conuerſio, prouiſa nemini. Deliquium euenerat mentis & eloquii; neque tamen ſic defuerat

reconualeſcentiæ ſpes; uirium ergo, quas in uenis & ſanguinis motu deprehenderant rerum periti. Verum prohdolor! fallimur omnes; euaneſcit concepta ſpes; accelerat ſubita mors agitque tantùm non in ſtuporem illos, qui circumſtiterant lectum moribundae. Vt ſupremae horae filum non tam ſolutum; quam ruptum neque ultima rerum linea finita, ſed fracta eſſe uideatur. Ad cumulandum dolorem noſtrum, inſolabilem ideo. QVINTVS MARTII menſis dies nobis funeſtisſimam refricabit memoriam; quo, circa *decimam* ante meridiem, caſtisſimam animam ſuam exhalauit; coelitum adſcripta conſortio. Habebit hanc gratiam pietas TVA, CHRISTO, indulgentisſimo ſeruatori, probata, fidesque & candor TVVS, erga omnes, praecipue TVOS; FILIAS, GENEROS, NEPOTVLOS &, principe loco, MARITVM TVVM, luctuoſisſimo VIDVI nomine, fractum deformatumque animo & corpore. Typis redditum die XI. menſis *Martii* an. CIↃ IↃ CCXL.

INDEX

INDEX
CVM RERVM, IN OMNI DOCTRINARVM GENERE MAXIME VTILIVM; TVM VERBORVM, QVAE MEDIAE AETATIS MONVMENTIS ATQVE SCRIPTORIBVS SVNT PROPRIA, VT VSVM SIMVL PRAESTARE POSSIT GLOSSARII.

Ex tomo XI. & XII. reliquiarum medii aeui.

Aetas

Audi-

Sigis-

 tus

Donyn

Emu-

Excom-

Fide-

Fra-

Hasti-

La-

Libuch

Ludis

Na-

Ochem

Par-

Re-

Ro-

Sib.

Bur-

Sen-

Ty 4 de

Tradi-

de

War-

VV*oy*-

VVys-

F I N I S.